PATROLOGIA SYRIACA: COMPLECTENS OPERA OMNIA SS. PATRUM, ...

ACCURANTE R. GRAFFIN

PATROLOGIA SYRIACA

PARS PRIMA

AB INITIIS USQUE AD ANNUM 350

TOMUS PRIMUS

PARISIIS

EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA JACOB, 56

INSTITUTI FRANCIAE TYPOGRAPHI

MDCCC XCIV

ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ

PATROLOGIA SYRIACA

PARS PRIMA

AB INITIIS USQUE AD ANNUM 350

TOMUS PRIMUS

IMPRIMATUR

Parisiis, die 25 julii 1894.

† FRANCISCUS, Cardinalis Richard,

Archiepiscopus Parisiensis.

EXCUDEBANT FIRMIN-DIDOT ET SOCII. — MESNILI AD STRATAM

ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܣܘܪ̈ܝܝܐ

PATROLOGIA SYRIACA

COMPLECTENS OPERA OMNIA

SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE CATHOLICORUM

QUIBUS ACCEDUNT

ALIORUM ACATHOLICORUM AUCTORUM SCRIPTA QUAE AD RES ECCLESIASTICAS PERTINENT

QUOTQUOT SYRIACE SUPERSUNT

SECUNDUM CODICES PRAESERTIM LONDINENSES, PARISIENSES, VATICANOS

ACCURANTE R. GRAFFIN

PH. AC TH. DOCTORE, LINGUAE SYRIACAE IN FACULTATE THEOLOGICA INSTITUTI CATHOLICI PARISIENSIS LECTORE

PARS PRIMA

AB INITIIS USQUE AD ANNUM 350

TOMUS PRIMUS

CUIUS

TEXTUM SYRIACUM VOCALIUM SIGNIS INSTRUXIT, LATINE VERTIT, NOTIS ILLUSTRAVIT

D. IOANNES PARISOT

PRESBYTER ET MONACHUS CONGREGATIONIS BENEDICTINAE GALLIARUM



PARISIIS

EDIDERUNT FIRMIN-DIDOT ET SOCII, VIA IACOB, 56

INSTITUTI FRANCICI TYPOGRAPHI

M DCCC XCIV

ELENCHUS

RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR

AD LECTOREM

Habes prae manibus, optime Lector, primum volumen alicuius collectionis litteris syriacis deditae, non parvae quidem molis quam tamen, favente Deo O. M., absolvere contendemus. Quanam de causa, tale opus susceperimus, quaenam fuerit methodus ac ratio agendi, quomodo huic collectioni finem nos imponere posse speremus, his paucis accipe.

Cum pluribus abhinc annis litteras Syriacas docendi in Facultate Theologica Instituti Catholici Parisiensis munus susceperimus, nobis visum est nihil maiorem utilitatem maiusque decus his litteris Syriacis afferre quam si iuris publici fecissemus typisque mandaremus collectionem aliquam horum operum Syriace conscriptorum, quae undequaque his praesertim temporibus nostris conquisita, nunc iacent in praecipuis Europae nostrae Bibliothecis, sive nondum edita, sive typis iam mandata, ita tamen ut non sine nimia difficultate a pluribus adhiberi possint.

Etsi enim inter humanas litteras Syriacae primum locum obtinere nequeunt, nullo modo tamen negligi possunt ab eis qui litteris christianis studium operamque navaverunt. Plures enim exstant versiones Sacrorum Librorum lingua syriaca conscriptae; omnes enim norunt illam versionem quam *simplicem* ܦܫܝܛܬܐ vocant, ut omittamus alias versiones a Monophysitis conscriptas necnon aliquas alias quae etsi totam Bibliam non continent, tamen non parvi sunt momenti praesertim ubi agitur de apparatu critico Novi Testamenti.

Insuper hanc eamdem linguam Syriacam adhibent plures liturgiae scilicet, — liturgia chaldaica qua utuntur Chaldaei Catholici atque etiam

Nestoriani qui adhuc in Mesopotamia supersunt, — liturgia syriaca, quae duplex est, cum altera utantur Catholici et altera Monophysitae, — liturgia apud Maronitas usitata.

Denique a saeculo quarto usque ad saeculum decimum quartum plus quam ducenti auctores inter quos eminet Sanctus Ephrem, syriace ediderunt varia scripta quae ad res christianas spectant; et cum illae litterae syriacae ad orientales pertineant, et non directe pendeant ab ordine rerum quae in imperio romano sive apud Graecos sive apud Latinos reperiebatur, iam sequitur ibi necessario reperiri plura testimonia magni momenti ad explorandam veritatem fidei christianae necnon catholicae.

His positis, quo facilius pateat aditus ad opera variorum auctorum qui lingua syriaca usi sunt, in hac nostra Patrologia Syriaca imprimis dabimus textum syriacum operum omnium in quantum exstant quae ab auctoribus qui catholicam fidem profitentes his litteris syriacis usi sunt. Deinde nullo modo negligenda esse contendimus praecipua saltem opera aliorum acatholicorum auctorum, quorum saepius interest nosse testimonia ut unusquisque ipse iudicare possit et catholicae fidei veritatem agnoscere. Insuper plura reperiuntur quae ex graeco in latinum conversa magnam utilitatem prae se ferunt, sive quia iam perierunt textus graeci sive propter ipsam antiquitatem harum translationum; itaque tales translationes negligendas nullo modo duximus, easque reperies in hac voluminum collectione sub nomine scriptoris syriaci qui haec opera e graeco in syriacum sermonem transtulit. Si vero cognosci nequit quis sit auctor harum translationum, eas reponimus sub nomine ipsius auctoris graeci. Ne apocrypha quidem negleximus, quae obtinebunt locum et tempus quae requirunt.

At nullomodo necesse est historiam quamdam litteraturae syriacae aut catalogum auctorum qui hac lingua usi sunt adumbrare cum nuperrime clarissimus vir W. Wright opus plenissimum de his rebus scripserit quibus pauca tantum addere licebat[1].

Ut autem omnes illi textus ederentur secundum ipsam methodum criticae hodiernae, perlegere voluimus, etiam ubi agitur de textibus antea editis, varios codices qui asservantur in publicis Europae Bibliothecis,

[1] W. Wright, art. *Syriac literature* (Encyclopaedia Britannica, Edinburgh, 1887, vol. XXII, pp. 824-856). — Cf. Gust. Bickell, *Conspectus rei Syrorum literariae*, Monasterii, 1871.

ita ut omnium codicum alicuius momenti qui, sive Parisiis in Bibliotheca Nationali, sive Romae in Vaticano, sive Londini in Musaeo Britannico adservantur, varias lectiones exhiberemus ne neglectis quidem illis codicibus maioris momenti qui in aliis publicis bibliothecis adsunt, scilicet Florentiae et Mediolani, Monaci et Berolini, Petroburgi, Oxonii et Cambrigii atque etiam aliquarum aliarum civitatum.

Illas vero omnes varias lectiones quas ex his variis codicibus colligere poterimus in fine paginarum impositas reperies. Referentur tamen hae omnes quae ad orthographiam spectant in ipsa codicum descriptione, ut quidem decet, cum revera variae lectiones proprie dici nequeant. Inter syriacos codices multi sunt signis vocalium destituti; puncta tantummodo praebent diacritica quibus discernantur varia nomina quae easdem habent consonantes et vocalibus tantum differunt. At horum punctorum non semper et ubique est eadem regula, eadem vis, unde quod ad varias lectiones pertinet non semper eodem modo legi debent; ut vero simplicior evadat nostra explicatio et facilius intelligi possit, de his singularem notitiam dabimus ad singulos codices in uniuscuiusque descriptione.

Et cum saepius conspectus ipsorum codicum multum iuvet ad has omnes adnotationes intelligendas, adhibita ipsa *heliotypia*, ut vocant, specimina saltem praecipuorum codicum in quibus opera uniuscuiusque auctoris continentur lectoris oculis subiciemus.

In fine uniuscuiusque paginae sigla codicum posuimus ita ut indicetur quinam sint illi codices qui nobis adfuerunt ut talem textum exhiberemus.

Illis vero syriacis textibus translationem latinam addemus. Ratio per se patet cur latine hos omnes textus transtulerimus : omnes enim linguae latinae studuerunt qui scientiis ecclesiasticis operam dant; insuper cum illi textus ad res ecclesiasticas pertineant, sine ulla difficultate latine verti possunt cum lingua latina utatur ipsa Romana Ecclesia.

Ut autem ex his syriacis textibus edendis maiorem utilitatem praebeamus his ipsis qui linguae syriacae student, in fine operum cuiuscumque auctoris lexicon reperies, ubi apponuntur omnia nomina cum omnibus suis formis quae ab hoc auctore adhibita fuerunt, simulque loca in quibus reperientur. Ne autem nimis crescat moles huius lexici, significationem latinam omittimus, cum ipsa reperiatur in translatione.

Insuper addidimus indicem nominum ac rerum, simul ac peculiarem indicem Sacrorum Bibliorum, ubi quidem opus fuerit.

Ut vero ordo reperiatur inter haec varia opera quae in Patrologia Syriaca continebuntur, seriem chronologicam servabimus; ita tamen ut distinguamus plures partes quae potius ad numerum voluminum quam ad varias aetates secernendas in litteris syriacis respicient. Hae autem partes variis numeris distinguuntur et novam seriem voluminum continent quae ita facillime designantur duobus numeris quorum primus *romanus,* ut aiunt, seriem significat et alter *arabicus* numerum ipsius voluminis in quacumque serie indicat.

In primo volumine cuiuscumque partis brevem aliquam notitiam reperies, quae tibi indicabit quidquid in ea continetur.

In hac vero prima parte habebis inprimis Aphraatis Demonstrationes XXIII, quas latine vertit, vocalium signis instruxit, notis illustravit atque etiam praefatus est R. D. Parisot, presbyter et monachus Congregationis Benedictinae Galliarum, quem quod elementa linguae Syriacae docuerimus, nobis decus et honos est. Deinde ea reperies quae supersunt ex scriptis S. Simeonis Barsabae atque etiam Bardesanis, et tandem huic primae parti finem imponemus addendo omnia apocrypha Veteris ac Novi Testamenti necnon translationes e Graeco factas quae ad haec tempora pertinent.

In edendis his syriacis textibus, ipsam formam voluminum ac textuum selegimus et versionis dispositionem in duabus columnis quibus iam utebatur *Abbé* Migne in sua *Patrologia Graeca*[1]. Omnes enim norunt quam facile ab omnibus tractari possint. Neque tempori neque sumptibus ullis pepercimus ut nihil desideraretur in his quae pertinent sive ad textuum correctionem sive etiam ad pulchritudinem impressionis eorum, et novos typos recudere non recusavimus. Cum omnes qui rebus syriacis studuerunt noverint typos quibus usus est Assemani in sua Bibliotheca Orientali[2], typos eosdem occidentales syriacos seligendos duximus, quanquam tamen minime contemnendi sunt ipsi typi qui *Estrangelo* nuncupantur aut etiam qui ab Orientalibus seu Chaldaeis adhibentur. Insuper etsi plerique codices vocalibus sunt destituti, tamen hos omnes

[1] J. P. Migne, *Patrologiae Cursus Completus, series graeca*, Parisiis, 1857-1866. 161 vol. in-4°.

[2] Assemani, *Bibliotheca orientalis,* Romae, 1719-1728.

textus cum vocalibus edendos censuimus ut nulla dubitatio in mente legentis remaneat, cum insuper prae oculis haberemus exempla iam ab Assemani edita in sua Bibliotheca Orientali.

Cum vero in his vocalibus apponendis non semper et ubique ipse Assemani easdem regulas servaverit, nos aliquando decernere debuimus quaenam praecepta a nobis sequenda essent, ut tandem nobiscum consentanei esse videremur. Ita v. g., ubi vocalis ܿ apponenda est litterae Vav aut vocalis ܼ litterae Iod, aliquando Assemani etiam in his casibus regulam generalem sequitur, et has vocales praecise ponit supra litteram praecedentem, aliquando simplicius supra litteras Vav et Iod, ita ut evadant hae figurae ܘܿ et ܝܼ; nos hunc secundum modum seligimus quia ipsae leges phoneticae nobis visae sunt id postulare, simul atque exempla scriptionis chaldaicae, et quia insuper secundum hanc methodum minor evadebat difficultas in typis adhibendis, cum minor esset ipsorum numerus.

Ut enim norunt omnes qui arti typographicae studuerunt, in syriacis textibus edendis separatim componebantur vocales et consonantes secundum duas lineas superpositas, ita ut saepius vocalis non reperiretur supra consonantem ad quam pertinebat aut etiam sub praelo evanesceret; nos vero ut minus fieret tale periculum, in eodem typo recudimus consonantem cum vocali, et quanquam negleximus eos de quibus diximus tamen plus quam quadringentos typos diversos cudere debuimus.

In his vero typis delineandis partim secuti sumus ipsos typos iam ab Assemani editos; sed ut vera fateamur in pluribus ea correximus nitidiorum codicum exempla secuti. Multas gratias debemus A. Tattegrain qui Parisiis cum in ipsa Typographia Nationali typos orientales delineandi munere indutus esset, tanta diligentia ipsa consilia nostra exsecutus est, atque etiam C. Aubert[1], et filio qui in iisdem typis recudendis per annum integrum cum tanta solertia laboraverunt.

Ut tandem typi ipsi adhiberentur magni consilii atque auxilii fuerunt

[1] Constantius Aubert Vesuntione natus die 28ª Aprilis 1819, Parisios adiit A. D. 1837 et ibi obiit die 21ª Decembris 1892, qui per hos 55 annos maximis typorum fabricis cum Galliae tum Angliae operam dedit. Inter typos orientales ab ipso confectos notandi sunt illi qui asservantur Parisiis, in *Typographia Nationali*, scilicet in primis typi Aramaei, quos accurante Marchione de Vogüé A. D. 1883 descripsit, Coptici Thebani quos accurante Eugenio Revillout A. D. 1874, Phoenicii quos accurante Philippo Berger A. D. 1881 et 1883, Turcici quos accurante Barbier de Meynard A. D. 1887 describebat, etc.

Theotistus Lefevre, ipse director Typographiae Firmin-Didot et Sociorum, Mesnili ad Stratam, et Pamphilius Boudet[1], primus nepos et secundus gener illius alterius Theotisti Lefevre qui honor fuit et decus artis typographicae Galliarum, cuius aliunde omnia consilia ac praecepta in his voluminibus edendis servare contendimus[2].

Insuper maiores gratias debemus Mauritio Firmin-Didot qui exemplorum memor non patris tantum sed etiam avi et proavi nihil pepercit ut tandem pulchrior evaderet illa editio Cursus Patrologiae Syriacae.

Et tandem omnia iura praetermitteremus si nomen Mauritii d'Hulst Instituti Catholici Parisiensis rectoris notissimi hic non apponeremus, eique simul atque omnibus collegis nostris qui saepius et tam benigne consiliorum experimenta praebuerunt debitas gratias non persolveremus.

[1] Pamphilius Boudet praefuit typographiae Firmin-Didot, Parisiis, via Iacob, 56, ab anno 1868 ad annum 1878, deinde praepositus operariis surdis-mutis Mesnili ad Stratam obiit die 19ª Martis 1892, anno aetatis suae septuagesimo primo.

[2] Théotiste Lefevre, *Guide pratique du Compositeur et de l'Imprimeur typographes*, Paris, 1883.

R. Graffin.


ܬܚܘ̈ܝܬܐ

ܕܐܦܪܗܛ ܕܗܘܝܘ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ

APHRAATIS SAPIENTIS PERSAE


DEMONSTRATIONES

1




Cod. A (Brit. Mus. Mss. Add. 14.619) f. 23^{b} c. 2 ll. 1-5

2




Cod. B (Brit. Mus. Mss. Add. 17.182, ff. 1-99) f. 59^{b} c. 1 ll. 4-9

3



Cod. B (Brit. Mus. Mss. Add. 17.182, ff. 100-175) f. 116^{b} c. 1 ll. 8-12

4



Heliog. Dujardin

Cod. C (Brit. Mus. Mss. Orient. 1017) f. 159 [illegible] ll. ult.

PRAEFATIO

CAPUT PRIMUM

DE NOMINE ET PERSONA SAPIENTIS PERSAE

1. Codicum syriacorum inventio. Varia Scriptorum testimonia de auctore. — 2. Auctoris nomen. — 3. De Aphraatis loco et origine, et de situ geographico monasterii Sancti Matthaei. — 4. De tempore quo auctor scripserit. Aphraatis coaevi : obitus. An martyribus huius aetatis adnumerandus sit? — 5. Aphraatis condicio : an vitam monasticam egerit? an episcopus fuerit? De statu religioso et sede episcopali monasterii Sancti Matthaei.

1. Inter codices e cœnobio Deiparae Virginis, seu monasterio Scetensi, in deserto Nitriæ, magnis impensis comparatos, et in Musaeum Britannicum, ab anno 1838 ad annum 1851, advectos, Willelmus Cureton textum primigenium operum Aphraatis, qui et Iacobus dicitur, Sapientis Persae (a Rosen et Forshall in Catalogo[1], iam nominati) reperit, quem in Spicilegio suo syriaco, et in praefatione codicis antiquissimi quatuor Evangeliorum significavit[2], atque Universitati Oxoniensi proposuit typis Clarendonianis excudendum. Re autem non impetrata, Cureton inceptum non effecit, et aliquot post annos fato cedens, opus amico, viro clarissimo Willelmo Wright, perficiendum commisit. Is suscepto muneri satisfecit, et anno 1869 Londini textum syriacum edidit Homiliarum Aphraatis Sapientis Persae[3]. Sic igitur Aphraates iuri suo resti-

[1] Rosen et Forshall, *Catalogus manuscriptorum orientalium qui in Museo Britannico asservantur*, Pars I, Londini, 1838, n° lvi, p. 86.

[2] W. Cureton, *Spicilegium syriacum, containing remains of Bardesan, Meliton, Ambrose, and Mara Bar, Serapion*, London, 1855, p. 102; *Remains of a very ancient recension of the four Gospels in Syriac, hitherto unknouwn in Europe, discovered, edited, and translated*, London, 1858. Vid. Praef. pp. vii, et praesertim lii et liii, in nota.

[3] W. Wright, *The Homilies of Aphraates, the Persian Sage, edited from syriac manuscripts of the fifth and sixth century in the British Museum*, London, 1869.

tutus est, quo falsae Gennadii et Armenorum adsertiones eum spoliaverant, cum ipsius operum non modicam partem Iacobo Nisibeno tribuerent, eruditis viris Assemani et Antonelli fidem facientes, ut deinceps dicendum erit.

At pro Aphraate nobis reclamant aliqua testimonia scriptorum syrorum (non quidem eiusdem aetatis, sed seriorum temporum), quibus ostenditur vir ille non plane apud gentem suam latuisse, et sanctitatis doctrinaeque nomen certe gessisse.

Ita Georgii, episcopi Arabum († 724), exstat epistola, inter duodecim quarta, cuius tria priora capita scripta sunt de Sapiente Persa. In primo quidem Georgius auctoris nostri condicionem, et tempus quo innotuit perquirit; in duobus vero quae sequuntur, varia eius doctrinae puncta (quandoque suis ponderibus, ut videbitur) examinat, eum tamen « valde doctum, acrem ingenio, scripturarumque sacerdotalium notitia quam maxime peritum declarans »: ܓܒܪ ܕܝܢ ܚܟܝܡ ܛܒ ܐܦܪܗܛ ܗܘܐ : ܘܚܪܝܦ ܘܡܠܝܦ ܗܘܐ ܠܗ ܟܬܒܐ ܟܗܢܝܐ ܐܝܟ ܕܡܬܚܙܐ : ܡܢ ܡܟܬܒܢܘܬܗ : ܡܣܬܒܪܐ.[1] Atque hoc primum de Aphraate documentum maioris est momenti quam ut ad ipsum saepius non redeamus.

At Sapiens Persa proprio nomine appellatur a lexicographo Syro Barbahlul (963), cuius haec sunt verba in suo Lexico syro-arabico : ܐܦܪܗܛ ܒܟܬܒܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܗܘܝܘ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܐܝܟ ܕܡܫܠܡܝܢ.[2] « Aphraates, in libro Paradisi (memoratus), est Sapiens Persa, ut tradunt ». Saeculo sequenti, Elias Nisibenus, seu Barsinaeus († 1049), aliquando apud Mossulum monachus, postea metropolita Nisibis, composuit opus chronographicum, in quo Aphraatem commemorat, eiusque inserit temporum supputationes « ab Adam ad Iacobum, et a Iacobi descensu in Egyptum usque ad initium aerae Seleucidarum », seu « annos domus Adam iuxta sententiam Aphraatis Sapientis Persae » ܫܢܝܐ ܕܒܝܬ ܐܕܡ ܐܝܟ ܪܢܝܐ ܕܐܦܪܗܛ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ. Haec tabella nigris rubrisque litteris scripta, in codice membranaceo formae maximae Musaei Britannici (Ms. Rich. 7,197) syriace et arabice disposita est. Eamdem edidit W. Wright syriace[3].

Nono post Aphraatem saeculo, scriptor eruditissimus Gregorius Barhebraeus († 1286) duplex de Aphraate protulit testimonium in Chronico eccle-

[1] Apud P. Lagarde, *Analecta syriaca*, Lipsiae, 1858, p. 110, ll. 2, 3; cf. p. 117, ll. 23, 24. W. Wright, *The Homilies of Aphraates*, p. 20. Vid. G. Ryssel, *Georgs des Araberbischofs Gedichte und Briefe*, Leipzig, 1891, p. 45; I. Forget, *De vita et scriptis Aphraatis, Sapientis Persae, Dissertatio historico-theologica, quam ad gradum doctoris s. theologiae in Universate Lovaniensi consequendum conscripsit*, Lovanii, 1882, pp. 12-13.

[2] Rubens Duval, *Lexicon Syriacum auctore Hassano Bar Bahlule*, Parisiis, 1888, c. 268.

[3] W. Wright, *The Homilies of Aphraates*, pp. 38, 39.

siastico, sect. 2, c. 10 : ܘܒܙܒܢܗ ܕܗܢܐ ܡܫܬܡܗܪ ܗܘܐ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܕܫܡܗ ܦܪ̈ܗܕ. ܘܐܝܬ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܡܪܬܝܢܘܬܐ ܒܣܘܪܝܐܝܬ ܘܥܡܗ ܐܓܪ̈ܬܐ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܐܝܟ ܐܠܦ ܒܝܬ.[1] « Huius tempore (Papae, scilicet, episcopi Seleuciae et Ctesiphontis, † 326 vel 335) innotuit Sapiens Persa, nomine Farhad, cuius exstat liber exhortationis syriace, cum epistolis viginti duobus iuxta litteras alphabeti. » Ita quidem codices Cantabrigiensis et Oxoniensis (Bodl. 122); at Londinensis (Rich. 7198) in plurali posuit ܡܪ̈ܬܝܢܘܬܐ *liber exhortationum.* Et in sectione prima, c. 26, postquam numeravit Athanasium Alexandriæ, Eusebium Hemesinum, Ephraemum ceterosque, addit : ܐܬܝܕܥ ܕܝܢ ܘܐܦ ܚܟܝܡܐ ܒܘܙܝܛܝܣ ܐܦ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܐܪܬܘܕܘܟܣܘܣ ܗܘ ܕܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܬܚܘܝ̈ܬܐ.[2] « Inclaruit etiam sapiens Buzitis, et pariter sapiens Persa, orthodoxus, qui librum scripsit Demonstrationum. » Atque haec est codicis Cantabrigiensis lectio. Oxoniensis ponit ܘܐܦ ܒܘܙܝܛܝܣ, sensu non mutato. At in codice Londinensi, ad quem solum W. Wright respexerat, aliter legitur, scilicet ܚܟܝܡܐ ܒܘܙܝܛܝܣ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ « Inclaruit etiam sapiens Buzitis (qui est) Sapiens Persa ». Wright in scriptione nominis, de cetero nusquam forsan auditi, errorem amanuensis suspicatus, pro ܒܘܙܝܛܝܣ « Buziti » [ܐ]ܦܪܗܛܝܣ « Aphraatem » legendum coniecerat[3]. At ex aliorum codicum relatione nemini dubium erit quin Barhebraeus Aphraatem ab illo Buziti (quisquis est homo ea appellatione memoratus) distinguere voluerit.

Orthodoxorum autem nomine vocat Barhebraeus Monophysitas, ad quorum sectam Aphraatem quasi in antecessum contendit adscribere.

Paulo post Barhebraeum, Ebediesu Sobensis episcopus nestorianus (1318), in suo *Catalogo omnium librorum ecclesiasticorum* in quo Syrorum primum, sed etiam aliquorum e graecis latinisque recenset opera, cuiusvis sectae, apud Syros recepta, hoc Aphraatem tetrasticho laudat[4] :

ܐܦܪܗܛ ܚܟܝܡ ܛܘܒ̈ܢܐ
ܗܘ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ
ܣܡ ܗܘܐ ܬܪ̈ܝܢ ܦܢܩܝ̈ܬܐ
ܥܡ ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܒܐܠܦ ܒܝܬ ✤

« Beatissimus Aphraates, ille Sapiens Persa, duos composuit tomos sermonum, ordine alphabetico digestorum. »

Ut ostendetur, sermonum viginti duorum iuxta ordinem litterarum *tomi* duo, septem annorum interiectu separantur. Aliter ultimum versum expressit Assemani (l. c.) : *duos tomos, necnon orationes ordine alphabetico digestas,* i. e. *cum orationibus*... Alii quoque per eadem vestigia ierunt. Ambigui sane sunt

[1] I. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Gregorii Barhebraei Chronicon ecclesiasticum*, Lovanii, 1872-1877, t. I, p. 85; t. II, p. 33.
[2] *Ibid.*, t. I, c. 85; cf. t. II, cc. 865-866.
[3] W. Wright, *The homilies of Aphraates*, p. 3.
[4] Assemani, *Bibliotheca orientalis*, Romae, 1719-1728, t. III, pars 1, p. 85

sensus particulae ܕ; quem elegimus ideo elegimus (duos tomos sermonum, seu complectentes sermones), ne videretur eruditus librorum collector errare aut inaccurate loqui, hos duos tomos Demonstrationum a sermonibus alphabeticis discernendo.

Tandem librarius incerti nominis, qui anno 1364 variorum opera collegit (Musei Britannici Cod. Orient. 1017), Aphraatis chronicon, seu ultimae Demonstrationis initium, libro suo inseruit, hoc praemisso titulo : ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܟܬܒܝܢܢ ܬܚܘܝܬܐ ܕܥܠ ܦܪܕܬܐ ܕܚܟܝܡܐ ܐܦܪܗܛ ܗܘ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ. ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ. *Auxiliante Deo scribimus Demonstrationem de Acino, Sapientis Aphraatis, qui est Iacobus, episcopus sancti Matthaei. Eius oratio nobis adsit.* Non abs re erit animadvertere codicem insuper comprehendere aliquot opera historica Gregorii Barhebraei, in eodem monasterio sancti Matthaei sepulti, et alia Iacobi Severi, Tagritensis episcopi, quondam in eodem coenobio monachi, et ibidem pariter conditi. Sed plura de hoc libro in codicum nostrorum descriptione dicenda erunt.

His septem veterum verbis accedant amanuensium nostrorum testimonia, quibus auctoris, qui de se ipso expresse siluerat[1], nomen iterum proditur, et fama declaratur.

In primo codice, folio primo, lector quidam Sapientem Persam *doctorem* et *virum egregium* vocavit, eius orationem implorans. (Cod. A, fol. 1 *a*). Alius, Zachaeus nomine, clausulae finali viginti duarum epistolarum addidit : *Hic Sapiens Persa vir perfectus fuit; eius verba et doctrina de ipso testimonium reddunt. Huius oratio nobis adsit.* (A fol. 154 *b*).

Alter codex post ultimam Demonstrationem exhibet hanc librarii notam : *Absoluta est in hoc libro descriptio omnium epistolarum sancti Iacobi, Sapientis Persae (B* fol. 174 *a)*; et, inversa charta, scriba bonam et gloriosam memoriam apprecatur ei qui praestantissimum thesaurum adquisivit librorum sancti Iacobi, Sapientis Persae (*B* fol. 174 *b*).

Ultimo demum haec adnotatio proferatur anonymi scriptoris tertii codicis nostri : *Sapiens Aphraates est Iacobus, episcopus sancti Matthaei* (C fol. 159 *a*).

At paucioribus exceptis auctorum locis supra relatis, nihil aliud de ipsius vita et rebus actis, aetate et loco habitationis, memoriae mandatum hucusque novimus; et quae Aphraates ipse de se silentio praetermisit, nullus, quod sciam, auctorum conscripsit. Haec igitur duntaxat possunt sciri, quae

[1] Cf. Demonstr. XXII, 26.

ex ipso opere eruuntur, prout iam eadem Georgius episcopus in Epistola supra dicta pluribus verbis perquisivit.

2. Sed ante omnia de proprio nomine Sapientis Persae, quod Georgius ignoravit, quaestio habeatur.

Duplici eum nomine vidimus appellatum : alterum a Barhebraeo ܦܪܗܕ (*Farhad,* seu *Ferhad* secundum Rosen et Forshall in Catalogo l. c.) scriptum, apud ceteros evasit ܐܦܪܗܛ, ܐܦܪܗܛܣ, quae formae serioribus temporibus magis usitatae, ad graecam scriptionem Ἀφραάτης effictae sunt. Porro nomen ipsum, a Syrorum lingua alienum, apud Parthos, Persas, Armenos commune olim exstitit, etiamque apud hodiernos Persas sub forma فرهاد in usu servatur[1].

Alius Ἀφραάτης martyr (373) a Theodoreto commemoratur, natione pariter Persa, qui Edessae et Antiochiae vitam anachoreticam egit[2]. Huius memoriam Graeci die 29 ianuarii, post martyres Edessenos et sanctum Barsimaeum, episcopum Edessae, recolunt. In romano martyrologio pariter, at die septimo aprilis, indicitur.

Sed Aphraatem nostrum alio modo Iacobum vidimus appellatum, nomine quippe christiano, quod forsan ad alterum *gentilicium* adiunxerit baptismate recepto, vel magis quando ad ecclesiasticum gradum provectus est. Notum est autem similes nominum mutationes aut adsumptiones ab antiquo hodieque apud Orientales frequentari[3]. Utcumque res est, haud dubium videtur esse quin ex eo cognomine ortus fuerit error quo Iacobi Aphraatis opera pro genuinis Iacobi Nisibeni scriptis obtinuerint, cuius scripta nulla superesse, adversus Gennadium respondentes, ostendemus; aut etiam Iacobo Sarugensi imputarentur, Assemano auctore. Hunc quippe ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ Iacobum Doctorem, illum vero ܝܥܩܘܒ ܪܒܐ Iacobum Magnum solent appellare; Iacobo autem Aphraati pertinet titulus Sapientis Persae.

Alius etiam noster habendus est ac Iacobus, martyr in Persia sub Sapore II, aliique multi, nomine maxime promiscuo sic nuncupati, de quibus non est operae pretium in praesenti inquirere.

[1] Vullers, *Lexicon persico-latinum,* Bonnae, 1864, t. II, p. 673, c. 2; J. B. Abbeloos, *Acta sancti Maris,* Analecta bollandiana, t. IV, 1885, pp. 86, 103, 105. Cf. Tacit. *Annal.* lib. II, 1, 2; lib. VI, 31, 32, edit. Lemaire, 1819, t. I, pp. 158, 159, 573.

[2] *Historia ecclesiastica,* lib. IV, c. XXIII (XXIV). Patr. Gr. t. LXXXII, c. 1185; *Philotheus,* c. VIII. *Ibid.* c. 1368-1377.

[3] Vid. J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Gregorii Barhebraei Chronicon ecclesiasticum,* t. I, p. 191; t. II, p. 377. — Assemani, *Bibliotheca orientalis,* t. II. *Dissert. de Monophysitis,* cap. VII, *De mutatione nominis.*

Nos tamen remorabitur Athanasii locus, in epistola encyclica, ad episcopos Aegypti, anno 356 scripta, in qua doctores catholicos suae aetatis arianis opponens, Iacobum cum ceteris Mesopotamiae episcopis distincte nominat : Ἰακώβου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τῶν ἀπὸ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν[1]. Sed cum Iacobus Aphraates non in Mesopotamiae regione, sed in Perside, seu in confiniis Persarum et Romanorum, habitaverit, neque etiam adversus Arianos pugnaverit, praeterquam quod nonnullos Athanasius appellat, qui inter scriptores nequaquam computantur, non necessario apparet Aphraatem ab Athanasio designari, magis vero Iacobum Nisibenum, qui concilio Nicaeno interfuisse, et orthodoxae doctrinae adversus Arium vindex acerrimus exstitisse dicitur.

3. Sed haec de Sapientis Persae homonymis dicta sufficiant. Nunc de originis loco et tempore nobis agendum est. Ipsum opus auctorem prodit e gentilibus parentibus oriundum, et in ethnicorum moribus primum institutum. Nam haud secus ac sanctus Simeon Barsabae[2], Deum laudans a quo ex errore idolorum ad scientiam divinitatis adductus fuit, ita et Aphraates ethnicam originem ipse tradit; gaudet enim se a via gentium aversum fuisse (Demonstr. II, 20); profitetur etiam idolorum cultum se abjecisse, et mendacium nunc illud vocare quod a patribus acceperat (Demonstr. XVI, 7); Iesum adorat qui mentes nostras pervicaces ab omnibus superstitionibus vani erroris avertit, et docuit nos Deum unum, Patrem et Factorem nostrum, adorare, et colere, et servire (Demonstr. XVII, 7); ac tandem Iudaeos fatetur irasci quod, inquit, nos pro eis facti simus haeredes (Demonstr. XVI, 7).

Quod ad locum pertinet, Georgius episcopus aliquorum refert sententiam aientium Sapientem Persam Nisibi commoratum esse : ܐܬܪܐ ܕܝܢ ܕܥܡܘܪܗ ܗܘܐ܆ ܒܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܐܝܟ ܕܡܬܐܡܪ ܡܢ ܐܢܫܝܢ܆ ܐܘ ܒܕܘܟܬܐ ܐܚܪܬܐ ܕܐܬܪܘܬܐ ܗܠܝܢ ܠܐ ܗܘ ܡܘܕܥ ܠܢ܂[3] « Ubi habitaverit, Nisibi, ut ferunt aliqui, an in alio regionum illarum loco, ipse nobis minime declaravit. » Sed ad annum 363 usque, celebris illa civitas potestati Romanorum subdita mansit. Eum ibi forte peregrinatum fuisse concedetur probanti; minime vero potuit Nisibi tanquam in patria sede habitare; nam primo e certis Demonstrationum locis colligimus eum sub ditione regis Persidis vixisse, cum nempe christianis a Sapore vexatis animum addit per litteras saeviente tyrannide missas, quinto scilicet post exordium persecutionis anno (Demonstr. XXIII, 69); cum iterum aliquas Demonstrationes non solum aera

[1] *Patr. Gr.* t. XXV, c. 537.

[2] Apud J. Overbeck, *S. Ephraemi Syri, Rabulae episcopi Edesseni, Balaei aliorumque opera selecta*, Oxonii, 1865, p. 424, ll. 9-11.

[3] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 110, ll. 28, 29.

Seleucidarum, seu « regni Graecorum », sed « annis regni Saporis » inscribit (Demonstr. xiv, 50 et xxiii, l. c.); aut cum in Demonstratione v *De Bellis,* dissimulatis nominibus, Saporem ostendere nititur a Romanis superatum iri.

At neque ex appellatione Sapientis Persae, neque etiam ex nomine peregrino Pharhad eruere licet eum Persam fuisse genere, quippe qui sermone syriaco, et quidem pure et culte, ac tanquam patrio utatur. Persae enim dicebantur vel superioris Tigridis accolae, cum Persarum regnum, per Assyriam dilatatum, usque ad Mesopotamiae fines iamdiu pervenisset, et anno 338 Persae Nisibin primo oppugnaverint.

Porro his indiciis apte conveniunt quae de situ monasterii sancti Matthaei novimus, in quo, iuxta supra productas librariorum adnotationes, Aphraates sedem habebat. Locus enim in Persidis et Mesopotamiae confinibus invenitur, siquidem in clivo montis Maklub seu Meklub, iuxta arabicum nomen مقلب « inversus », ita a forma dicti; a christianis vero, iam a saeculo quinto, Elpheph ܐܠܦܦ et Chuchta ܟܘܟܬܐ appellati, e regione urbis Mossulensis, trans ulteriorem ripam fluminis, qui quatuor vel quinque horarum ad orientem distat itinere. Ab hodiernis incolis شيخ متى Sheikh Matta vocatur; ad iugum montium Badhinan Kurdistani pertinet, et subiectam vallem torrentis Ghazir, qui in Zabum maiorem influit[1].

4. Si vero tempus inquiramus (in reliquum dilata probatione quae ex aetate translationis armeniacae colligi potest), primum testem habemus sanctum Isaacum Antiochenum († circa 460), qui magistrum habuit Edessae Zenobium, sancti Ephraemi discipulum. Is Aphraatis loca haud exigua (Demonstr. i, 14; iii, 1, 3) in carminibus suis viii et xiii, non solum eadem sententia, verum iisdem saepe vocabulis exprimit, adeo ut, qui ambo simul perlegit, pro manifesto habeat Aphraatem iam ab auctore saeculi quinti tritum fuisse[2].

Insuper, prius iam nos monuit Barhebraeus Sapientem Persam tempore Papae inclaruisse. Hunc autem, Persam et ipsum similiter appellatum, supra diximus ab anno 266 ad annum 334 secundum Barhebraeum, iuxta alios vero ab anno 256 aut 257 ad 326, Seleuciae et Ctesiphontis pontificatum gessisse.

[1] De situ monasterii sancti Matthaei vide S. Badger, *The Nestorians and their rituals,* Londini, 1852, t. I, p. 95 seqq., et cf. tabulam chorographicam alteram ad calcem voluminis, et I. Rich, qui locum describit apud C. Ritter, *die Erdkunde,* part. IX, West-Asien, Berlin, 1840, ii, 4. vol. VI, § 23, pp. 732-740.

[2] Bickell, *S. Isaaci Antiocheni, doctoris Syrorum, opera omnia,* pars I, Gissae, 1873. Carm. viii, vv. 1280 seqq., p. 138; xiii, vv. 14-20, p. 250; vv. 52-102, p. 252-254, aliaque. Cf. Bickell, *Ausgewählte Abhandlungen des Bischofs Iakob Aphraates von Mar Matthaus* (Thalhofers *Bibliothek der Kirchenväter,* vol. CII), Kempten, 1874, p. 52, not.

At ipse epistolis annum curavit Aphraates apponere. Quintam enim adscribit anno 648 Alexandri, regis Graecorum (Demonstr. v, 5), seu aerae Seleucidarum, qui est annus post Christum natum 336-337. Rursus cum expleta vigesima secunda, Demonstrationum ad alphabeti ordinem digestarum indicem ipse componit, decem priores ait anno 648 regni Alexandri Philippi Macedonis confectas (336-337 post Christum), duodecim autem posteriores anno 655 « regni Graecorum et Romanorum, Saporis trigesimo quinto », qui est post Christum 343-344 (Demonstr. xxii, 25). Et speciatim decima quarta, ad episcopos et ecclesias Seleuciae et Ctesiphontis, mense « shebet » anni 655, qui est Saporis trigesimus quartus (februario-martio 344), data fuisse inscribitur (Demonstr. xiv, 50). Tandem vigesima tertia mense « ab » (iulio-augusto) anni sequentis, seu 656 Alexandri Philippi Macedonis, trigesimi sexti Saporis, post edictam persecutionem quinti, confecta est (Demonstr. xxiii, 69), post Christum 345.

Itaque Sapiens Persa, regnante in Perside quidem Sapore (309-379), in Occidente autem Constantino (306-337) et Constantio (337-361), priores tractatus conscribebat aut absolvebat, anno post concilium Nicaenum duodecimo, ipso quo Constantinus obiit[1]; posteriores vero intermissis annis septem, et dira diutinaque Saporis adversus christianos persecutione iam incepta. Merito ergo sancto Simeoni aequalis aetate dicetur, qui anno 340 martyrium subiit, sancto Shadusto, Persae, huius in episcopatu et in confessione successori, et sancto Iacobo Nisibeno, qui anno 338 vitam exegit. Coaevum etiam clari nominis habuit Aphraates Ephraemum, licet paulo iuniorem. At neuter alterum magistrum aut discipulum habuit. Iste namque, Nisibi quidem natus, apud Iacobum Nisibenum discere occoepit; at post huius mortem Edessam migravit, ibique scripta celeberrima composuit, et usque ad finem vitae (373, ut verior est sententia) habitavit. Inde claret non posse Aphraatem discipulis « Prophetae Syrorum » connumerari, sicut iam Georgius recte animadvertit; « licet aliquantulum conveniant tempora quibus ambo vixerunt et docuerunt, attamen cum sanctus Ephraem adolescebat, scriptor Persa iam senuerat » ܐܦ ܘܡܫܠܡܢܐ ܡܕܡ ܕܒܗܝܢ ܐܝܟܢ ܟܕ ܚܕ ܢܦܩ ܦܪܝܡܐ ܐܦܪܝܡ ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܗܘ ܦܪܣܝܐ. ܐܘ ܕܒܬܪܐ ܘܡܫܡܠܝܘܬܐ ܟܕ ܒܙܒܢ: ܕܝ ܗܘ ܡܢ ܡܕܝܢ ܐܦܪܝܡ ܐܠܘܗܝ ܗܘܐ ܠܡܠܐ. ܡܫܡܫܢܐ ܕܝܢ ܗܘ ܦܪܣܝܐ ܣܓܝ ܡܢ ܕܝܗ:[2] Num aliqua etiam societate iuncti fuerint nullibi apparet, neque Aphraates inter plurimos Ephraemo notos ab auctoribus unquam est relatus. Aliud demum est quod, quamvis in easdem saepe sententias, infra proponendas, conveniant, tamen, ut rur-

[1] Ita Georgius in Epistola (apud Lagarde, *Analecta syriaca*), at paulo infra, repugnantia loquens, innuere videtur decem priores Demonstrationes octo annis ante Constantini obitum scriptas esse. Ceterum in hoc loco non uno errore labitur.

[2] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 114, ll. 4-7.

sus Georgius notavit, utriusque indolem, modum, stilum quisque perspiciet dissimillima esse : ܠܐ ܓܝܪ[1] ܕܡܝܐ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܗܢܐ ܠܝܘܠܦܢܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ. « Neque enim doctrina eius doctrinae sancti domini Ephraemi similitudinem exhibet. »

De anno quo vita excesserit, sicut nec de nativitatis eius tempore, nihil possumus pro certo affirmare. Verumtamen, si summam sacrarum Litterarum scientiam, doctrinae robur et firmitatem, aut gradum ecclesiasticum, existimationem etiam quam videtur obtinuisse consideremus, prout ex tota nobis Demonstrationum indole manifestantur, coniectura credi poterit Aphraatem, cum scriberet, virum fuisse firmatae iam aetatis, praesertim si adhuc vivente Papa, ut censuit Barhebraeus, floruerit, itaque ultima saeculi tertii parte natum esse, et grassante adhuc quadraginta annorum persecutione (340-379), sed non ante annum 345, quo ultimam Demonstrationem composuit, occubuisse. Eum vero ab ipso persecutore, contra quem scripserat, vexatum sublatumque fuisse, per nulla monumenta certa adhuc licuit inferre. Aphraatis utique nomen in pervetusto martyrologio syriaco, anno aerae nostrae 412 antiquiore, deprehendimus, in quo post duodecim mensium nomenclaturam addita sunt quasi in altera parte ܫܡܗܐ ܕܡܘܕܝܢܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܡܕܢܚܐ. ܐܒܐ ܡܘܕܝܢܐ ܩܕܡܝܐ : ܕܠܝ ܡܘܕܝܢܐ ܕܬܪܝܢ ܒܘܠܚܐ ܚܙܐ ܘܐܦܪܗܛ ܘܡܢܘܦܠܘܣ ܡܢ ܩܕ̈ܡܝܐ ܡܠܝܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܒܘܪܣܡ ܘܣܝܢܝ ܡܘܕܝܢܐ ܩܕ̈ܡܝܐ. « Nomina confessorum qui in Oriente interfecti sunt : Abba primus confessor, Dali confessor secundus, Bulha, Hazath, *Aphraat*, Menophilus, e primis; Miles episcopus, et Abursam, et Sinai, confessores primi[2]. » Sequuntur episcopi Persidis Simeon Barsabae, Barbashemin, Shaddustius, et alii cum presbyteris et diaconis, qui fidem in his regionibus confessi sunt. Ipsumne Sapientem Persam, qui in postremo Sermonum tam cupide videtur martyrio inhiare, an eius homonymum quemdam, hisce priscis martyribus persecutionis Saporis adnumeratum habeamus, definiri nequit, licet dici possit alium, nostro antiquiorem aliquanto, hic significari, utpote Millesio episcopo praepositum, quem, cum Abrosimo presbytero et Sina diacono, sub initium ferme, id est anno primo vel secundo persecutionis (340 vel 341), martyrio novimus esse coronatum. Aphraates vero noster non ante annum 345, quo ultimam Demonstrationem conscribebat, supremum diem obiit.

5. Ut autem ad certiora redeamus, e suis scriptis illum agnoscemus (licet eam auctoris nostri condicionem in dubitationem nuper tentaverint addu-

[1] Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 111, ll. 1 et 2.

[2] Ioh. Bapt. de Rossi et Ludov. Duchesne, *Martyrologium Hieronymianum* (Acta Sanctorum, Novembris t. II) pp. [LXIII] et [LXIV] et W. Wright, *An ancient syrian Martyrology :* Journal of sacred literature, 1866, vol. VIII (New Series), pp. ܘ et 431. Antiquum huius menologii documentum ultimis foliis comprehenditur codicis syriaci Musei Britannici addit. 12,150, omnium qui annum certum adscriptum ferunt vetustissimi.

cere[1]) coenobitam fuisse, etiamque clero adnumeratum. Monachum quippe sese non semel profitetur, cum videlicet ad monachos, « fratres suos » (Demonstr. VI, 6, 20. Cf. X, 9.), scribens, eos monet, tanquam ipse monastica vita eruditus, disciplinaeque praeceptis instituit (Demonstr. VI, 8, seqq.), haec iungens : « Conveniens et aequum et decorum est consilium quod do *mihimetipsi et vobis,* dilectissimi monachi, qui uxores non accipitis » (Demonstr. VI, 4). Pariter, initio Demonstrationis XVIII, sermonem instituit de re quam fatetur silentio minime praetermittendam : « de sacro scilicet pacto seu de virginitate et castitate *in qua perstamus* ». « Sortem hanc... libere servamus, non vi aut alicuius necessitate praecepti, nec lege aliqua in ea cohibiti » (*Ibid.* 12), sed proposito vel voto voluntario obligati, quod ostendit in Demonstratione VI, 4, nisi verbis expresso, saltem facto ipso et tacite, ut hodiernorum subdiaconorum, pronuntiato. Et alio loco de monachis loquens, se eorum numero rursus demonstrat insertum : « Haec omnia tibi scripsi, carissime, quia nostra aetate homines inveniuntur qui seipsos vitae solitariae castimoniæque devovent religiosae. Porro praelium contra adversarium committimus, ac ipse nobiscum contendit, ut ad statum [saecularem] a quo libere discessimus nos reducat. » (Demonstr. VII, 25.)

Monasticum autem sancti Antonii institutum ipsius discipuli, magistro nondum mortuo, ex Aegypto in Orientem et in Persidem usque, eo ipso tempore, id est ineunte saeculo quarto, invexerunt; cui nomen dedisse in primis tradunt sanctum Iacobum Nisibenum, et sanctum Millesium, Susarum deinde episcopum et martyrem, de quo supra[2]. Apte profecto in haec prospera in Perside militiae monasticae exordia cadit Aphraatis declaratio : sua aetate inveniri qui solitariam, religiosam continentemque vitam amplexabantur.

Haec habui quae de statu monastico Aphraatis scriberem. Nunc relinquitur ut inquiram qualis sit auctoritas in testimoniis scriptorum dicentium Aphraatem in monasterio illo sancti Matthaei episcopum exstitisse. Res autem e textuum disquisitione perpendenda est.

Duo quidem loci in Demonstratione XIV ad firmandam praedictam opinionem multum videntur conferre, prior in huius epistolae exordio, quod iam Georgius in testimonium adduxit : cum nempe Aphraates seipsum clero adnumerat, scribens : « Consilium cepimus omnes nos, dum congregati sumus,

[1] H. Weingarten, *Der Ursprung des Mönchtums im nachconstanstinischen Zeitalter* (Zeitschrift für Kirchengeschichte, Gotha, 1877, I pp. 1-35; 545-574); art. *Mönchtum* in Herzogs Real-Encyclopädie, Leipzig, 1882, vol. X, pp. 776, 777. — Aphraatis causam defendit Ryssel, *Notiz über die Anfänge des Mönchtums in Syrien* (Theologische Literaturzeitung, 1885, n°16, cc. 387-390).

[2] Vid. Assemani, *Bibliotheca Orientalis,* t. III, part. 2, pp. dcccLXII, seqq., et dccclxxxvi; Sozomeni, *Historia ecclesiastica,* II, 14. *Patr. Gr.* t. LXVII, c. 968, seqq.

scribendi epistolam hanc ad fratres nostros universos, Ecclesiae filios, in variis regionibus degentes; episcopi, presbyteri, diaconi, totaque Ecclesia Dei cum omnibus liberis eius in diversis locis, qui apud nos sunt : fratribus nostris carissimis et dilectissimis, episcopis, presbyteris, diaconis, una cum universis liberis Ecclesiae qui vobiscum sunt, omnique populo Dei, Seleuciae et Ctesiphonte et per varia loca exsistenti, sit a Domino Deo et Vivificatore nostro, qui per Christum vitam nobis dedit, nosque ad se accedere fecit, pax multa; » alter vero cum in eadem epistola (*Ibid.* 25) de sancta manuum impositione loquitur, seu sacra ordinatione, « quam homines, inquit, a nobis accipiunt ».

Sed quia utrumque locum (licet, nostra quidem sententia, optimo iure in hanc partem interpretatum), dubiae esse significationis, ipsamque orationem quasi « ad fallendum compositam »[1] debeamus agnoscere, propter incertam in priore vocabulorum flexionem *episcopi, presbyteri, diaconi,* et ambiguum pariter sensum praepositionis ܡܢ (*a nobis* vel *e nobis*) in altero, alios textus advocabimus, in quibus Aphraates, episcopos summa auctoritate compellans et admonens, in episcopi modum profecto loquitur.

Praedictae enim epistolae scriptor dissensiones ob Pastorum vitia, fastum, ambitionemque in ecclesia Seleuciae et Ctesiphontis exortas, palam aspereque coarguit (Demonstr. xiv, 2, seqq.). Quos ita compellat, pastorum (*Ibid.* 39), sacerdotum (Demonstr. vii, 18), rectorum gregis (Demonstr. vii, 26), dispensatorum domus (Demonstr. xiv, 38), speculatorum, quasi ἐπισκόπων (Demonstr. vii, 26), doctorum (Demonstr. xiv, 26; vii, 18), nominibus sunt insigniti; vocantur electi et uncti ut praesint (Demonstr. xiv, 27), gregis congregatores (Demonstr. xiv, 38), educatores liberorum Ecclesiae (*ibid.*). Ipsi filios ex aqua gignunt Ecclesiae (*ibid.*), iuvenes imbuunt, et virgines instituunt (Demonstr. x, 6); Ecclesiam, Apostolorum munere, Deo desponsant (Demonstr. xiv, 38, 39). Medicos etiam alloquitur, quorum cura est vulneratis medendi (Demonstr. vii, 2, 4); qui claves caelorum tenent, ut paenitentibus ianuam aperiant (Demonstr. xiv, 26; vii, 11), non vero ut hac ligandi et solvendi potestate perverse abutantur (Demonstr. xiv, 44); tubas inflant et monent populum (Demonstr. vii, 18) et baptismi sacramentum conferunt (Demonstr. vii, 21).

Hos porro fratres vocat (Demonstr. xiv, 42, 45, 49); peccantibus se humiliter adnumerat (*Ibid.* xiv, 2, 21, 26), eosque non ut « subiectos quos edoceat », sed velut « aequales gradu » « consiliariosque et adiutores » (ex Col. iv, 11) computat (*Ibid.*, xiv, 42, 45). « Fratres nostri, inquit, superbiunt titulis quos susceperunt, ut possint ligare... Et potestatem habeo et ego » (*Ibid.* xiv, 25). Ministerium sacrum extollit, « quod, ait, non debemus spernere, ne ab ipso reprobe-

[1] J. Forget, *De vita et scriptis Aphraatis,* p. 101.

mur » (Demonstr. xiv, 17). Denique se fatetur thesauro regio a Domino domus praepositum esse (Demonstr. x, 8); Ecclesiae nomine docet (Demonstr. xxii, 26), et gravi auctoritate a pastoribus requirit ut indignos gregi non praeponant (Demonstr. x, 6), neve antiquiorem, sed digniorem sufficiant (Demonstr. xiv, 25).

Ex talibus loquendi formulis iure inferimus virum in sacra hierarchia constitutum ad aequos et pares scripsisse, et insuper qui epistolam huiusmodi. episcoporum regionis suae et totius cleri mandato, ad primariam ecclesiam Seleuciae et Ctesiphontis misit, facere nequivisse nisi ecclesiasticus vir esset, sive propria existimatione et eruditione, sive etiam sedis suae dignitate atque excellentia conspicuus.

Haec vero apte dici possunt de antiquo monasterio sancti Matthaei, quod inter vicinas sedes praestantiam aliquam, forte iam eo tempore, obtinebat. Illud enim, quod ferunt, a conditoris nomine, Diocletiani persecutionem fugientis, ita appellatum [1], vel quod in honorem dicatum fuit B. Matthaei Evangelistae, quem suum etiam Chaldaei in Perside agnoscunt apostolum, ab ipsis sancti Antonii discipulis eo ipso tempore conditum est [2], et sedes revera exstitit olim episcopalis, quae Chaldaeis iacobitis cessit. Instituto ab his primate orientalium in urbe Tagrito anno 629, coenobium matthaeanum tanquam pristinae sedis Seleuciae locum excipiens, sub auctoritate patriarchae ordinem secundum obtinuit, veluti sedes ipsius metropolitae Ninives, postea Mossuli, qui etiam « episcopus sancti Matthaei » dicebatur [3]. Hic, ab ipso catholico ordinatus, ceteris episcopis honore et dignitate antecedebat; statuta etiam lex erat ut ille catholicus in monasterio deberet incathedrari. Nonnulli episcoporum sancti Matthaei, inde a quinto ad duodecimum saeculum, a Barhebraeo et Assemano nominati, celebres exstiterunt. Iidem auctores testes sunt de monachorum ibi degentium auctoritate et magna frequentia [4]. Haec fuit matthaeanae sedis condicio, donec anno 1155 principali cathedrae adiecta est, cum scilicet Tagritensis et Ninivensis ecclesiae in sedem unam collectae

[1] Rich coenobii exstructionem a Matthaeo, Eugenii discipulo, anno 334, ipsimet Aphraatis tempori, adscribit (apud Ritter, *Erdkunde* l. c., p. 737). Idem auctor (p. 735), et Badger, *The Nestorians and their rituals*, t. I, p. 96, conditoris speluncam, necnon in ecclesia tumulum ostendi aiunt.

[2] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. II, p. 460; t. III, part. 2, pp. iii seqq., et dcccLxviii. Adserit Iesuiab, auctor saeculi XIII, cuncta coenobia orientalia a sancto Eugenio eiusque discipulis fuisse fundata, et sanctorum nominibus nuncupata, ante exortas haereses et concilia congregata (Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. III, part. 1, p. 300).

[3] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. II, *Dissert. de Monophysitis*, § ix, sub verb. *Monasterium S. Matthaei*.

[4] Vid. J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Barhebraei Chronicon ecclesiasticum*, t. I, cc. 285, 344; t. II, cc. 104, 342, 364; Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. I, p. 445; t. II, *Dissert. de Monoph.*, § viii, *Sedes Maphriani;* § ix, sub verb. *Mosul* et pp. 419 seqq.

sunt. Monasterio tunc praefuit archimandrita. At Tagrito destructo, Primas in coenobio sancti Matthaei sedem elegit. Anno autem 1171, monasterium a Curdis direptum deseruerunt monachi, Mossulum aliquando habitaturi. Iterum anno Graecorum 1680, dominica, die 25 mensis « ab », seu augusti 1369, Curdi coenobium vastaverunt et funditus expilaverunt, suppellectilique, cibariis et thesauris ablatis, domum et templum vacua reliquerunt[1]. Hodie, ut referunt qui locum lustravere, monasterium, excepta ecclesia, ruinis paene collapsum iacet; episcopus iacobita cum uno vel paucis monachis coenobium inhabitat, et pagos aliquos iurisdictione tenet. In ecclesia sunt plura eiusdem loci episcoporum, atque etiam catholicorum sepulcra, estranghelicis et carshunicis pleraque titulis insculpta, et in primis Iacobi Sarugensis, Gregorii Barhebraei, Iacobi Severi Tagritensis, de quibus supra sermo factus est (p. xii). At alia vetustate corrupta sunt, alia a Curdis derasa[2].

Ceterum nemo nescit eosdem saepe apud orientales episcopos fuisse quos monachorum praepositos, ita ut inter Iacobitarum sedes episcopales, viginti et unum monasteria enumerentur[3]. Ex pluribus iterum scriptorum locis discimus monachos ecclesias administrasse, aliquos etiam ad episcopi munus in propriis monasteriis, « honoris et meriti causa », fuisse provectos et ordinatos : τιμῆς ἕνεκεν, ἀντ' ἀμοιβῆς ὥσπερ τῶν αὐτοῖς πεπολιτευμένων χειροτονηθέντες ἐν τοῖς ἰδίοις μοναστηρίοις[4].

CAPUT SECUNDUM

APHRAATIS OPERA

6. Demonstrationes xxiii recensentur. Quae fuerit eas occasio scribendi. Aphraatis amicus. — 7. Singulae Demonstrationes analysi describuntur. — 8. Demonstrationum authentia probatur adversus Gennadium. — 9. De translationibus operum Aphraatis. Versio armeniaca. Eiusdem iudicium, utilitas. Versio latina Antonelli. Versio aethiopica.

6. Merito salutatur Aphraates patrum ecclesiae syriacae antiquissimus,

[1] J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Barhebraei chronicon ecclesiasticum*, t. III, p. 531.

[2] Monasterium sancti Matthaei visitaverunt Rich, anno 1820 (supra p. xv), et Badger, annis 1843 et 1850. Is in supradicto opere *The Nestorians and their rituals*, tradidit coenobii conspectum (p. 97) et situm ecclesiae designavit (p. 95), cum sacello B. M. ad orientem, et coemeterium, seu ܒܝܬ ܩܕܝ̈ܫܐ « locum sanctorum », in occidentali parte templi. Uterque monet traditiones circa hoc coenobium diversissimas, et quae a loci incolis narrantur, parvi facienda esse.

[3] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. II, *Dissert. de Monoph.*, § ix, *Monasterium S. Abel.*

[4] Sozomeni *Historia ecclesiastica*, vi, 34. *Patr. Gr.*, t. LXVII, cc. 1393-1396. Cf. J. B. Abbeloos et Th. Lamy, *Barhebraei Chronicon ecclesiasticum*, t. I, c. 381.

cum primus ipse sit cuius opera, quae quidem a gentis suae scriptoribus ei adsignantur, utque ab ipso ex ordine recensentur, ad nos integra pervenerint.

Hae igitur sunt, auctoribus Barhebraeo et Ebediesu, supra (pp. x, xi) evocatis, Dissertationes viginti duae, secundum alphabetum digestae et bifariam divisae, addita alia vigesima tertia extra ordinem litterarum. Titulum singulis imposuit librarius post auctorem « Demonstrationum » ܬܚܘܝܬܐ (Demonstr. xxii, 25; xviii, 12). Ita etiam Barhebraeus, et Georgius, et auctor anonymus in codice Musaei Britannici Orient. 1,017, de quo supra (p. x). Variis autem ab ipso auctore nominibus insignitae dicuntur ܐܓܪ̈ܬܐ « Epistolae » (Demonstr. i, 1; xix cod. *B* in tit.), ܡܐܡܪ̈ܐ « Sermones » vel « Homiliae » (Demonstr. x, 7, 8; xxii, 25, 26), nonnunquam etiam ܪ̈ܫܐ « Capita » (Demonstr. xxii, 25, 26), ܟܬܒ̈ܐ « Libri » (Demonstr. xi, 7), ܥܘܗܕ̈ܢܐ « Memoriae » (Demonstr. x, 7; xxii, 25; xxiii, 60), atque etiam ܬܫ̈ܥܝ quasi « Res gestae » seu « Historiae » (Demonstr. iv, 1; x, 9), ܡܫܘܕܥܢܘܬܐ (Demonstr. xxii, 25) et ܡ̈ܠܟܐ « Adhortationes » (*Ibid.*).

Viginti duae priores ad ordinem viginti duarum litterarum alphabeti syriaci dispositae sunt, ita videlicet, quod Orientalibus iucundum semper familiareque exstitit, ut singulae per unamquamque litteram incipiant, et alia alii ex ordine succedat. Vigesima tertia a prima littera rursum orditur.

Omnium igitur indicem, priusquam propius explorentur, lector accipiat.

i De Fide. — ii De Caritate. — iii De Ieiunio. — iv De Oratione. — v De Bellis. — vi De Monachis. — vii De Paenitentibus. — viii De Resurrectione mortuorum. — ix De Humilitate. — x De Pastoribus.

Hic Aphraates priorem operum partem, seu tomum, claudit (Vid. Demonstr. x, 9.). Porro decem has Demonstrationes, litteris ab *alaf* ad *iud* praenotatas, e Demonstratione xxii constat, ut dictum est, anno aerae Graecorum 648, post Christum 336-337, scriptas seu absolutas fuisse, duodecim vero quae sequuntur, a littera *caf* ad *tav*, post annos septem, scilicet anno Christi 343-344.

xi De Circumcisione. — xii De Paschate. — xiii De Sabbato. — xiv De Exhortatione. — xv De Distinctione ciborum. — xvi De Electione Gentium loco Iudaeorum. — xvii De Christo Dei Filio. — xviii De Virginitate. — xix De Iudaeis non congregandis. — xx De Sustentatione pauperum. — xxi De Persecutione. — xxii De Morte et novissimis.

Totam nunc Demonstrationum seriem Aphraates ex ordine percenset, et annum utrique tomo adscribit.

xxiii De Acino et de benedictione quae descendit in iustos priscarum generationum, mense augusto anni sequentis (656 Graecorum, post Christum 345) data; ipsa est quam Barhebraeus post epistolas alphabeticas sub titulo « libri paraenetici » ܟܬܒܐ ܕܡܪܬܝܢܘܬܐ proponebat.

Universos autem tractatus in hunc finem Aphraates composuit (quod e

nonnullis eorumdem locis discere licet), ut amico satisfaceret de fide et operibus fide requisitis interroganti. Epistolam quam iste Aphraati miserat amanuenses toti Demonstrationum summae praescripserunt. Ex hac autem sumitur argumentum non praetermittendum de scientiae et doctrinae laude quam Sapiens Persa iam erat consecutus, ut legenti patebit.

Iuxta translationem armeniacam operum Aphraatis, sub nomine, ut diximus, sancti Iacobi Nisibeni propositam, Epistola haec interrogatoris ad B. Iacobum a sancto Gregorio Illuminatore dirigitur. Possumus quidem dicere cum Antonelli, huius translationis editore, titulos, a librariis vel lectoribus arbitrio confectos, nullius esse momenti[1], nisi tamen coniiciamus, sicut pro Iacobo Aphraate Iacobum Nisibenum, ita Gregorium Illuminatorem, quem iste familiarem et propinquum habuit, pro alio Gregorio suppositum fuisse. Quoniam vero epistolae titulum codices nostri non exhibent, et Aphraates, qui propriam celavit personam, amicum nomine non appellavit (vid. Demonstr. x, 9), nihil licet de hominis nuncupatione nec de habitationis loco definire.

Eius autem condicionem Aphraatis sermo declarat. Virum enim monachum alloquitur, quem amicum et fratrem saepissime vocat; eumdemque, dignitate auctum, aliis fuisse praepositum, et munus abbatis, seu archimandritae, gessisse apparet. Confer, post loca superius relata Aphraatis ad monachos suos scribentis, sequentia passim excerpta : « Propterea lege, tu et fratres nostri monachi, qui virginitatem diligunt » (Demonstr. vi, 20); « Lege et disce, tu cum fratribus monachis, fidei nostrae sectatoribus » (Demonstr. x, 9); « Ut discas et doceas, et credas et vicissim tibi credatur » (Demonstr. i, 20); « Sic ergo erudire, et fratres, *ecclesiae tuae* filios, vicissim erudi » (Demonstr. xii, 12); « O dispensator domus Christi » (Demonstr. vii, 25); quae ultimae Zachaei in codice A adnotationi ad Demonstrationem xxii conveniunt : « Sapiens Persa... hanc epistolam a se scriptam ad abbatem quemdam », seu monasterii praefectum ܪܝܫܕܝܪܐ « misit », eumdem profecto ad quem praecedentes epistolas scripserat (Cf. Demonstr. xxii, 25).

7. Ut ergo satisfaceret interroganti, Aphraates, acceptis litteris laetus, liberaliter respondet, et in Demonstratione prima *de Fide* fundamentum fidei statuit esse Christum, cui totum aedificium fidelis perfecti innititur; et postquam, patriarcharum exemplis, fidei exposuit efficaciam, ostendit, contra haereticos et infideles, quae sit vera fides Ecclesiae, brevi et adstricta quadam expositione, non vero confessionis symbolo.

Virtutes autem fidei coniunctae tractatuum sequentium argumentum prae-

[1] Antonelli, *Sancti Patris nostri Iacob, episcopi Nisibeni, Sermones*, Romae, 1756, p. iv.

bebunt. Ideo instituit Aphraates Demonstrationem secundam *de Caritate*, quae ceteris virtutibus praecellit, totamque legem et prophetas complectitur; tertiam *de Ieiunio*, ut ostendat ieiunium sine bonis operibus nil prodesse, et ieiunium spiritale, seu cordis munditiam, merae abstinentiae ciborum longe praestare; et quartam *de Oratione*, quae Deo accepta fit, si cum operibus bonis coniungatur, quod multis patrum exemplis et praecepto Domini suadet.

Demonstrationis quintae diversus a ceteris est finis, in quibus fidem, et virtutes et opera bona auctor hucusque pertractavit; haec vero *de Bellis* inscripta, non, ut voluit Antonelli, ad bellum spiritale, sive pugnam inter bonos et malos, refertur, sed ad ipsum bellum Saporis adversus Romanos. Is enim, audita Constantini morte (337), et imperio inter huius filios diviso, ingentes copias paravit, atque, ut provinciis Mesopotamiae potiretur, Nisibim aggressus est; sed ne post tertiam quidem oppugnationem (annis 338, 346 et 350) urbem potuit occupare, nec nisi anno 363 a Ioviano deditam obtinuit. Demonstratio *de Bellis*, scripta anno 337, ad bellum nondum inceptum spectat, et quem scriptionis tempus postulavit ordinem inter alias consecuta est. Fidelium mentes studet Aphraates confirmare, armorum apparatu commotas. Regem Saporem « per quem malum populo Dei accidit », Imperatorem autem, « per quem bonum populo Dei factum est », ex destinato praetermittit nominare; hunc sub specie quartae bestiae in visione Danielis, illum imagine tertiae, seu arietis, dissimulat, ut Persarum regem a Romanis (filiis Esau, ex iudaica traditione, nominatis) vincendum secure queat ominari. Sapores enim dum adversus Romanos bellabat, Christianis in ditione sua degentibus, sibi a Constantino licet in gratiam commendatis, se exhibebat infensum, veluti Romanorum amicis. Re quidem vera, isti sperabant se ab imperio christiano posse defendi adversus regem, Zoroastri superstitionum nimis studiosum, qui fideles Christi abhinc annis decem iam coeperat exagitare, atque ob acceptas clades iratus, eosdem quadraginta annorum (340-379) persecutione dire vexavit.

In Demonstratione sexta monachos speciatim alloquitur monitis plurimis, et prohibet quominus cum virginibus consecratis conveniant simul habitaturi. Deinde praecepta eis tradit perfectae disciplinae, quibus simillima in variorum regulis monasticis expressa reperiuntur. Exemplum tandem sumit a Domino Christo, « qui formam servi accepit », et de resurrectione corporum disserit. De ea autem expositione plura dicentur cum de Aphraatis doctrina disputandum erit.

Demonstratio septima *de Paenitentibus*, in qua vulneratos in spiritali praelio hortatur ut sacerdoti tanquam medico sese ostendant, sacerdotes autem monet ut peccantes non respuant, et peccata nullatenus publicent, testimonia conferet non levis ponderis pro confessione sacramentali.

In octava *de Resurrectione mortuorum*, apologetae partes contra discipulos Bardesanis suscipit, ut resurrectionis carnis dogma catholicum exponat, et adversariorum contradicta dissolvat.

Demonstrationem nonam *de Humilitate* vel *de Mansuetudine* inscripsit, quam Scripturae sententiis variisque illustrat exemplis.

Postquam vero fidem et opera christianis congruentia praecipue pertractavit, nunc in Demonstratione decima *de Pastoribus*, rectorum gregis inculcat officia, sermonemque colligit et absolvit, impletis iis quae consultori promiserat.

Ut legenti videtur, moralis et paraenetici argumenti majore ex parte sunt hae decem priores epistolae. Aliter de ceteris dicendum erit, quibus controversia adversus Iudaeos praesertim est instituta. Eas post septennium scriptas ad eumdem amicum dirigit, quem doctrinae noverat studiosum, cui etiam alios docendi cura erat imposita.

Tempore autem Saporis regis, Iudaei, qui post Cyri edictum in Assyria et Perside remanserant, potentia numeroque maxime aucti, ac summam auctoritatem adepti, arroganter se efferebant, doctrinam christianam palam oppugnantes. Persecutionem denique concitaverunt, contendentes Christianos, utpote romani populi amicos, Persis autem alienos, regni securitatem labefactare.

Quamvis alii alio modo Patres Iudaeorum et Iudaizantium aggressus retuderint, communia apud omnes inveniuntur controversiae antiiudaicae capita, eaque necessario simili saepe via expediunt. Porro quaestio omnis haec est : Novi Testamenti cum Veteri concordiam demonstrare; Iesum ostendere Dei Filium et Messiam esse, prophetias pro Christo et contra Iudaeos adimpletas, mosaica instituta, olim a Deo data, hodie abrogata esse. Aphraates insuper virginitatis observantiam, vitam futuram, paschatis celebrationem speciali defensione suscepit vindicandas; et insectatur « fallaces disciplinas » ܗܪ̈ܣܐ, seu haereses, « quae sunt instrumenta diaboli » (Demonstr. III, 9, 15; VI, 18). De cavillatoribus etiam saepe queritur, atque hoc detestabile vitium irrisionis exagitat (Demonstr. V, 25; VI, 20; XIV, 48; XXII, 26). Rem autem gerit cum homine doctrinae laude inter Iudaeos claro (Demonstr. XXI, 1), quem concertando frequenter interpellat, eum « virum sapientem » (Demonstr. X, 1; XII, 7), « doctorem » (Demonstr. XV, 8; XVII, 9), « sapientem scribam » (Demonstr. XV, 8), « disputatorem » seu « concionatorem » (Demonstr. XII, 3) nominans; et contra praedictos adversarios ostendit in Demonstratione undecima *de Circumcisione* veram eam esse quae in corde perficitur; deinde quae fuerit in veteri lege circumcisio carnalis exprimit.

In Demonstratione duodecima *de Paschate*, tempus et modus traduntur celebrandae sollemnitatis. Legalem observantiam Deus irritavit; unde non debet amplius agnus immolari, nec festivitas cum Iudaeis celebrari. His addit auctor

nonnulla de sacris eucharisticis et de ritibus ad noctem paschalem pertinentibus. Eo documento illustratur observatio disciplinae paschatis apud Orientales, de qua non exigua fuit, etiam post nicaenum decretum, controversia.

Demonstratio tertia decima docet Sabbatum, quo Iudaei inaniter iactantur, ad quietem cum homini tum iumento datum fuisse, et hominem non mera praecepti observantia, sed operibus bonis iustificari.

Diversi vero argumenti est Demonstratio quartadecima, seu *Exhortatio*, ad clerum et populum Seleuciae et Ctesiphontis necnon vicinarum ecclesiarum missa. Hanc scripsit, mense februario-martio anni 344, Aphraates, nomine episcoporum cleri populique provinciae in qua degebat. Monent nos scriptores syri insignem ecclesiam Seleuciae et Ctesiphontis, iam ante exortam Saporis persecutionem, teterrimo schismate laborasse, cum Papas, huius civitatis episcopus, fastu, ambitione, saevitia, diaconis et presbyteris et ipsis episcopis infensum se effecisset, adeo ut episcopi de primatis sui causa cognituri, Seleuciae, novem post nicaenum concilium annis, in synodum convenerint. Unius hominis insolentiam consecutae sunt, ut ex Aphraate videtur, turbationes malaque plura, clericorum in his ecclesiis Mesopotamiae elatio et arrogantia, vitia superbiae et avaritiae, rixae, contentiones officiique derelictio. Quibus malis ut mederentur, episcopi vicinae regionis, synodum, quo loco nescimus, congregaverunt, et epistolam Aphraates scripsit, eo iure quo diximus supra, in qua graviter, summa tamen moderatione, vitia prodit et arguit, nocentesque blande ad paenitentiam invitat, ut pace reddita omnes unius Domini servi simul gaudeant. Immerito autem exhortatio haec refertur ad synodum Seleuciae in causa Papae celebratam [1], cum decem annis memoratam synodum (334) epistola (344) secuta sit.

Magis vero culpandus esset qui eamdem Aphraati abiudicaret, Antonelli auctoritate, contendentis Gennadium in catalogo operum sancti Iacobi Nisibeni eam non memorasse; librarium armenum seorsum eam ab aliis posuisse; stilum, modum ac scribendi rationem a superioribus epistolis esse dissimillima; demum epistolam synodicam esse, et multorum nomine scriptam, « non autem sancti Iacobi episcopi, cuius nec nomen, neque episcopalis dignitas et auctoritas, nullaque alia quae aliqua ex parte eum auctorem fuisse obscure saltem indicent, apparent [2] ». In his vero quam vehementer peccet Antonellus facile est aestimare, primum ex auctore ipso adserente se post epistolam *de Sabbato* hanc *Exhortationem de rixis et dissensione* scripsisse, et disputationi *de*

[1] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. III, part. 2, p. clxxv. Aliud putavit W. Wright cum scripsit : « He... had a seat at the Council of Seleucia and Ctesiphon, held A. D. 344 ». (*The Homilies of Aphraates*, p. 89.)

[2] Antonelli, *Sancti Patris nostri Iacobi episcopi Nisibeni Sermones*, p. 401.

Cibis, prout exigit litterarum ordo, praeposuisse. Haec autem sub fine Demonstrationis vigesimae secundae, quae in armeniaco deficit exemplari, leguntur. Ad secundum argumentum quod attinet, Gennadii auctoritatem aestimatione et momento suo infra perpendemus. Causam autem librarius armenus ipse « prudenti lectori » tradidit, ob quam sermonem illum *de Schismate* aliis subiunxit : quia nempe ad interrogantem non fuit rescriptus, neque ad eum missus; « attamen, inquit, quia sermo est *magni viri*, non aestimo esse inutile si subiungatur...[1] » De scriptoris etiam charactere et dignitate indicia haud profecto obscura ex eadem epistola modo excussimus, quae cum nonnullis ceterarum locis collata, contradicenti facient fidem. Postremo ad scribendi rationem quod attinet, nullatenus videtur, quantum in dissimili materia et subiecto reperiri posset, inter Demonstrationem decimam quartam et ceteras stili aut modi interesse discrepantia, quae alium quemlibet auctorem detegat, ne in armeniaca quidem editione. Ceteras, praeter ultimam, superat utique prolixitate; quaedam insuper praebet singularia et privas voces, seu ἅπαξ λεγόμενα. Quod autem superest, eamdem prorsus methodum, solitum Scripturae proferendae modum, eamdem orationis artem et industriam, neque alia atque in ceteris exempla adducta prodit; quibus adversus Antonellum statim iudicabit lector Demonstrationis XIV auctoritatem nulla omnino ratione in dubium posse poni[2].

Incepta nunc concertationis argumenta repetit Aphraates, et in Demonstratione quinta decima *de Cibis* iudaicum institutum distinctionis ciborum irritum esse, ipsosque Iudaeos reprobatos et pollutos demonstrat.

Eadem via disputat in Demonstratione sexta decima *de Gentium vocatione*, quae per Christum loco Iudaeorum suffectae sunt.

In decima septima *de Christo Dei Filio*, ostendit Iesum iure vereque Deum et Dei Filium appellari debere et adorari, in quo prophetiae messianicae completae sunt.

Iudaeos rursus continentiae obtrectantes in Demonstratione duodevigesima *de Virginitate* arguit, et legis ipsius exemplis ostendit castitatem coniugio praeeminere, et hominem Deo virginitate placere, quae donum inaestimabile est, et angelorum similitudo.

Docet in Demonstratione undevigesima *contra Iudaeos dicentes se esse denuo*

[1] Antonelli, *Sancti Patris Iacobi episcopi Nisibeni Sermones*, p. 402.

[2] Conferenda sunt loca Demonstrationis XIV, 13 et 14 (cc. 600 seqq.) cum I, 18 (cc. 41, 44) et IV, 1 (c. 137); XIV, 16, et 39 (cc. 609 seqq. et 684) cum VI, 1 (cc. 240 seqq.); XIV (cc. 657-660) cum I, 15 (c. 36), et alia in Demonstrationibus II et X, quae ipse lector reperiet; maxime vero locus XIV, 36 (c. 664) cum XVIII, 4 (p. 828), quem saltem diligens translator debuerat animadvertere.

congregandos, eos reprobatos et irrevocabiliter esse dispersos, et Danielis prophetiam explicat de septuaginta hebdomadibus et de excidio Ierosolymae.

Sequens Demonstratio vigesima *de Sustentatione pauperum*, non controversialis, sed iterum paraenetica est. Egenorum cura veteris et novae legis praeceptis et exemplis commendatur.

In vigesima prima *de Persecutione*, Iudaeis iterum, Christianorum religionem ob perpessas vexationes improbantibus, respondet, eos ipsos argumento *ad hominem* ostendens castigationi et servituti traditos esse, exempla deinde afferens iustorum priscae legis, qui persecutionem subierunt, ac martyrum, qui pro Christo testimonium dederunt.

Demonstratio vigesima secunda *de Morte et temporibus novissimis* inscribitur. Mors iustis non est timenda, utpote a Christo devicta; novissima tamen debemus iugiter recordari, et multorum exemplis edoceri, ut per mortem non ad supplicia sed ad praemium adducamur. Hic Aphraates viginti duarum epistolarum recensione sermonem claudit.

Omnium postremam, et extra seriem alphabeti positam, vel melius *ala* iterum signatam, *de Acino*, seu *de Benedictione quae in priscas generationes manavit*, auctor praecedentibus anno sequenti subiunxit, ut demonstraret benedictionem in populo Israel per Christi progenitores ab Adam ad Christum *sicut granum in botro* servatam fuisse, et iustorum orationibus populum salutem consecutum fuisse; dein cunctarum generationum describit seriem, et temporum computationem, donec benedictio a populo ablata gentibus transferretur. Hoc vero est supra memoratum *Opus chronologicum* Aphraatis. Post illa sermonem colligit, et Dei potentiam et maiestatem hymno celebrat, ac denique fratres ut Deum timeant adhortatur.

8. Habes, lector benigne, Iacobi Aphraatis, Sapientis Persae, lucubrationes, seu tractatus tres supra viginti, qui scriptorum gentis suae librariorumque testimonio nomini eius addicuntur. Licet iam a nemine apud nos eorum auctoritas in dubium vocetur, attamen, ut omnis suspicio aut ambigendi materia derivetur, controversia Gennadio movenda est et armeno cuidam auctori, quorum vitio et culpa Aphraatis genuina opera Iacobo Nisibeno addicta fuere, adeo ut, cum de vero eorum auctore nondum facile constaret, viri docti Antonelli et Sim. Assemani, falsa illa opinione decepti, plures vicissim auctoritate sua hucusque deceperint [1].

Gennadius igitur, in libro *de Scriptoribus ecclesiasticis*, quo Hieronymi ca-

[1] Assemani (*Bibliotheca Orientalis*, t. I, p. 20 seqq.) opera a Gennadio numerata Iacobo Sarugensi adscripserat. Sententiam postea mutavit (Addenda et corrigenda, *Ibid.* pp. 557-558), ut eadem Nisibeno concederet, sola codicis armeniaci auctoritate motus.

talogum ad annum 495 persequitur, haec de sancto Iacobo Nisibeno tradit :

« Iacobus, cognomento Sapiens, Nisibenae, nobilis Persarum modo civitatis episcopus, unus ex numero sub Maximino persecutore confessorum, et eorum qui in Nicaena synodo arianam perversitatem ὁμοουσίου oppositione damnarunt. Hunc virum Beatus Hieronymus in libro χρονικῶν velut magnarum virtutum hominem nominans, in Catalogo Scriptorum cur non posuerit facile excusabitur, si consideremus quod ipsos tres aut quatuor Syros quos posuit[1], interpretatos in graecum se legisse testetur. Unde constat eum illo tempore ignorasse syram linguam vel litteras, et ideo hunc qui necdum in aliam versus est linguam nescisse scriptorem.

« Comprehendit autem omne opus suum in viginti sex libris, id est : de fide contra omnes haereses, de caritate generali, de ieiunio, de oratione, de dilectione in proximum speciali, de resurrectione, de vita post mortem, de humilitate, de patientia, de paenitentia, de satisfactione, de virginitate, de sensu animae, de circumcisione, de acino benedicto pro quo in Isaia legitur : Non est exterminandus botrus, de Christo quod Filius Dei sit et consubstantialis Patri, de castitate, adversus gentes, de constructione tabernaculi, de gentium conversione, de regno Persarum, de persecutione Christianorum. Composuit et chronicon minoris quidem Graecorum curiositatis, sed maioris fiduciae, quia divinarum Scripturarum tantum auctoritate constructum, comprimit ora eorum qui praesumptuosa suspectione de adventu Christi inaniter philosophantur.

« Moritur hic vir Constantii temporibus, et iuxta praeceptum patris eius Constantini, iuxta muros Nisibae sepelitur, ob custodiam videlicet civitatis; quod secundum fidem Constantini evenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus Nisibim, et vel gloriae sepulti invidens, vel fidei Constantini, cuius ob id domum persequebatur, iussit efferri de civitate sacri corporis reliquias; et post paucos menses, consulendae licet causa reipublicae, Iovinianus imperator, qui Iuliano successerat, tradidit barbaris civitatem, quae usque hodie Persarum ditioni cum suis subiecta servit[2]. »

Haec porro Gennadii adserta in varias reprehensiones incurrunt. Primum

[1] Tatianum (*De Viris illustr.* c. 29), Bardesanem (c. 33), Archelaum (c. 72), sanctum Ephraemum (c. 115), *Patr. Lat.* t. XXIII, cc. 645, 647, 683 et 707.

[2] Gennadius, *de Scriptoribus ecclesiast.* c. 1. *Patr. Lat.* t. LVIII, cc. 1060-1062. Acta Sanctorum, t. IV Iulii, pp. 34 seqq. Notandum in recensendis libellis omnes fere Gennadii textus cum manuscriptos tum editos inter se discrepare. Ita exhibent ***de Adscensu animae, de Azymi benedictione, de Gentium conversationes, de Adventu antichristi.*** Incerta etiam et libera apud editores interpunctio, unde fit ut viginti quatuor aut viginti tres aliquando numerentur; plerique autem codices exscribunt viginti quinque, bollandianus etiam viginti sex, et sangermanensis vetustissimus viginti septem; at viginti tres duntaxat videntur ab auctore commemorari.

quidem unde novit iste Hieronymum, Palaestinae incolam, hebraei simul et chaldaei peritum sermonis, linguam syriacam, per ea loca in quibus versabatur communem, ignorasse? cum ipse contrario testetur eodem tempore quo catalogum virorum illustrium conscribebat (anno videlicet 392, seu Theodosii decimo quarto), hebraico arabicoque sermone necnon syro se usum fuisse, ut librum Iob nova translatione interpretaretur[1].

At non unus Hieronymus, sed nec Photius, qui graecorum ac latinorum, immo plurium orientalium scripta curiose recensuit, nec Theodoretus, aliive rerum ecclesiasticarum in Oriente conscriptores, qui Iacobi Nisibeni vitam narrarunt; nec tandem Syrorum, Armenorum, Coptarum, Graecorumve[2] menologia, neque ullus veterum, dum de sancto Iacobo sermonem habuerunt, de ipsius scriptis quidquam retulerunt. Nihil pariter apud Syros tradit Ebediesu, in copiosa sua bibliotheca scriptorum, nec Iacobus Edessenus, licet multos et ille auctores commemoret; nihil etiam Iohannes Darensis, Dionysius Barsalibi, nec Barhebraeus, nec ceteri orientales, qui de ipsius gestis scripserunt. Opera Nisibeni ignorant Syri cuiusvis sectae, neque ulla eorum exemplaria circumferuntur; ignorant et Arabes, apud quos multa Patrum opera translata reperiuntur; eaque causa fuit cur nullum Hieronymus Iacobo Nisibeno locum inter scriptores ecclesiasticos tribuerit, licet eius vitam in Chronico laudaverit, quod iste, ut Syri adseverant, nihil scripsit, exceptis forsan litteris consolatoriis, dubiae tamen auctoritatis, ad Papam, episcopum Seleuciensem[3]; seclusa etiam graeci conscriptoris adsertione in Menaeis, de qua supra.

Videtur autem Gennadius haec scripta « needum in aliam linguam versa » in conspectu nullatenus habuisse, nec volvisse manu; eorum autem notitiam ex auditu tantum, internuntio forsan Cassiano, coenobiorum orientalium lustratore, accepit; non enim se ea vidisse perhibet. Id etiam ex ipsa re manifestum fit; nam Sermonum quos recognovit ordinem invertit, plurium titulos corrupit, alios bis recitavit, alios vero omisit; quod ex universorum indice infra referendo colligetur.

[1] *Praefatio in Iob*. Patr. Lat. t. XXVIII, c. 1081; *De viris illustr.* c. 135; *Ibid.* t. XXIII, c. 717. Vid. *Acta Sanctorum,* t. VIII septembris, pp. 508, 517.

[2] Graeci in Menaeis, die 13 ianuarii sancti Iacobi Nisibeni memoriam recolunt prolixo actorum compendio, neque ibi de eius scriptis quidquam legitur. In officio tamen diei 31 octobris peculiaris occurrit mentio « libri valde utilis quem scripserit, ad cuius exemplar Theodoretus Philotheum, seu Sanctorum vitas, composuit »; βίβλον πάνυ ὠφέλιμον συνετάξατο· ἐξεικονίζει δέ τινα τῶν τῆς βίβλου ταύτης Θεοδωρίτος... ἐν τῇ φιλοθέῳ αὐτοῦ ἱστορίᾳ (*Menaea Octobris*, Venetis, 1628). Quis sit liber ille, nondum exploratum habemus, neque ex ullo alio scriptore adhuc constare credimus. At saltem viginti tres Demonstrationes alphabeticae his indiciis minime designantur.

[3] Lequien, *Oriens christianus,* Parisiis, 1740, t. II, c. 1107.

Aphraates, ut diximus, extra fines Imperii, et sub Persarum degens dominatu, adversus Gnosticorum sectas, in his partibus pullulantes, non semel invehitur; Arianorum autem nomen vel doctrinam, etiam cum Filii divinitatem tractat ex proposito (vid. Demonstr. xvii), ne ullo quidem verbo praestringit, quippe quae extremas Syriae persicae oras, ultra fines romanae ditionis, non pervaserat. Ecquis vero sibi persuadebit sanctum Iacobum Nisibenum, quem Nicaenae fidei defensorem dicunt studiosissimum exstitisse, de fide disputasse, neque arianam haeresim nominatim appellasse, ut pestem a suis sermone propulsaret?

Ad summum accedat argumentum ex epistolarum indictione sumptum. Istas enim iam novit lector annis 336-337, 343-344 et 345 conscriptas esse; sanctus autem Iacobus Nisibenus anno 338, post primam suae civitatis oppugnationem, vita functus est, auctore primum Assemano (ex Dionysio Telmaharensi, et Chronico Edesseno), deinde spectatissimo viro G. Bickell, qui, sancti Ephraemi praesertim testimoniis, Theodoretum et Philostorgium confutans, annum obitus sancti Iacobi, et veram episcoporum Nisibenorum seriem solidis argumentis definivit [1].

Fallit ergo ac fallitur presbyter massiliensis, qui libros alterius Iacobi alteri addixit; et summi iuris est Aphraati « Sapientis » cognomen, a nemine praeter Gennadium, Iacobo Nisibeno, qui « Magnus » appellabatur, impositum, restituere [2].

9. Mendacis huius opinionis aliud testimonium exstat in inscriptione translationis armeniacae operum Aphraatis, ab ipso archetypo brevi intervallo separatae. Hanc quippe Venetiis, circa annum 1719, cura Petri Mechitaris, ex pervetusto, ut aiunt, exemplari armeniaco, a quodam monachorum descriptam, atque, rogatu Assemani, ad Vaticanam Bibliothecam transmissam [3], Ni-

[1] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. I, pp. 17, 18; G. Bickell, *Carmina Nisibena, additis prolegomenis et supplemento lexicorum syriacorum*, Lipsiae, 1866, p. 20.

[2] Quis sit ille Iacobus « Sapiens » զգօն quem inter et Gregorium Illuminatorem cognationis vinculum Armeni dicunt exstitisse inexploratum relinquitur. Vid. Zenobium Klagensem apud V. Langlois, *Collection des historiens anciens et modernes de l'Arménie*, Paris, 1867, p. 343.

[3] Codicem illum recenset Assemani, inter codices arabicos (*Bibliotheca Orientalis*, t. I, *Index codicum mss. quos auctor ex Oriente advexit*, n° xcv, p. 632) haec iungens : « *In fol.* 132. Codex Armenicus exscriptus ex pervetusto exemplari, quod prostat Venetiis in Hospitio Monachorum Armenorum, et a Petro Mechitar, eorumdem Monachorum abbate, dono oblatus Sanctissimo Domino Nostro ». (Cf. *Ibid.* p. 557.) Idem videtur in Catalogo Bibliothecae Vaticanae hoc titulo designari : « *S. Iacobi Nisibeni Sermones, itemque Epistola S. Gregorii Illuminatoris ad eumdem S. Iacobum*, litteris cursivis. Codex recens ». (Codices armeniaci Bibliothecae Vaticanae, n° ix, apud Mai, *Scriptorum veterum nova Collectio*. Romae, 1831, t. V, p. 242.)

colaus Antonelli latina interpretatione donavit, et utrumque textum Romae, anno 1756, edidit[1].

Liber autem proponit Aphraatis tractatus numero undeviginti, ficto Iacobi Nisibeni nomine, cum Epistola Interrogatoris, sancto Gregorio Illuminatori, quem Armeni suum habent apostolum, adscripta; eamque translationem Antonelli pro authentico habet exemplari. Erroris origo a nobis iam

[1] Antonelli, *Sancti Patris nostri Iacobi, episcopi Nisibeni, Sermones, cum praefatione, notis et dissertatione de Ascetis, quae omnia nunc primum in lucem prodeunt*, Romae, 1756, typis S. C. de Propaganda Fide, iterum Venetiis, 1765, et apud Gallandi. *Bibliotheca veterum Patrum*, t. V (pp. i-clxiv), Venetiis, 1788. Armeniaca lingua tantum prodiit Constantinopoli, 1824.

Aphraatis Demonstrationes, ficto sancti Iacobi Nisibeni nomine apud Mechitaristas Venetos S. Lazari quinque codicibus, prout assecuti sumus, continentur.

Cod. 1357 n° VI, 4, cartaceus, caractere autem quem dicunt nodrakir exaratus, continet (foll. 415-642) Epistolam interrogatoris, et Demonstrationes vel Sermones decem et octo, eosdem quippe, eodem ordine, iisdemque cum titulis qui in syriacis nostris exemplaribus inveniuntur. In hoc codice omittuntur editionis nostrae Demonstrationes XIV *Exhortatoria*, quae in editione Antonelli seorsum ab aliis, ut diximus, ponitur; — XX *de Sustentatione pauperum;* — XXI *de Persecutione;* — XXII *de Morte et novissimis;* — XXIII *de Acino;* quae neque in dicta editione, neque in ullo e ceteris codicibus reperiuntur.

Cod. 360, n° IX, 3, cartaceus, caractere nodrakir, post titulum (fol. 1) Sermones exhibet decem et septem cum Epistola interrogatoris (foll. 3-342); eosdem quos praecedens, parique ordine dispositos, praetermisso tamen Sermone XIV (editionis nostrae XV) *de Delectu ciborum.*

Cod. 562, n° VIII, 5, continet (foll. 1-192) Epistolam interrogatoris, cum Sermonibus decem et septem, omissa *Refutatione adversus Iudaeos dicentes synagogam instaurandam esse* (in cod. 1357 XVIII; in nostra editione XIX), ceteris vero ea dispositione collocatis: X *de Pastoribus;* — XII (sic) *de Circumcisione;* — XIII *de Sabbato;* — XI (sic) *de Distinctione ciborum;* — XIV *de Pascha;* — XV *de Ingressu gentium;* — XVI *Demonstratio quod Christus sit Filius Dei;* — XVII *de Virginitate et Sanctitate contra Iudaeos*, incompletam.

Cod. 194, n° III, 3, saeculi XVI, cartaceus, Epistolam interrogatoris et novem priores Demonstrationes complectitur (foll. 1-286), omisso primae (fol. 3) septimaeque (fol. 201) titulo, secunda vero (Universa lex) *De Fide* (f. 30), et sexta (Verum est verbum), *De Paenitentia* (fol. 201) falso inscriptis. Nona vero imperfecta ad § 13 nostrae editionis relinquitur. Nota ad calcem posita monemur amanuensem anno 1060 aerae armeniacae, p. Chr. 1611, vita excessisse.

Cod. 98, n° II, 5, caractere nodrakir, easdem novem Demonstrationes cum Epistola interrogatoris exhibet (foll. 217-340), omissis similiter primae (fol. 217) septimaeque (fol. 303) titulis, et secunda falsum titulum *de Fide* (fol. 228) gerit. Nona pariter loco dicto deficit. Sexta vero grandem partem § 2 quae in aliis codicibus et in editione Antonelli desiderantur integram habet (foll. 283, l. 17-287, l. 5).

Tandem cod. 526, n° VI, 3, Sermonem continet *S. Iacobi patriarchae Nisibeni De Resurrectione mortuorum* (foll. 241-258).

Animadvertendum erit ex his codicibus nullum editioni Antonelli ex integro respondere, ex quo colligi posset exemplar a Mechitare Clementi XI oblatum ex pluribus simul manuscriptis forsan exaratum fuisse.

explicata est, neminique dubium erit quin e cognomine utrique communi profecta fuerit, et pro Iacobo Aphraate, ignoto viro et dissitae regionis incola, alius celebrioris famae subditus fuerit. Hunc commenticium rumorem videmus iam saeculo quinto invaluisse, cum nempe Gennadius scribebat. Verum antiquiores Armenorum auctores, ut Faustus Byzantinus, Moyses Chorenensis, et Menologium Armenorum, dum sanctum Iacobum Nisibenum commemorant, vitam quidem resque praeclare gestas narrant; at de ipsius libris nihil legitur, primusque, ut videtur, e scriptoribus Armenis Gregorius Narekensis (qui circa annum 1003 obiit) episcopum Nisibenum scriptoribus inseruit, omissa tamen operum designatione, eum proponens velut unum e confessoribus, qui fidem nicaenam canonibus mandantes definierunt. Ipse, inquit, arianam haeresim gladio verbi destruxit et dissolvit : *Ի կանոնագրիցն հաւատա-տաջման դաւանողաց հարցն նիկիոյ ։ Բանիւ լուծանող անպատուաստ խզմամբ սու-սերաւ բանի արիոսեան բաժանմանն և այլն.* Et infra eum asserit libros scripsisse salutares mundo, in quibus [fidem] definivit, maledicentium ora repressit, et indelebiles canones perpetuo stabilivit[1].

Error autem editorum sub lectoris iudicium cadet dum inspiciet indicem :

	CODICES SYRIACI.	GENNADIUS.	VERSIO ARMENIACA ANTONELLI.
			SANCTI PATRIS NOSTRI IACOBI NISIBENI SERMONES.
	Epistola Interrogatoris.		S. Gregorii Illuminatoris Epistola.
I.	De Fide.	De Fide contra omnes haereses (I).	De Fide (I).
II.	De Caritate.		De Dilectione (II).
III.	De Ieiunio.	De Caritate generali (II).	De Ieiunio (III).
IV.	De Oratione.	De Ieiunio (III).	De Oratione (IV).
V.	De Bellis.	De Oratione (IV).	De Bello (V).
VI.	De Monachis.	De Dilectione in proximum speciali (II *bis*).	De Devotis (VI).
VII.	De Paenitentibus.		De Paenitentibus (VII).
VIII.	De Resurrectione mortuorum.	De Resurrectione (VIII).	De Resurrectione mortuorum (VIII).
		De Vita post mortem (VIII *bis*).	
IX.	De Humilitate.	De Humilitate (IX).	De Humilitate (IX).
X.	De Pastoribus.	De Patientia (IX *bis*).	De Pastoribus (X).
XI.	De Circumcisione.	De Paenitentia (VII).	De Circumcisione contra Iudaeos (XI).
XII.	De Paschate.	De Satisfactione (VII *bis*).	
XIII.	De Sabbato.	De Virginitate (XVIII).	De Sabbato contra Iudaeos (XIII).
XIV.	De Exhortatione.	De Sensu animae (VI ?).	
XV.	De Distinctione ciborum.	De Circumcisione (XI).	De Ciborum delectu (XV).
		De Acino benedicto (XXIII).	De Paschate (XII).
XVI.	De Gentium electione.	De Christo quod Filius Dei	De Ingressu gentium loco

[1] Gregorii Narekensis, *Oratio panegyrica prima in sanctum Iacobum Nisibenum* (*Liber precum*, Constantinopoli, 1726, armeniace p. 322). Vid. V. Langlois, *Collection des historiens anciens et modernes de l'Arménie* (*Agathange*, ch. CXXVII), p. 190.

xvii. De Christo Dei Filio.
xviii. De Virginitate.
xix. De Iudaeis non congregandis.
xx. De Sustentatione pauperum.
xxi. De Persecutione.
xxii. De Morte et novissimis.
xxiii. De Acino.

sit et consubstantialis Patri (xvii).
De Castitate (xviii *bis*).
Adversus Gentes (xvi ?).
De Constructione tabernaculi (xix).
De Gentium conversione (xvi).
De Regno Persarum (v).
De Persecutione Christianorum (xxi).
Chronicon (xxiii *bis*).

populi Iudaeorum, seu de gentium vocatione et reprobatione Iudaeorum (xvi).
Demonstratur Christum esse Filium Dei (xvii).
De Virginitate et sanctitate adversus Iudaeos (xviii).
Refutatio adversus Iudaeos dicentes propediem synagogam instaurandam esse (xix).
Sermo unicus de adversitate et schismatibus quae fiunt alicubi in provinciis, et de superbia et arrogantia et pugna certaminis (xiv).

Verumtamen sententia mendax inter Armenos quondam vulgata, e falsa nominum acceptione pendens, a nemine poterit ultra defendi, si cum textu syriaco, nunc publici iuris facto, armeniaca editio Antonelli comparatur. Decidit enim in ista series alphabetica, et praeter id quod tractatus quatuor omissi sunt, posteriorum ordo, reclamante auctore, pessime commutatus est (vid. Demonstr. xiii, 1, et xxii, 26).

A syriacis exemplaribus insuper recedit praetermissis interdum pluribus lineis; v. gr. in Demonstratione xii, 10 post initium, quae dicuntur de Iohannis baptismate : « Nam quamdiu cum discipulis conversatus est, » usque ad locum Act. i, 5, relicta sunt; item in Demonstratione xiii, 5, locus Gen. vii, 1, qui in exemplari syriaco ter citatur, in armeniaco coarctatur; in Demonstratione ii, 20, post memoratam sanandi potestatem Apostolis traditam, translator neglexit incisum : « Nobisque per eorum manus pariter »; scribit in Demonstratione v, 13 : « Imperium tradidit filiis Esau », pro « Imperium tradidit Romanis, qui vocati sunt filii Esau ». Breviat etiam citando locum Ioh. xiii, 4-15 (Demonstr. xii, 10); item sententias coarctat in Demonstratione x, 5. Sed etiam paginae totae praeteritae sunt : ita in Demonstratione iv, 6 post haec verba : « Eum cum duabus turmis iterum adibit : una populi, altera gentium », huius editionis cc. 149, l. 15-161, l. 12 omissis, transit ad § 11 medium, hoc modo : « [Sed iterum de oratione dicit Dominus noster :] Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ». Praetermittit in Demonstratione xix, 9 fere integrum locum Dan. ix, 1-19, qui in archetypo bis adducitur; et in Demonstratione viii, capita duo 21 et 22, consulto, ut videtur, praeterit, eo modo (§ 20) : « Fides nostra docet, quando dormiunt homines, animas iustorum quidem ad Deum ire, peccatorum vero ad gehennam, (§ 23) sicut dicit Apostolus : *Cum peregrinati fuerimus a corpore* ». In Demonstratione vi, scripto « Ut ab ira

ventura liberemur », claudit caput primum, omittens rursus cc. 241, l. 25-256, l. 3.

Modo etiam variat verborum maiore explicatione : Demonstr. II, initio : *Lex et prophetae pauca sunt et non sufficiunt ad placendum et ad persuadendum eum* *օրէնք, և մարգարէք սակաւք են, և ոչ են բաւական 'ի հաճել, և 'ի հաւանեցուցանել զնա* (Antonelli, p. 20). Demonstr. XIV, 37 : *Intuentur ad petendum : Da mihi* *Նայեցողք առ 'ի խնդրել, թէ տո՛ւր ինձ* (p. 437), pro syriaco nimis conciso : ܚܝܪܝܢ ܠܗܒ ܠܝ « observantes ad τὸ Da mihi ». *Ibid.* 39 : « Ut perveniamus ad portum », addit *tranquillae pacis* *անդորր խաղաղութեան* (p. 438). Cf. *ibid.* 35 (p. 432). Demonstr. III, 14, post locum II (IV) Reg., XIX, 35, inserit clausulam e Demonstratione V, 3 desumptam : *Precibus Ezechiae regis, adiuvante eum Isaia, qui fuit gloriosus inter prophetas* (p. 61). In Demonstratione XIX, 8, pro « Medis » habet *Parthos* *պարթևաց* (p. 394); et *ibid.* 13, pro « Nisan » mensem *Mareri* *մարերի* (p. 398).

Inde provenit aliquando sensus depravatio : Demonstr. XI, 11 « In multis similitudinibus exstitit regnum Dei » redditur : *Primo et ante omnes similitudines legis constitutum est Verbum Dei* *Նախ և յառաջ ամենայն նմանութիւնս օրինաց հաստատեցաւ բանն Աստուծոյ* (p. 307); Demonstr. XIII, 5 pro « Voluit mundo fieri ex eo renovationem » *Voluit ut ex eo fieret alterum* *խմոր* fermentum *multiplicationis procreationis hominum* (p. 313); *ibid.* : « Henoch... et omnes generationes quae eum subsecutae sunt », cuius loco dicitur : *Henoch... et iusti omnes qui iis similes sunt* *և արդարքն ամենայնքն, որք սոցին նման են* (p. 312); Demonstr. XIV, 37 « Hi sunt amor immutatus » vertitur *genus transactum* *անցեալ սեր* (p. 436); sed praestat legere *սէր* « amor praeteritus »; Demonstr. XII, 6 « Qui corpus suum manducavit, et bibit suum sanguinem » ita mitigatur : *Cuius* *կերաւ* *manducatum est corpus, et sanguis* *արբաւ* *haustus est* (p. 342).

Labitur etiam translator claro lectionis mendo, et legit ܐܠܐ *sed* « *բայց* » pro ܐܢܐ « ego » (vide Epistolam Interrogatoris, initio, p. 1, not. 2); ܐܘ *O!* pro ܐܘ « vel », et vice versa; ܚܙܐ *vidit* pro ܚܕܐ « una », et alia, quae, sive ex propria translatoris culpa, sive codicis syriaci quem adhibuerit vitiositate orta sunt [1].

Tandem Scripturae loca ad armeniacam seu graecam Bibliorum versionem sunt accommodata : Gen. XLIX, 3, 4 (Demonstr. VIII, 8); Is. XI, 12 (Demonstr. I, 9); Matth. V, 4 (Demonstr. II, 17), ubi pro « exorabuntur » (vid. infra § 11) legitur *consolabuntur* *մխիթարեսցին* (p. 41); I Cor. XV, 51 : *Omnes resur-*

[1] Animadvertendum erit in his solummodo editiones armeniacas prout typis subiectae sunt directe increpari, cum e codicum inspectione pateat ex his quae desunt nonnulla corrigenda atque supplenda esse. V. gr. ingens haec rima Demonstrationis VI, ultimo loco significata (supra pp. XXXIV et XXXV), e codice S. Lazari 98, n° II, 5 (foll. 283, l. 17-287, l. 5) suppletur.

gemus, sed in resurrectione non omnes immutabimur ամենեքեան ննջիցեմք . այլ 'ի յարութեան ոչ թէ ամենեքեան նորոգիցիմք (p. 232). Aliter Aphraates, ut videre erit in Demonstratione VI, 18.

His demum accedit, ut iam prius dictum est, quod libri annis 337-345 exarati, dici nequeant, nisi absurde, scripti fuisse a Iacobo Nisibeno, qui anno 338 obiit, ad Gregorium Illuminatorem, qui circa annum 330 vel saltem ante annum 337 vitam exegerat[1].

Quibus argumentis satis revelatur opus translatum, non archetypum, armeniacis litteris nobis exhiberi, licet ipsum Antonelli habeat pro exemplari authentico, auctorem tamen, natione Syrum, syriaca Scripturarum versione aliquando usum fuisse agnoscens[2].

Verumtamen multum abest ut documentum armeniacum aspernemur, quo ostenditur primigenium opus in his regionibus tanti fuisse aestimatum, ut mox e syriaca armeniacae linguae traditum fuerit. Translationis aetas nullo quidem documento exacte significatur; at ipsius indole antiquitas indubie declaratur; prisca verba offert, formasque iamdudum ab usu remotas, praesertim coniunctivum imperfecti : թէ դնիցէին օրէնք (p. 21) *quod lex poneretur* (Demonstr. II, 2), զի տայցէր (p. 38) *ut redderet* (*ibid.* 14), որպէս զի արդարանայցէին (p. 312) *ut iustificarentur* (Demonstr. XIII, 3), quod iam non in classicis, quos vocant, auctoribus, sed tantummodo in antiquioribus Scriptoribus legitur; necnon sermonis perplexitates, ceteris scriptis e graeca et latina in armeniacam linguam translatis, quod ipsi fatentur Armeni[3], communes. Alio modo interpretationem Bibliorum utriusque Testamenti, circa annum 430 apud Armenos conditam, translator, ut supra notabam, in scribendo insumpsit, vel cum sensus authentici iactura; unde colligimus ad initium aureae illius aetatis litterarum armeniacarum, seu medium saeculi quinti, translationem adsignandam esse, quo quidem tempore, universa multitudine a Graecis atque a Syris tandem ad fidem perducta, S. Mesropes, praecipuus armeniacae scripturae auctor, Isaacus Magnus, eorumque discipuli, cum inclitam illam sacrorum Bibliorum translationem, non ex unica versione septuagintavirali, sed etiam Peshitae Syrorum adhibita ope, egregie confecissent, iidem fidei apud suos et litterarum conditores, summopere curarunt ut gentis suae iuvenes delecti peregre mitterentur, qui exterorum litteras addiscerent, eorum-

[1] *Acta Sanctorum*, t. VIII Septembris, p. 319.

[2] *Sancti Patris nostri Iacobi episcopi Nisibeni Sermones*, p. 7, not. 3 et 4; p. 13, not. 2. Cf. p. 18, not. 3 in fin.

[3] Մանաւանդ որ առ մեզ որ 'ի յոյն լեզուէն, կամ յասորւոյն թարգմանեալ մթայլ տեալ է 'ի հայ լեզու : « Ea praecipue apud nos quae de lingua graeca vel syriaca interpretata fuerunt, obscure versa sunt in linguam armeniacam. » (Gregorius Narekensis, *Explicatio Cantici Canticorum*, Venetiis, 1789, armeniace, pp. 27-28.)

que scripta, studiose conquisita, armeniaca civitate donarent[1]. Eaque ratione sancti Ephraemi carmina e Syris, cum nonnullis libris Patrum occidentalium e Graecis, in armeniacum sermonem hac tempestate conversa sunt, dum uterque populus frequentissimo rei religiosae et litterariae commercio inter se iungebantur.

Haec porro Aphraatis operum translatio, deducta ratione lapsuum mendorumque minoris momenti quae superius deprehendimus, auctorem praebet linguae syriacae pariter et armeniacae peritissimum, sensui magis quam verbis ipsis fideliter reddendis curam adhibentem; quandoque vero verba totidem verbis convertendi adeo sollicitum, ut, quod modo declarabam, mera sermonis semitici idiomata, quae Armenorum lingua vix recipit, subtiliter expresserit. Tales sunt constructiones verbi cum suo ipsius infinitivo, ut ܗܦܟܝܢ ܡܗܦܟܘ քակելով քակէին (p. 6) « evertentes evertebant » (Demonstr. I, 6); duorum verborum copulatio ܚܛܘܦ ܢܣܒ ܠܗ յափշտակէ առնու զնա (p. 444) « rapit accipit illud » sive « raptim accipit » (Demonstr. XIV, 43), ܘܓܒܘ ܢܣܒܘ և ընտրեցին առին (p. 446) « et elegerunt acceperunt », sive « elegerunt accipere » (*Ibid.*, 44), *et immissus repletus est thesauro magno et vehementi* և արկեալ լցեալ է 'ի մեծ, և 'ի սաստիկ գանձէ անտի (p. 433), pro syriaco ܘܫܕܐ ܘܡܠܐ ܡܢ ܓܙܐ « immissus [ei est thesaurus], et repletus [ipse] est thesauro » (*Ibid.*, 35); particulae ܕ usus cum pleonasmo : ܙܪܥܐ ܗܘ ܕܒܗ ܥܡܡܐ ܐܬܒܪܟܘ « semen illud per quod (quod per illud) որ նովաւ (p. 23) gentes benedictae sunt » (Demonstr. II, 3); ܠܐܕܡ ܗܟܝܠ ܕܒܪܟܗ ܐܠܗܐ ܘܐܡܪ ܠܗ Ադամ զաղաւն զոր օրհնեաց Աստուած, և ասաց (p. 375) « Adae itaque *quod ei* benedixit Deus, et ait » (Demonstr. XVIII, 2); aliaeque singulares vocum constructiones et loquendi formulae, Indoeuropaeis fere alienae, quae in supradicta versione passim reperiuntur.

Quem fructum commoditatemve documentum illud syriaco authentico afferat nemo non videt, cum non solum archetypi authenticitatem in universum comprobet, sed docta utriusque textus collatione, qualem Sasse instituit[2], syriacus armeniaco severius emendari, rimae expleri, incerta quaedam explicari, erroresque reprehendi queant.

[1] Moyses Chorenensis, *Historia Armeniae*, l. III, cc. 53, 54, Venetiis, 1841, pp. 357 seqq. Idem scriptor testis est Saporem, cum adhuc Persae Armeniam obtinerent, libros graecos combussisse, linguae persicae usum imperantem, et syriaca quidem, minime vero graeca, in armeniacum sermonem vertere sivisse (cc. 36 et 54, *ibid.* pp. 324 et 361). Vid. F. Nève, *l'Arménie chrétienne et sa littérature*, Louvain, 1886, pp. 22, 24; V. Langlois, *Collection des historiens anciens et modernes de l'Arménie*, pp. XII, XIII, XXII, XXIII. Asserunt tandem eos qui primum in Armenia episcopi presbyterique ordinati sunt Syros fuisse (*Ibid.* p. XIV).

[2] F. I. Sasse, *Prolegomena in Aphraatis, Sapientis Persae, sermones homileticos*, Lipsiae, 1879, pp. 27-30.

Sic Epistolae Interrogatoris initium, quod in codicibus syriacis deest, ex armeniacis restituitur. In Demonstratione xiv, 45, versio comprobat authentici lectionem ܟܠܘ « prohibete Ieremiam » խափանեցէ՛ք, արգելէ՛ք *impedite, prohibete* (p. 447), contra lectionem Peshitae ܟܐܘ « increpate » (Ier. xxix, 27). In eadem Demonstratione § 8, cum textus syriacus ܘܐܫܬܟܚ ܠܘܬܟܘܢ ܐܚܘܢ ܚܕ ita vertatur : և արդ գտաւ առ մեզ եղբայր մի *et nunc repertus est apud nos frater unus* (p. 408), lectio ܐܚܘܢ « frater noster » (quae in ܐܚܝܢ « fratres nostri » corrigenda visa erat[1]) sincera ostenditur; nec deterior fit sensus quod ܠܘܬܟܘܢ « apud vos » a secunda ad primam personam transferatur. Loco Deuteronomii xxii, 6, 7, textus hebraicus et omnes versiones referunt « pullos » (Peshita ܦܪ̈ܘܚܐ), pro quo Aphraates (Demonstr. xiii, 9) ܒܝ̈ܥܬܐ, et eiusdem versio armeniaca ձուք (p. 315) « ova ». Tandem apud Ionam iii, 11, noster numeravit ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܪ̈ܒܘܢ « centum viginti millia » (Demonstr. xiv, 5); pariter Armenus translator Հարիւր քսան հազար (p. 407); Peshita vero ܬܪܬܥܣܪܐ ܪ̈ܒܘܢ « duodecim myriades ».

Ut demum absolvamus quae de armeniaca translatione dicenda erant, monemus cum Sasse hunc textum, prout typis subiectum fuit, tum editorum, tum ipsorum codicum vitio, mendis corruptionibusque scatere; versione vero latina Antonelli « ei qui linguae syriacae aut armeniacae est imperitus magna cum cautione utendum esse, nam paraphrasis in universum magis est quam fida versio, quae nonnullis in locis ne sensum quidem archetypi armeniaci reddidit[2] ».

Haec vero pro exemplis sunto : In Demonstratione ii, 20, pro բաժանս էարկ յերկիր, վասն բազում շինութեան իւրոյ « divisiones misit in terram propter aedificationem suam multam », Antonelli vertit : *Divisiones gratiarum misit in terram, ad spiritualem multorum aedificationem;* et confert Eph. iv, 8, 12 (p. 41). In Demonstratione xiii, 12, pro ոչ եթէ ընդ մահ, և ընդ կենաց եդեալ է « non quod inter mortem et vitam positum sit », quod syriaco simile est, exponit : *Non quia ex eo mors et vita sit* (p. 309). Sub fine etiam Demonstrationis xiv, mensem քաղոց *qaghots* « decembris », quo in exemplari armeniaco indicitur epistola, Antonelli nullo iure vertit *mensem maii* (p. 452). Alium locum (Demonstr. xiv, 37) : « Quaestus cupidi, veracium derisores,... concordiam turbantes,... hic atque illic circumloquentes... Hi sunt qui pharetram avertunt (sc. desertores) a bello; [quorum] Deus venter [est], inverecundi » ... օգտաժողովք : Զաղէչք զատուցօք ... : Մխարանամրոխք, ... : Շրջարանք այսր և անդր ... : Սոքա են կապարճադարձոյք 'ի պատերազմէ, աստուածապորտք, և անամօթափառք : ita vertit : *Congregatores utile quaerentium, despectores certitudinem quaerentium,... vagabundi, loquaces... Hi sunt avertentes pharetram a bello, umbilici Dei, et quaerentes*

[1] Vid. *Revue critique*, Paris, 6 mai 1889.

[2] Sasse, *Prolegomena*, p. 31, not.

gloriam ab ignobilibus (p. 435, 436); item aliud pernotum (Demonstr. xv, 2) : « Haec est autem conscientia infirmorum » և այս իմաստ հիւանդամտաց է transtulit : *Sed ita sapiunt qui mente debiles atque infirmi sunt* (p. 322, 323). Apud eumdem (p. 8) legitur Spiritum sanctum requievisse super Christum cum septem *donis* (Demonstr. i, 9), ubi, pro ܣܘܥܪܢܐ « factum, effectus, operatio », etiam « visitatio », scite reposuerat translator armenus indefinitum nomen իր, quod « rem, negotium, opus, factum » significat. Initio Demonstrationis ii, vocem հաստատութեամբ « persuasione », quae syriaco ܦܝܣܐ convenit, male accipiens Antonelli, locum ita vitiavit : *Universa lex et prophetae in duobus mandatis* mira quadam conspiratione *pendent* (p. 20). Eamdem autem vocem infra (§ 8 init.) per « explicationem », sive « probationem » melius vertit (p. 31). In Demonstratione xviii, 3, ܒܟܝܢܐ ܕܙܘܘܓܐ « in ipsa natura coniugii » 'ի նոյն բոյս բնութեան ամուսնութեան perperam exprimit : *In ipsis germinantis naturae initiis* (p. 376). In Demonstratione vi, 5, allegato loco I Cor. ix, 5, Aphraates addit : այլ ոչ արժան է, ասէ, և ոչ վայելէ « Non vero dignum est, *ait*, nec conveniens »; sed Antonelli de suo reposuit : « Dicit autem et non fecit, *quia neque convenit neque decet* » (p. 210). Tandem in Demonstratione ii, 10, locum Isaiae xxxiii, 1 non recognovit (p. 34, not. 2), licet eumdem alibi (Demonstr. xix, 2) recte allegaverit (p. 387); et alios post se decepit, signans in Demonstratione iv, 17 locum Ps. lvi, 9, 10, 11 (p. 75), pro Ps. cxix (cxviii), 62.

Cetera missa facio. At e locis adductis prudens lector sententiae clarissimi viri modo prolatae plane subscribet, votoque expetet ut aliquis exoriatur, qui Aphraatis armenizantis textum recognoscat et probe vertat.

Necnon Aethiopes eosdem qui dicuntur Iacobi Nisibeni Sermones cognoverunt. Apud nos enim superest in eorum linguam translata Demonstratio quinta de Bellis, in codice saeculi decimi octavi[1], hoc praemisso titulo :

በስመ ፡ አብ ፡ ወወልድ ፡ ወመንፈስ ፡ ቅዱስ ፡ ፩አምላክ ። ድርሳን ፡ ዘአባ ፡ ያዕቆብ ፡ ጳጳስ ፡ ዘሀገረ ፡ ንጽቢን ፡ ዘከመ ፡ መጽአ ፡ ንጉሠ ፡ ፋርስ ፡ በመዋዕሊሁ ፡ ውስተ ፡ ሀገረ ፡ ንጽቢን ። *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti unius Dei. Amen. Homilia Patris Iacobi papae urbis Nisibis : quomodo in diebus eius ingressus sit rex Persidis urbem Nisibim.*

Sequitur textus, quem cum textu syriaco editionis nostrae obsequentissime contulit Franciscus Thureau-Dangin, olim Instituti Catholici Parisiensis alumnus, cuius praecipuas adnotationes, prout ad syriacum exemplar illustrandum valeant, hic gratissime refero.

[1] Hic codex aethiopicus in Bibliotheca Nationali Parisiensi adservatur (*Fonds éthiopien*, n° 146, fol. 245 *b*-fol. 252 *a*). Vid. H. Zotenberg, *Catalogue des manuscrits éthiopiens de la Bibliothèque Nationale*, Paris, 1877, p. 248, c. 2.

Aethiopicae versionis auctor a textu syriaco in nonnullis discedit, sive quod aliquid omittit, sive quod alia aliis verbis explicat, quo sensus interdum legenti clarior, saepius vero deterior evadit.

Ita omittit, ad similitudinem versionis armeniacae c. 188, l. 14 ܘܪܟܒܘܗܝ... ܘܢܩܐ; c. 207, l. 9 ܘܚܬܝ ܡܢܗ; c. 192, ll. 16-25 ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܐܦܩܘܗ, ita ut initium § 5 prorsus nequeat intelligi.

Alia vero plurima immutat, videlicet pro « Ierusalem » ponit እስራኤል ፡ *Israel* (c. 197, l. 22), ጽዮን ፡ *Sion* pro « Iuda » (c. 200, l. 2), መላእክ ፡ እግዚአብሔር ፡ *Legatos Domini* pro « Vigilibus » (c. 188, l. 13); ܫܢܐ « dentes » reddit ክንፍ ፡ *alas* (c. 213, l. 5); videtur legisse pro ܛܪܦܘܗܝ « folia » (c. 204, l. 6) ܣܘܦܘܗܝ አፅዐቂየ ፡ *fines eius;* pariter § 12, pro « ut perderet regnum » ܠܡܘܒܕܗ (c. 208, l. 22), ܠܡܕܒܪܗ ወከሀለ ፡ ዓቂበታ ፡ ለመንግሥት ፡ *ut duceret,* quo textus ipse posset emendari. Locum Scripturae allegatum (c. 228, l. 25) Ezechieli, nomine citato, restituit.

Alibi personam grammaticalem mutavit; v. gr. § 8 (c. 201, l. 4) secunda pluralis loco tertiae singularis invenitur; § 4 (c. 189, l. 115) epiphonema, textui Isaiae subiectum, in ore Dei ponitur, ex quo sententia leviter immutatur. Falsa praesumptione ductus ponit ንጉሠ ፡ ፋርስ ፡ *regem Persarum* pro « Assyriis » § 11 (c. 192, l. 12), alibi pro « Babyloniis » (c. 196, l. 24), et ait, Ezechiae divitias Babylone eductas, non Babylonem devectas fuisse (c. 196, l. 25). ܥܡܐ *Christus* quidem redditur ክርስቶስ ፡ (196, 19); superius vero (c. 196, l. 16) per *populus* እሕዛብ ፡ ܪܫܐ ܕܨܘܪ « Princeps Tyri » per ሒረም ፡ *Hiram* transtulit (c. 201, ll. 19, 20; c. 204, l. 12); biblicos fontes aliquando falso adduxit.

At loca difficiliora magis corrupit, ut c. 201, l. 20, seqq., ubi ܟܪܘܒܐ ܡܛܠܠ « cherub obumbrans » non intellexit, vertens ለንጉሠ ፡ ቅቡዕ ፡ (sic) *rex unctus,* alibi ለንጉሠ ፡ ፋርስ ፡ *rex Persidis* (c. 197, l. 10), unde totius loci textus confunditur. Item § 4, Isaiae verba adversum Sennacherib; § 13, textus Danielis cum huius explanatione de imperio romano (c. 209, ll. 1-7, 18-24), tandem § 22 cum sequentibus, usque ad § 25 inceptum, a textu syriaco magis recedunt, cum a translatore immutata sint, et quidem pessime.

CAPUT TERTIUM

APHRAATIS DOCTRINA

10. Aphraatis auctoritas et meritum. — 11. Doctrina Aphraatis de sacra Scriptura : eius opinio de usu Scripturae. De divisione et canone Scripturarum apud Aphraatem V. T. et N. T. Versio qua usus fuerit in V. T., in N. T. Auctoris lapsus in citanda Scriptura. Exegesis Aphraatis. — 12. Aphraates ecclesiasticae traditionis testis : de opinionibus iudaicis ab Aphraate receptis; de traditione christiana. — 13. Theologia Aphraatis : a) Doctrina de Deo et Trinitate; b) de peccato; c) de B. M. V.; d) de angelis; e) de Ecclesia. — 14. De Sacramentis : de baptismo, eucharistia, paenitentia et confessione, oleo sacro, manuum impositione. — 15. Aphraatis opinio de anima et novissimis : a) de distinctione animae et spiritus; b) de statu animae post mortem : c) de resurrectione; d) de iudicio ultimo. — 16. De aliis doctrinae capitibus : a) dogmaticis, b) disciplinaribus. — 17. Sententia de mille annis durationis mundi. — 18. Chronologia Aphraatis : computus annorum ab initio mundi. De erroribus Aphraatis in chronologia biblica. — 19. De stilo et modo scribendi et utilitate litteraria operum Aphraatis. — 20. De utilitate historica operum Aphraatis : historia Orientis, romana, ecclesiastica, monastica. — 21. Hodiernorum de auctore sollicitudo. — 22. Codicum descriptio, et praesentis editionis constitutio.

10. Testimoniorum de fide et disciplina in priscis Ecclesiae temporibus diligenti conquisitori occurrit Aphraates, testis antiquus, qui ceteros omnes scriptores syriacos ecclesiasticos, excepto sancto Simeone Barsabae, aetate praecurrit, cuius eo maior auctoritas et pondus, quod in remotis regionibus degens, et ambitu vehementium disputationum quarti saeculi exemptus, antiquiorem refert traditionem, adeo ut, quamvis paulo post concilium Nicaenum opus texuerit, Arianorum sectam non memoraverit, nec nisi paucas haereses et vetustiores, Gnosticorum, Iudaizantium Manichaeorumve, stilo insectatus fuerit.

Sive igitur adversus eos Ecclesiae fidem propugnat, sive christianorum mores et disciplinam informat, homo haud dudum ignotus se ostendit ceteris scriptoribus huius aevi minime imparem, verae doctrinae tenacem, cuius librorum cognitione et editione catholicae Ecclesiae non parum accedit emolumenti.

11. Ut vero a sancta Scriptura examinatio doctrinae ordiatur, primo loco laudandus est Aphraates ob diligentem sacrarum litterarum lectionem et summam peritiam, quarum thesauro invenitur eius opus mire refertum.

Scripturae sacrae discipulum se profitetur (Demonstr. XXII, 26), nec proprio ingenio loqui vult, sed Scriptura magistra (Demonstr. V, 8; XIV, 47; XXII, 26). Eam veneratur tanquam divinitus inspiratam, et a Deo scriptam (Demonstr. IV, 10; VIII, 3; XV, 8), et per Spiritum sanctum dictatam, qui locutus est per prophetas et scriptores (VII, 10; VIII, 25). Ibidem Scripturas docet reverenter audiendas, sine iurgio et contentione; monet insuper eas esse legendas « quae in

Ecclesia Dei recitantur » (Demonstr. x, 9), et ostendit qualis sit in meditanda Scriptura profectus : « Hae Dei divitiae, inquit, inaestimabiles sunt », et « infinite possumus eas meditari » (Demonstr. v, 25; xxii, 26); ac tandem doctrinam Scripturarum aquam esse pronuntiat, a Gentibus expostulatam, quarum lingua sitiebat laudem (Demonstr. xx, 14).

Scripturas in *priores* et *posteriores* dividit, scilicet utriusque Testamenti libros (Demonstr. xxii, 26). Eorum catalogum nullibi recitat, verum e maxima locorum allegatorum copia, quorum indicem ad calcem operis lector reperiet, canon fere integer restituitur, in quo nonnisi pauciores brevioresque praetermissi sunt libri, quos ut appellaret opportunitas, quod facile explicatur, auctori non inciderit.

Veteris Testamenti libros historicos omnes, praeter Nehemiam et Iudith, allegat; prophetas pariter quindecim, excepto Abdia; imprimis animadvertet lector splendidam continuationem quadraginta et amplius textuum prophetarum adversus Iudaeos in Demonstratione xix, 3 et 5, ordinatam. Psalmos advocat saepissime. Ieremiae Lamentationum ܐܘܠܝܬܐ loca profert in Demonstratione v, 8; Tobiae versus pariter in Demonstratione xx, 4. Vid. et Demonstr. xxiii, 62. Proverbia adscribit Salomoni (Demonstr. vii, 14 et 16). Ad Ecclesiasticum non semel respicit (Demonstr. xiii, 5; xxiii, 19). Cf. Demonstr. xiv, 45, quo loco et Sapientiae libro videtur forsan alludere. Cantici nullum locum videtur protulisse, licet versum Matthaei xxiv, 32 ad locum Cant. ii, 12, 13 conformaverit (Demonstr. vi, 19). Macchabaeos quaternis vicibus laudavit (Demonstr. v, 20; xiii, 12; xxi, 22; xxiii, 55). Insuper Antiochum, qui in his libris unice nuncupatur, nomine pluries appellavit, eiusque mortem miserrimam retulit, allegans locum II Macch. ix, 18 (Demonstr. v, 20). Librorum autem Danielis et Esther partes deuterocanonicae, aut prophetia Baruch, apud Aphraatem non repertae sunt. Verumtamen, quod Suzannae vel Draconis historias ne uno quidem verbo attigerit, cum in Demonstrationibus vi et xviii plurima castitatis exempla e Scripturis allegaret, aut cum Danielis verba actaque in toto opere adduceret, haud facile explicaretur, si has Bibliorum partes prae manibus habuisset.

E Novo Testamento frequentissima loca quatuor Evangeliorum deprompsit, inter quae significandus Marc. xvi, 17 seqq. (Demonstr. i, 17), cuius authentia aliquorum iudicio improbata est. Ex Epistolis etiam Pauli, « Doctoris Gentium » (Demonstr. xxiii, 62), cui et Epistolam ad Hebraeos addicit (Demonstr. i, 16; ii, 14; xx, 16), exempla profert, exceptis epistolis tribus, ad Thessalonicenses altera, ad Titum, ad Philemonem. Actuum quoque, quos « Duodecim Apostolorum praedicationem » ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܬܪܥܣܪ ܫܠܝܚܝܢ (Demonstr. xx, 10. Cf. Demonstr. xxiii, 2), alibi vero, secundum solitam appellationem, ܦܪܟܣܝܣ

πράξεις nominat (Demonstr. xii, 10), nonnulla loca subdit. Inter epistolas catholicas primam Iohannis citavit (Demonstr. iv, 11; xxiii, 62, 63). Quaedam etiam refert Salvatoris dicta, quae in Novi Testamenti libris non leguntur, cum aliis sententiis, quae e scriptis apocryphis aut aliqua traditione accepta, inter ἄγραφα computanda sunt. Vid. Demonstr. i, 10 et 17; iv, 18; v, 1 et xxiii, 8.

Nullum locum Apocalypsis certis verbis retulit, attamen haud scio an libro illo usus fuerit, nam de « morte secunda » loquitur (Demonstr. vii, 25; viii, 19), forte ex Apocalypsi ii, 11; xx, 6. Fateri autem oportet mortem secundam מוֹתָא תִנְיָנָא a Targumistis (Vid. Onkelos in Deut. xxxiii, 6 et Ionathan Ben Uziel in Is. xxii, 14 et lxv, 15) commemorari.

Ceterae Epistolae, praeter primam Iohannis, apud Aphraatem non inveniuntur. Scimus quidem libros istos contradictionem expertos non ab initio in Versione Simplici, seu Peshita, collocatos fuisse; at de iis libris quos non vacavit allegare, quid Aphraates senserit ignoratur, cum sacrarum Scripturarum seriem ex proposito nusquam instruxerit.

Quidquid id fuit, haud levi momento aestimanda est haec librorum Scripturae enumeratio fere plena, ex operibus auctoris saeculi quarti collecta, qua historia textus antiquarum versionum, quibus eo tempore utebatur Ecclesia syriaca, melius exploratur novisque argumentis illustratur.

Vetus Testamentum citat e Versione Peshita; plures tamen auctorem inter et Bibliorum textum deprehenduntur varietates, idque praecipue in codice B-*B* vetustiore, ut dicetur, sive quod exempla recitavit Aphraates, propriisque verbis aliquando non expressit; sive etiam quod versionis antiquioris lectiones affert; quo efficitur ut, instituta utriusque collatione, hodiernus Peshitae textus in aliquibus possit emendari, verbi causa in loco Deut. xiii, 9, ubi Peshita : ܐܝܕܟ ܫܪܝܐ ܒܗ ܠܘܩܕܡ ܠܡܩܛܠܗ *Manus tua* incipiet *primo ad interficiendum eum*, pro ܬܗܘܐ « Manus tua *erit* primo in eum », ut Aphraates cum ceteris versionibus legit (Demonstr. iii, 4). Alibi (Demonstr. xxiii, 40) anni Thare antequam genuit leguntur « septuaginta », pro *septuaginta quinque*, quos Peshita refert (Gen. xi, 26). Nahum ii, 14 (13) : « Succendam in fumo turmas tuas » ܐܘܩܕ (Demonstr. xix, 5), ubi Peshita ܐܘܒܕ *perdam*. Dan. viii, 2, Aphraates scribit ܢܗܪܐ ܐܘܠܝ « flumen Ulai » (Demonstr. v, 5), pro quo Peshita exhibet ܐܘܒܠ ܐܘܠܝ et Septuaginta viri Οὐβάλ. Malach. ii, 7 : « Labia sacerdotis custodient scientiam » ܢܛܪܢ (Demonstr. xxii, 16); Peshita mendose ܢܛܦܢ *stillabunt*. Item Aphraates habet Iud. vii, 33 ܒܢ̈ܝ ܩܕܡ « filii Orientis » (Demonstr. xi, 9), pro lectione Peshitae ܒܢ̈ܝ ܪܩܡ *filii Recem*, quod et in versione arabica eodem loco invenitur : بنو راقم *filii Rakem*. Loco nominis *Horam* (Ios. x, 33), in hodierna Peshita ܗܘܪܡܘܢ, praebet ܐܝܠܡ (Demonstr. xiv, 13), quod lectioni Septua-

ginta virorum 'Ἐλάμ respondet. Armenus autem interpres nomen non cognovit, cum legit ܥܡܐ *ժողովուրդն populum* (Antonelli, p. 412).

Alibi a versione Peshita differt simpliciter, ut in loco Isaiae LVIII, 8-11 : « Erumpit lumen eius tanquam sol, et est velut paradisus exsultans », ubi exscripsit Aphraates ܫܡܫܐ et ܪܘܐ pro ܨܦܪܐ *mane* et ܪܘܝܐ *irriguus*, quae in Peshita leguntur (Demonstr. III, 8; XX, 1). Gen. XLIX, 10 : « Non recedet sceptrum de Iuda... donec veniat is cuius est regnum, et in ipsum gentes sperabunt » ܥܕܡܐ ܕܢܐܬܐ ܗܘ ܕܕܝܠܗ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܘܠܗ ܥܡܡܐ ܢܣܟܘܢ (Demonstr. XVI, 1; II, 6 et XIX, 9), pro lectione Peshitae ܗܘ ܕܕܝܠܗ ܗܝ ܘܠܗ ܢܣܟܘܢ ܥܡܡܐ *is cuius est, et in ipsum exspectabunt gentes*. Cum autem « regnum » addidit Aphraates, secutus est paraphrasim chaldaicam עַד דְיֵיתֵה מְשִׁיחָא דְדִילֵיהּ הִיא מַלְכוּתָא *donec veniat Christus, cuius est regnum;* dum vel in antiquo Pentateuchi codice Amidensi, scripto A. D. 464 (Musaei Britannici Ms. Addit. 14, 425) verba Peshitae solummodo leguntur. Ps. CXIX (CXVIII) 99 : « Ab omnibus praeceptoribus meis edoctus sum » ܝܠܦܬ (Demonstr. XXII, 26); Peshita vero : *Prae omnibus praeceptoribus meis fac me intelligere* ܣܟܠܢܝ. Is. XXXIII, 1 scribit ܬܬܒܙܘܢ (Demonstr. II, 10 et XIX, 2), pro quo Peshita ܬܬܒܙܝܘܢ. *Ibid.* XXIII, 15 ܛܥܬ « erravit » (Demonstr. XXI, 6) pro ܬܬܛܥܐ *oblivioni dabitur. Ibid.* XXVIII, 12, ܫܒܝܠܐ « semita » (Demonstr. XX, 1) pro lectione Peshitae ܢܝܚܐ *requies.* Ier. XX, 9 ܒܦܘܡܝ « in ore meo » (Demonstr. XIV, 45) pro lectione ܒܠܒܝ *in corde meo* (at cf. Demonstr. V, 18). Adde loca Ieremiae XXIX, 27; Ionae III, 11, de quibus supra (pp. XXXVII, XXXVIII) et Gen. XLIX, 4, quod aliis quam in Peshita punctis distinguitur (Demonstr. VII, 8), et alia minoris momenti.

Quandoque vero Peshitae lectionem comprobat; exempli gratia in loco Isaiae XI, 12, ubi textus syriacus, prout apud Aphraatem et in Peshita legitur, ad hebraicum exemplar est accommodatus; auctor autem versionis armeniacae Biblia graeca secutus est (Demonstr. I, 9). Textus Isaiae LXVI, 16 ex hebraico authentico legendus est : *In igne iudicabit Dominus, et* in gladio suo בְּחַרְבּוֹ *omnem carnem*. Hoc quidem a principio ipsa Peshita referre debuit, scilicet ܒܚܪܒܗ, quod e caesura evasit ܒܚܪ ܒܗ *et* in eo explorat *omnem carnem*, ut iam Aphraates legebat (Demonstr. I, 12). Cum Peshita pariter legit Ps. XXII. (XXI), 17 ܐܝܠܠܘ eiulaverunt *omnia ossa mea* (Demonstr. XVII, 10), et ponit pro *Syris* ܐܪܡ (I [III] Reg. XX, 11) « Idumaeos » ܐܕܘܡ (Demonstr. XIV, 10; XXI, 7), ܚܒܪ pro hebraico עֵבֶן (Demonstr. IV, 7), ܢܦܬܚ pro יִפְתָּח (Demonstr. XXI, 7), ܚܒܪܢ pro עַבְדוֹן (Demonstr. XXIII, 45) ܓܒܪ pro עֵדֶר et גֶּדֶר (Demonstr. XXIII, 4), cum similibus, et Pharaonem Nechao « Pharaonem Claudum » appellat (Demonstr. XXI, 17; XXIII, 19), ex interpretatione, ut videbimus, iudaica (Vid. infra p. XLIX).

Iam vero Novi Testamenti allegationes ad Evangelium concordans Tatiani.

τὸ διὰ τεσσάρων εὐαγγέλιον, seu « mixtum », ut vocant Syri ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܚܠܛܐ, referendae sunt. Tatiani enim Harmonia sæculo quinto Orientem peragraverat, claroque apud Syros rumore erat, qui ipsa utebantur communiter tanquam compendiario libro pro quatuor Evangeliis « separatis » ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܦܪܫܐ. Ab Aphraate, ut ab Ephraemo[1], illam tritam esse, id ipso opere non semel proditur cum videlicet legimus in Demonstratione I, 10 : « Sicut scriptum est in capite Evangelii Vivificatoris nostri : *In principio erat Verbum* »; his revera Diatessaron orditur; cum etiam ordinem rerum gestarum in cena Domini tradit (Demonstr. XX, 5), aut versum Lucae VI, 37 disiungit a versu 35 (Demonstr. II, 12), quia reipsa in Diatessaro separantur, loca autem Matth. XVIII, 21 et Luc. XVII, 4 continuat (Demonstr. II, 12, 13), quae et in Diatessaro cohaerent; ibidem cum adducit Luc. XI, 37, addit : *Solvite et solvent vos* (Demonstr. II, 12), quod et in exemplari arabico Tatiani legitur. Alludit etiam (Demonstr. II, 20) ad Matth. X, 35 (Luc. XII, 51) : *Non veni mittere pacem, sed* divisionem الجلاف, ubi Peshita ܣܝܦܐ *gladium*. At maiori argumento est series, e pluribus Evangeliorum locis, sub fine Demonstrationis II, 19,20, sermonum ac miraculorum Domini, ab Aphraate disposita, ipso ordine quo in Harmonia Tatiani digesta sunt, quod ex indicibus sub textu relatis lectori palam fiet.

Sed et Evangelia distincta videtur Aphraates interdum usurpasse, cum evangelicos auctores nominatim vocat (Demonstr. VI, 12), aut forsan cum genealogias Domini, quae a Tatiano praetermissae feruntur, adducit (Demonstr. XXIII, 21).

Quoquo modo se res habet, in citandis locis Novi Testamenti a Peshita non semel dissidet, ut textui fragmentorum vetustissimorum saepe conveniat a W. Cureton editorum, quae ad sextum circiter saeculum referuntur[2]. Haec porro syriace veterem Evangeliorum textum praebent, de cuius aetate et condicione docti decertant; id vero maxime speciem veritatis habet in fragmentis Curetonianis versionem contineri in universum hodierna Peshita antiquiorem, quod minus emendata apparet, et a graeca lectione magis discedit. Versionem autem ipsam, Curetonianae maxime affinem, qua utebatur Aphraates, W. Wright antiqui textus Evangeliorum saeculi secundi recensionem probabiliter esse existimat[3].

Allegationes evangelicae in Aphraatis libro Curetonianum textum frequen-

[1] Vid. Ciasca, *Tatiani Evangeliorum harmoniae arabice, nunc primum e duplici codice edidit et translatione latina donavit*, Romae, 1888; Mösinger, *Evangelii concordantis expositio facta a sancto Ephraemo, doctore Syro*, Venetiis, 1876.

[2] Cureton, *Remains of a very ancient recension of the four Gospels*, London, 1858.

[3] W. Wright, art. *Syriac literature* (*Encyclopaedia britannica*, vol. XXII, p. 825). — Cf. Le Hir, *Études bibliques*, Paris, 1869, t. I, p. 297 seqq. Vid. et Sasse, *Prolegomena*, p. 36.

ter referunt. Sic in genealogia Domini (Matth. I, 4, 8) Aphraates cum textu praedicto scribit « Sela » ܫܠܐ pro « Salmon »; et Ochoziam, Ioam, Amasiam expresse nominat (Demonstr. XXIII, 21). Vide pariter Matth. I, 23 [Is. VII, 14] (Demonstr. XVII, 9); *ibid.* V, 18 (Demonstr. II, 7); *ibid.* V, 39, 41, ubi uterque omittunt ܕܡܚܐ, et addunt ܐܚܪܬܐ (Demonstr. IX, 6); *ibid.* XVIII, 10, cum interposita clausula *Qui in me credunt,* e v. 6 sumpta (Demonstr. VI, 15); *ibid.* XXI, 44, nisi quod demit Aphraates vocem ܗܘ, scilicet ܥܠ [ܗܘ]، ܕܥܠ (Demonstr. I, 6); *ibid.* XXII, 29 seqq. (Demonstr. VIII, 16); *ibid.* II, 20, ubi additum est ܠܡܣܒܗ *ad auferendam* [*eam*] (Demonstr. XXI, 10); Ioh. I, 5 (Demonstr. I, 10; XVI, 7), ubi Peshita ܡܢܗܪ *lucet; ibid.*, III, 13 (Demonstr. VIII, 24); *ibid.* X, 9 seqq. (Demonstr. X, 4); Luc. VIII, 16 (Demonstr. I, 10) (Cf. Cureton, *op. cit.*, p. iii); *ibid.* XIX, 44 (Demonstr. XXI, 18); *ibid.*, XXIII, 43 ܒܓܢܬ ܥܕܢ pro nomine ܦܪܕܝܣܐ (Demonstr. XIV, 22; XXII, 24); sed imprimis Ioh. I, 14 ܘܡܠܬܐ ܦܓܪܐ ܗܘܬ ܘܐܓܢܬ ܒܢ *Et Verbum corpus factum est, et habitavit in nobis* (Demonstr. VI, 10), loco lectionis Peshitae ܘܡܠܬܐ ܒܣܪܐ ܗܘܐ ܘܐܓܢ ܒܢ; ad quae animadvertit Cureton veterem illum Evangeliorum translatorem sibi ipsi excidisse, cum vocem ܡܠܬܐ in feminino hoc loco construxit, quo ne cum primo quidem capitis versiculo convenit (*op. cit.*, p. XLV).

Eo tamen Curetonii textu relicto, vulgatam syriacam Aphraates nonnunquam sequitur : Luc. XV, 8 (Demonstr. I, 11), ubi cum Peshita scribit ܫܪܓܐ, Cureton vero ܫܡܥܐ. A vulgata syriaca etiam differt in locis ubi fragmenta Curetoniana deficiunt : Luc. I, 30 : *Invenisti gratiam ante* ܩܕܡ *Deum*, Peshita tradente ܠܘܬ *apud* (Demonstr. III, 14). *Ibid.* II, 2 legitur ܟܬܒ ܪܫܐ « census », pro quo Peshita ܡܟܬܒܢܘܬܐ (Demonstr. V, 24). Ioh. III, 34, 35 allegatur, inserto ܠܒܪܗ « Filio suo », quod in Peshita non legitur (Demonstr. VI, 12).

Alia etiam via ab utroque discedit, memoria forsan interdum deceptus, sed aliquando ut lectionem Curetoniana ipsa vetustiorem referat. Sic locum Matthaei V, 4 eo modo exprimit : « Lugentibus promisit ut precibus deprecarentur » ܢܬܒܥܘܢ (Demonstr. II, 19), quo sollemnior exhibetur significatio verbi graeci παρακαλεῖν, usu biblico ad « consolandum » ܢܒܥܘܢ deflexa. Vid. et Luc. VI, 24; XVI, 25 (Demonstr. XX, 17). Pariter ad locum Lucae VI, 37, 38 addit : « Solvite et solvent vos », quod in versione Peshita non exstat (supra p. XLV), sed tanquam lectio antiquior haberi debet (Demonstr. II, 11). Vid. et Ioh. I, 17 (Demonstr. II, 5); Matth. II, 20, ubi legitur ܫܩܘܠ « tolle [puerum] » pro ܕܒܪ « deduc » (Demonstr. XXI, 10); *ibid.* V, 35 ܟܪܟܐ pro ܡܕܝܢܬܐ (Demonstr. XXIII, 63); *ibid.* V, 44 (Demonstr. II, 12); *ibid.* VII, 17, 18, ubi ܝܗܒ et ܠܡܬܠ « dare », pro ܥܒܕ et ܠܡܥܒܕ « facere » Aphraates exscripsit (Demonstr. IX, 11; XIV, 48); *ibid.* XII, 36 (Demonstr. XXIII, 2); *ibid.* XV, 19 (Demonstr. XV, 1); *ibid.* XVIII, 21, 22 (Demonstr. II, 13); *ibid.* XXII, 29 (Demonstr. VIII, 16); *ibid.* XXV, 35, 36 (Demonstr. IV, 15 et XX, 5); Luc. VIII, 52 (Demonstr. VIII, 18), et alia, quorum

maxima pars cum textibus ab Ephraemo in Expositione Evangelii expressis concordat.

In aliis libris Novi Testamenti, a Peshita similiter differt aliquando : Act. xiv, 21 (Demonstr. xxiii, 2); *ibid.* xix, 3 seqq. (Demonstr. xii, 10); Rom. vii, 5 et viii, 9 (Demonstr. viii, 5); I Cor. ix, 18 (Demonstr. xxiii, 9); *ibid.* ix, 27 (Demonstr. vii, 11); *ibid.* xv, 44 (Demonstr. vi, 14), cuius loci discrepantiam Georgius iam notavit, anquirens auctorne sua sponte an e codicum suorum auctoritate vocabulum mutaverit[1]; *ibid.* xv, 51 (Demonstr. vi, 18); Gal. v, 12 (Demonstr. xi, 11); *ibid.* vi, 1 (Demonstr. vii, 11); Ephes. vi, 15, 16 (Demonstr. vi, 1); I Thess. iv, 17 (16) (Demonstr. xxii, 24); Hebr. iv, 9 (Demonstr. ii, 14); *ibid.* xii, 13 (Demonstr. vii, 11). An vero in singulis hisce locis antiquiorem textum exprimat nequimus affirmare, cum nullum cui conferantur habeamus. Vide tamen Le Hir, *Etudes bibliques*, t. I, p. 297, not. 2.

Singularis etiam est mutatio nominis Matthiae apostoli, pro quo Tholomaeum seu Thulmai ܬܘܠܡܝ Aphraates posuit (Demonstr. iv, 6), quod non amanuensium vitio in codicibus nostris exstare, sed ex ipsis Bibliis legi potuisse ostendit G. Bert[2] in locis Act. i, 23 ܝܘܣܦ ܘܠܡܬܝܐ et 26 ܦܣܐ ܠܡܬܝܐ quorum verborum inspecta scriptura l. v. existimat, litteris male distributis, et ܬ in ܡܬܝܐ omisso, falso lectum esse ܬܠܡܝ ܬܠܡܝܐ vel ܬܘܠܡܝ (Iud. i, 10; II Sam. iii, 3).

Ceterum, idque notatu dignissimum est, Aphraates in proferendis Scripturarum textibus admodum raro lapsus est. Errata sequentia, ne veritas tegatur, lectori prodimus : locus Amos viii, 9 sub nomine Zachariae refertur (Demonstr. i, 11), et locus Ezechielis xxii, 30, tribuitur Ieremiae (Demonstr. xiv, 2 et 15); sub Isaiae auctoritate editur textus Lamentationum iv, 15 (Demonstr. xv, 7); inter Osee citata verba reperitur locus Malachiae iii, 6, 7 (Demonstr. xix, 3). Iuda (Iud. i, 2) pro viri nomine accipit, quem iudicem cum Othoniel credit existitisse (Demonstr. xxiii, 45); filios Balae posuit pro filiis Zelphae, et vice versa (Demonstr. xxiii, 43); dictum Genesis xx, 17, ut videtur, ad cap. xxvi, de Isaaco loquens, retulit (Demonstr. iv, 4). Madianitas pro Chananaeis (Iud. iv, 2) inducit (Demonstr. xiv, 11, et xxi, 7); locum II Sam. vi, 6, 7 male intellexit (Demonstr. xiv, 20), pariter I (III) Reg. ii, 10 qui per locum II Sam. v, 9 explicandus est (Demonstr. xviii, 10). Praedictionem de iudicio futuro (Matth. xxv, 35 seqq.) tanquam parabolam in praeterito narravit (Demonstr. iv, 15; xx, 5). Alia paucissima omitto, quae sub ipso textu adnotata sunt.

[1] Apud P. Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 118, ll. 7 seqq.

[2] G. Bert, *Aphrahat's des Persischen Weisen Homilien, aus dem syrischen übersetzt und erläutert* (Gebhardt et Harnack, *Texte und Untersuchungen*, vol. III, fasc. 3), Lipsiae, 1888, p. 57.

Qua autem ratione Scripturas interpretetur nunc videamus.

Primo varios Scripturae sensus agnoscit, et multiplices interpretandi modos esse declarat, verbum Dei gemmae adsimilans, ex omni parte spectabili (Demonstr. XXII, 26). Scripturam praedicat thesaurum inaestimabilem et immensum (Demonstr. V, 25); « non potest eas hominis intelligentia penitus adsequi », neque ad eas exhauriendas valet (Demonstr. V, 25; X, 9). Eumdem locum decem doctores decem modis diversis explicabunt, sine ulla veritatis iniuria (Demonst. XXII, 26). Verumtamen sedulo monet Scripturam non pro cuiusque libitu exponendam, sed varias ipsius interpretationes e seniorum traditione inquirendas (Demonstr. V, 25), et instar monetae probandas, quae, si regis effigiem referat, excipitur, secus prout adulterata repudiatur (Demonstr. XXII, 26. Cf. Demonstr. XIV, 47).

Nullum apud Aphraatem reperies integrum Scripturae librum enarrationis continua serie explicatum; textus autem, unde unde collectos, ex opportunitate commentatur, innumerosque hoc modo profert atque interpretando explanat, ad maiorum, ut profitetur, traditionem, et universae Ecclesiae mentem (Demonstr. X, 9; XXII, 26). Nonnullorum etiam locorum dogmaticam significationem prodit; quae ad apologiam accommodentur ostendit; alia ad informandos mores convertit, praestantissimum exhibens de vita et studiis Christianorum quindecim ante saecula in Oriente documentum. Ex his forte iam suspicatus est lector Aphraatem, veterum more, certum exegeseos modum non observasse. Eiusdem revera testimonii diversas, prout expedit, significationes praebet. Hoc tamen in summum colligi potest : auctorem primo ad sensum verbalem seu corporalem Scripturarum saepe attendere, cum nempe, adversus Iudaeos disputans, prophetias demonstrat iam completas esse de Christi adventu (Demonstr. XVII, 9 seqq.), de gentium vocatione (Demonstr. XVI, 4, 5), de excidio et eiectione Iudaeorum (Demonstr. XVI, 3; XIX, 2); cum pariter historice Amalecitarum originem vult perquirere (Demonstr. III, 11, 13), Mardochaei et Aman gesta prodit (Demonstr. III, 10), aut Danielis enarrat visiones (Demonstr. V, 5, 6, 11, 25; XIX, 8, 9) et vaticinium de LXX hebdomadibus (Demonstr. XIX, 8, 9); cum etiam Prophetarum ex ordine percurrit oracula (Demonstr. XIX, 3-5), aut tandem cunctarum generationum seriem instituit (Demonstr. XXIII, 14 seqq.).

At litteram interdum arctius premens, sensum extorquet. Ita Christum docet e monte vere deiectum (ex Luc. IV, 29, 30; Demonst. II, 20), et Iudam proditorem, mola ad collum appensa, in mare submersum fuisse (ex Matth. XVIII, 6; Demonstr. XIV, 10); alias etiam refert huiusmodi sententias ac supputationes, ipsi cum antiquis Patribus communes, quae infra (pp. XLIX, L) proferentur.

Verba sacra paraphrasi aliquando circumducit et ornat; cuius artis exempla habeto Isaiae sermonem I, 11 seqq. (Demonstr. IV, 18), visionem Ezechielis, XXXVII, 1 seqq. (Demonstr. VIII, 12), aut Danielis in fovea mansionem (Demonstr. IV, 9). Vide etiam explicatum locum Apostoli I Cor. XIII, 4-7 (Demonstr. XIV, 14).

Sed in praedictis licet litteralem sensum pressius sequatur, mysticas etiam in aliis significationes inquirit, praecipue ut Novum Testamentum ostendat in Vetere praefiguratum, et Christum plurimis olim typis expressum fuisse. Talia sunt quae de scala Iacobi disserit (Demonstr. IV, 5), de Moyse crucis figuram exprimente (Demonstr. III, 11; XXI, 10), de mysterio festi paschalis (Demonstr. XII, 9), multis collationibus inter Christum et prioris Legis homines institutis (Demonstr. XXI, 9-20). Hae vero expositiones sensu litterali potissimum innituntur. At diversi generis sunt interpretationes symbolicae de falsis prophetis, qui tanquam leprosi repudiantur (Demonstr. XIX, 4); de peccato Ozae arcam plaustro invehentis, non vero eam tangere ausi (Demonstr. XIV, 20); de homine qui patrem et matrem relinquit (Demonstr. XVIII, 10, 11); de morte animae per peccatum, ex Gen. II, 17 (Demonstr. VIII, 17), id quod alias (Demonstr. XXII, 1) de corporis interitu exponit; supputatio tridui mortis Domini (Demonstr. XII, 7), aut quadringentorum annorum servitutis numeratio (Demonstr. II, 4); quae mox ostendam Aphraatem cum Ephraemo communicasse.

12. Iam novit lector e supradictis Aphraatem Ecclesiae maiorumque traditionis strenuum adsertorem. Ad hanc quippe auctoritatem saepius appellat, qua Scripturae interpretatio confirmetur, aut variae doctrinae fulciantur. Sapientes vult interrogari (Demonstr. V, 25; XXII, 26); ipse se profitetur a magistris ܪ̈ܒܝ didicisse (Demonstr. II, 14), et amicum erudit, ut iste vicissim alios edoceat (Demonstr. I, 20; XII, 12).

Sed quibusnam e fontibus hauserit Aphraates, id ex ipso libro deprehenditur, cum una ex parte apostolica doctrina se praebeat imbutum, et ex altera iudaicarum traditionum sequacem, quae ita ob propinquitatem et vulgarem usum e iudaica institutione ad Christianorum scholas in ea regione transierant.

Ita rabbinicam sententiam profert Romanorum ab Esau, seu Edom, originem ducentium, eos filios Esau, iudaica appellatione (vid. Targum Ionathan in Is. XXXIV, 9), nominans (Demonstr. XV, 19 seqq.). Pharaonem Nechao נְכֹה, e significatione radicis hebraicae נכה, appellat Pharaonem Claudum ܚܓܝܪܐ (Demonstr. XXI, 17, et XXIII, 19, scilicet, ut explicant Iudaei, נכה רגלים « percussum pedibus[1] ». Iudaeos iterum sequitur cum annos computat mansionis Israelitarum

[1] Kimchi, Comment. in II (IV) Reg. XXIII, 29 (*Biblia rabbinica*, Amstelodami, t. II, p. שעד").

in Aegypto (Demonstr. ii, 4, 5). Cum iisdem pariter statuit Iosue viginti quinque annos ducem fuisse, Abimelech sexaginta annos iudicasse, Saul annos quadraginta regnasse (Demonstr. xxiii, 45), Sem maximum natu fuisse (Demonstr. xiii, 6). Aliam Iudaeorum sententiam allegat Sapiens Persa dum centum viginti annos ante diluvium commemoratos (Gen. vi, 3), non de vitae breviatione, sed de temporis prolatione ad paenitentiam data interpretatur (Demonstr. ii, 9; vii, 8; xxiii, 18). Hoc olim Georgius significabat his verbis ܝܕܥ ܗܟܝܠ ܐܘ ܪܚܡ ܡܪܕܘܬܐ. ܕܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܟܬܒܐ ܝܗܘܕܝܐ ܚܫܒ ܗܢܐ ܡܟܬܒܢܐ ܟܠܗܘܢ ܡܢܝܢܘܗܝ: ܘܠܐ ܐܝܟ ܦܘܫܩܐ ܕܫܒܥܝܢ ܐܘ ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܫܡܪܝܐ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܬ ܩܕܡܬ ܟܬܒܬ[1] « Noveris igitur, doctrinae amator, scriptorem istum omnes computationes suas iuxta traditionem librorum Iudaeorum, non vero iuxta interpretationem Septuaginta virorum, neque iuxta traditionem Samaritanorum, ut ipse prior scribebas, instituisse. »

Praeter haec serpentem tradit pedibus suis et cibo ex paena fuisse privatum (Demonstr. ix, 8; xiv, 12); sacrificia in vetere lege igni divino explorata fuisse (Demonstr. iv, 2 seqq.); Cainum in septem generationes maledictionem excepisse (Demonstr. ix, 8); Abraham circumcisionis ritum, a Deo acceptum, Aegyptios docuisse (Demonstr. xi, 8); mundum post sex millia annorum consummatum iri (Demonstr. ii, 14. Vid. infra p. lviii). Fabulam quoque exprimit de regno quadringentorum et quadraginta annorum regis Tyri (Demonstr. v, 7), et aliam de sacerdotio trecentorum sexaginta quinque annorum Phinees, filii Eleazari (Demonstr. xiv, 27), ex falsa loci Iud. xx, 27, 28 interpretatione ortam; quae omnia e Talmude iudaicisque Targumim novimus perinde adseri.

Varia etiam loca refert apte ad hebraici textus aut Paraphrasium lectionem: Gen. xlix, 10; *ibid.* xi, 26 (Cf. supra p. xliii). Sententiam quoque promit Iudaeos esca quam gentes conficiunt non uti (Demonstr. xv, 2), quae in Talmude *Aboda zara*[2] reperitur. Adde, ne longum sit, horam immolandi agni paschalis (Demonstr. xii, 1), noctis et diei per νυχθήμερον computationem (Demonstr. xii, 8), nec non varias celebrationes legales, ut azymorum esum (*ibid.*) et abstinentiam ab animalium sanguine (Demonstr. xiii, 2), in his regionibus apud Christianos observatas; ac tandem diversos Hebraeorum loquendi modos, ut ܚܪܡܐ ܠܗܘ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܡܢܢ (Demonstr. xxiii, 29), aliosque (Cf. Demonstr. xii, 1, col. 507, not. 1).

Ubi vero christiana veritas exponenda vel defendenda venit, non iam a Iudaeis docetur, sed doctrinam tradit veterum Patrum disciplinis consentaneam: maxime vero, nec mirum videbitur, cum Ephraemo, eiusdem fere aetatis locique homine, at, sicut dictum est, in disparili dicendi via, congruit, ita ut

[1] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 120, ll. 12-15.
[2] M. Schwab, *le Talmud de Jérusalem*, Paris, 1871-1889, t. XI, p. 197 seqq.

ambo communem disciplinam in scholis Christianorum huiusce regionis traditam referre videantur. Sint pro exemplis sententiae supra significatae de serpente pedibus orbato (Cf. S. Ephr. *In Genesim Collectanea*[1]; *Evangelii concordantis Expositio*, c. XIX[2]); de sacrificiis igni caelesti probatis (*Explanatio in Genesim* c. III[3]), de Caino in septem generationes maledicto[4]; de centum et viginti annis ante diluvium ad paenitentiam concessis[5], de servitute quadringentorum et triginta annorum in Aegypto[6], nec non alia sententia de mundo in sex millia annorum consummando (infra p. LVIII. Cf. S. Ephr. *Evangelii concordantis Expositio*, cc. XIV et XVIII[7]). Uterque etiam simili computatione tridui mortis Domini rationem persequuntur (Demonstr. XII, 7. S. Ephr. *ibid.* c. XIX[8]), Dominum existimant e monte revera praecipitatum fuisse (Demonstr. II, 17. S. Ephr. *ibid.* c. XI[9]), Christum seipsum communicasse et Iudam Eucharistiam non accepisse (Demonstr. XII, 6. S. Ephr. *ibid.* c. XIX[10]), Noe inducunt coelibem vitam agentem (Demonstr. XIII, 5. S. Ephr. *Explanatio in Genesim* c. V[11], et loco Gen. XLIX, 10 inserunt : « cuius est regnum » (Cf. supra, p. XLIV, S. Ephr. *ibid.*[12]). Eadem fere mente Romanos in bello persico tandem victores fore praedicant (Demonstr. V, 24. S. Ephr. *Serm.* II *de Antichristo*[13]). Nec non doctrinam a Sapiente Persa in Demonstratione XXIII *de Acino* propositam strictim memorat Ephraemus (ad locum Isaiae LXV, 5[14]). Alia etiam utrique communia in Aphraatis Demonstratione VI, *de Monachis*, et in Ephraemi sermone *de Admonitione et Paenitentia* invenies, quae quidem e rerum ratione enata possent contendi, nisi ipse amicum Ephraemus commoneret se quod scripsit ex aliis accepisse ܡܢ ܐܚܪ̈ܢܐ ܫܡܥܬ ܠܝ܆ ܚܕ ܐ ܠܐܚܘܝ ܡܫܠܡܢܘܬܗܘܢ[15].

Sed auctoris nostri doctrina e variorum capitum recognitione exploranda est.

[1] P. Benedictus, *Sancti Patris nostri Ephraemi opera omnia quae exstant*, Romae, 1737-1743, t. I, syr., p. 135.

[2] Mösinger, *Evangelii concordantis expositio*, p. 220.

[3] P. Benedictus, *op. cit.*, p. 40.

[4] *Ibid.* p. 44.

[5] *Ibid.* p. 49.

[6] *Ibid.* p. 158.

[7] Mösinger, *op. cit.*, p. 159 et 215.

[8] *Ibid.* p. 221.

[9] *Ibid.* p. 130.

[10] *Ibid.* p. 221.

[11] Benedictus, *op. cit.*, p. 48.

[12] *Ibid.* p. 108.

[13] Th. Lamy, *Sancti Ephraem Syri Hymni et Sermones*, Mechliniae, 1882-1889, t. III, c. 189.

[14] *Ibid.* t. II, c. 197.

[15] *Ibid.* t. I, c. 309.

13. Ante omnia proponit Aphraates fidem in unum Deum (Demonstr. I, 19; XXIII, 59, 62); Valentinum increpat, « qui plures fuisse praedicat auctores suos » (Demonstr. III, 9), Marcionem etiam et Manem, qui duo principia, bonum et malum induxerant (*ibid.*); Deum profitetur increatum, eumque vocat ܐܝܬܐ ܒܢܦܫܗ, ad verbum « essentiam », sive « substantiam sui ipsius » (Demonstr. XXIII, 52 et 58), vel « qui semper exsistit, usque in finem exsistet, perpetuum, aeternum » الدائم الوجود اخر موجود لم يزل ازلي, ut Barbahlul vocem syriacam interpretatur[1], eiusque attributa pluribus verbis exponit in Demonstratione ultima (Demonstr. XXIII, 52 seqq.).

Tres personas aperte in Deo confitetur (Demonstr. XXIII, 60, 61, 63). In primis notabis locum Iohannis III, 34, quem ad Trinitatis confessionem vertit (Demonstr. VI, 12).

Filium insuper agnoscit ut Deum et Dei Filium (Demonstr. VI, 9, 10; XVII, 2 seqq.; XIV, 39); eum tamen ostendit a Patre diversum (Demonstr. IV, 11), licet Patri aequalem ab initio (Demonstr. I, 8). Quod ad incarnationis dogma pertinet, variis facti traditis causis (Demonstr. IX, 5; XXIII, 49, 53), Verbum aperte docet Aphraates verum corpus carneum, non fictum accepisse, de carne Mariae Virginis adsumptum, nedum e caelo delatum sit (Demonstr. XIV, 39; VI, 10; XXIII, 50). Doctrinam autem de unitate personae Christi in duabus naturis videtur implicite profiteri cum divina et humana in eodem subiecto praedicat, pluribus verbis exponens textus Apostoli : Philip. II, 6, 8, et II Cor. VIII, 9 (Demonstr. VI, 9, 10; XXIII, 49). Ceterum doctrinam Domini uberius pertractat, eiusque gesta et miracula fuse enarrat.

Aphraates Spiritum sanctum, seu ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ « Spiritum sanctitatis » in Trinitate confitetur (Demonstr. XXIII, 60 seqq.). Ipsius etiam distinctam personalitatem et processionem implicite saltem significare videtur cum Patrem his verbis alloquitur : « De Spiritu tuo in nobis habemus » (Demonstr. XXIII, 53), aut Filium : « Fili dilecte,... te confitemur,... qui Spiritum tuum in nobis condidisti » (*ibid.* 52). Profitetur eum aeternum (Demonstr. VI, 14 seqq.), variosque ei effectus attribuit, aiens eum templum esse hominibus vel etiam in iisdem per gratiam inhabitare (Demonstr. I, 5; VI, 14, 17; XXIII, 59), aquis baptismi incubare, et ipsum qui baptismo regenerantur induere (Demonstr. VI, 14), prophetis datum fuisse (*ibid.* VI, 12, 13), et per hos eloqui (VI, 14; XXI, 21). Homo debet Deum colere tanquam Patrem, et Spiritum sanctum ut Matrem (Demonstr. XVIII, 10). Per eum tandem gratia obtinetur (VI, 1; XIV, 47).

De gratia alibi loquitur ut Dei optimi dono (Demonstr. XXIII, 48 seqq.):

[1] R. Duval, *Lexicon syriacum*, c. 152.

liberaliter datur, verumtamen precibus exposcenda est (*ibid.* 52); neque ipsis peccatoribus denegatur (*ibid.* 56).

Simul observabis quae prodit de diaboli luctamine, versutia, modo quo hominis cogitationem illecebris occupet, eum blanditiis trahat, atque eo lapso irrideat (Demonstr. vi, 2, 17; vii, 25; xiv, 40, 43), quo etiam in impiis habitet (Demonstr. ix, 9), Spiritum autem Dei formidet (Demonstr. vi, 17), ac demum a Christo et Christianis vincatur (Demonstr. xxi, 10, 19).

Peccatum originale passim memorat (Demonstr. vii, 1; ix, 14; xxii, 1) maledictionemque quae in omnes Adae posteros descendit, quam ut auferret Christus mortem subiit (Demonstr. xxiii, 3, 50; vi, 6). Propria autem peccata primo per baptismum (Demonstr. iv, 19; xi, 11), dein paenitentiae sacramento (vii, 2 seqq.) docet remitti.

Beatae Mariae virginitatem et divinam maternitatem confitetur Sapiens Persa (Demonstr. vi, 10; xiv, 39; xxiii, 20). Per eam ait redemptionem factam esse (Demonstr. vi, 6); tandem ipsius virtutes praeclare extollit (Demonstr. iii, 14; ix, 5). Plura autem ab auctore ne requirat legens; non enim nisi apud serioris aetatis viros, idque praecipue post eius gloriam Ephesi vindicatam, effloruit laudum opima messis illa, quae Patrum libros et liturgica scripta ornavit, dum iisdem temporibus templa et monasteria eius nomini dicabantur.

Angelos ܡܠܐܟܐ (Demonstr. v, 5) saepius biblico more « Vigiles » ܥܝܪܐ appellat (Demonstr. vi, 5, 14, et alibi), aliter « Nuntios » ܐܝܙܓܕܐ (Demonstr. ix, 44). Ipsi preces suscipiunt Deoque offerunt; id autem de Gabriele expresse adseritur (Demonstr. iii, 14); gentibus praesunt, ut olim Michael Iudaeis (*ibid.*). Animadverte eodem loco sententiam qua Principem Persarum e bonorum angelorum ordinibus fuisse existimat Aphraates. Maxime vero sunt notatu digna quae, inter Zoroastri alumnos constitutus, de angelorum adsistentia et ministerio coram Maiestate Dei bis enarravit (Demonstr. xiv, 35; xviii, 4).

Ecclesiam, e Gentibus collectam et promissionum haeredem effectam, ostendit, adsertor traditionis schismate antiquioris, super Petrum a Christo conditam (Demonstr. i, 17; vii, 15), quem etiam vocat principem Pastorum (Demonstr. x, 4). Vide et Demonstr. xi, 12, et xxiii, 12.

14. Quamvis de sacramentis a Christo Ecclesiae mandatis ex proposito non fuerit locutus Aphraates, singula tamen, dempto uno, variis in locis memorata reperimus.

Et primum, multis testimoniis tuetur dogma baptismi (Demonstr. i, 19;

xxiii, 60), quem, a Gedeone praefiguratum (Demonstr. vii, 19, 21), existimat in nocte passionis a Christo primum institutum fuisse, cum pedes discipulorum lavit (Demonstr. xii, 10), ipsisque tandem traditum priusquam in caelum eveheretur (Demonstr. i, 17). Baptismus est « circumcisio vera » (Demonstr. xii, 9); item vocatur « signum vitae » (Demonstr. xxiii, 63), « regeneratio » (Demonstr. vi, 14), eoque « peccata abluuntur » (Demonstr. iv, 19; xi, 11), et armaturam Christi ex aquis induunt qui baptizantur (Demonstr. vi, 1). Adulto confertur, ei nempe qui cor suum ab operibus malis spiritali circumcisione resecuit (Demonstr. xii, 9), id est viro rationis compoti (Demonstr. vii, 20). Fit autem baptismus cum expressa trium Personarum invocatione (Demonstr. xxiii, 63), et in nocte Paschatis celebratur (Demonstr. xii, 12), sacerdotum ministerio. Vid. Demonstr. vi, 14, ubi insigne habes auctoris nostri testimonium de aquae elemento, de verbo sacerdotis, et de gratia sacramentali, quae a baptismi regeneratione initium ducit.

Eucharistiam confitetur esse Corpus et Sanguinem Christi (Demonstr. iii, 2; iv, 19), qui in cena proprium Corpus et Sanguinem dedit Apostolis (Demonstr. xii, 6 seqq.). Eodem loco institutionem Sacramenti narrat, et verba consecratoria refert, in ipsa, ut videtur, formula liturgica. Breve illud documentum eo carius existimandum est, quod in antiquis codicibus liturgicis verba consecrationis desiderantur[1], quia forsan a sacerdotibus memoriter teneri debebant, aut saltem ipsis ab aliis continuo suggeri; ceterum libros liturgicos syriace scriptos saeculo sexto antiquiores non exstare affirmat W. Wright[2]. Porro consimilia Aphraatis verbis in liturgiis orientalibus Seleuciae et Ctesiphontis leguntur; unde firmatur argumentum quo formulae liturgicae Nestorianorum Nestorio in universum antiquiores esse creduntur. Prioris formulae, brevissime relatae, ordinem invertit Aphraates. Alteri concordat liturgia Nestorii[3], nisi quod loco verborum « quando congregabimini » ܐܡܬܝ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܐܢܬܘܢ, legit « donec veniam » ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ. Rursus praeter unam additam litteram ܠܥܘܗܕܢ[ܝ], textui nostro congruit textus quem similibus prorsus verbis tradit Ebediesu, excepta ultima clausula[4].

Eucharistiam noster docet esse sacrificium quod Malachias pronuntiaverat a Gentibus offerendum (Demonstr. xvi, 3); et vocat eam sacramentum panis vitae (Demonstr. xi, 12), et « panem filiorum » (Demonstr. vii, 21). Com-

[1] Cf. G. Bickell, *Conspectus rei Syrorum literariae*, Monasterii, 1871, p. 63 seqq.

[2] W. Wright, art. *Syriac literature* (*Encyclopaedia britannica*, vol. XXII, p. 827).

[3] Renaudot, *Liturgiarum orientalium collectio*, Francofurti, 1847, t. II, p. 623. Cf. Liturgiam Theodori, *ibid.* p. 613.

[4] Assemani, *Bibliotheca Orientalis*, t. III, part. 2. *Liber Margaritae*, 4. 5. pp. ccciv et cccv.

munio post baptismum dabatur : « Eucharistiam sumunt postquam conversi ad baptismum processerunt » (Demonstr. xii, 9. Cf. iv, 19). Indigni « pascha » non manducant (Demonstr. xii, 9), sed os in puritate sedulo servandum est, quo Corpus et Sanguis Christi suscipitur (Demonstr. iii, 2). Ritum etiam auctor significat quo sacramentum accipiebant stantes pedibus (Demonstr. xii, 9), et ore sumebant (Demonstr. vii, 21; ix, 10; xx, 8). Elementum tandem indicat sacrificii, scilicet panem torrefactum qui in missa offertur (Demonstr. xii, 9). De azymo autem et fermentato non quidquam videtur definire, nam esus azymorum, de quo ibidem agit, ad liturgiam forsan non spectat.

Nec minus aperta sunt de Paenitentia et de peccatorum confessione testimonia, cuius necessitatem et efficaciam clare exponit. Medici, seu sacerdotes, munus habent curandi vulneratum in praelio (Demonstr. vii, 2), dummodo iste vulnus aperiat dicens : « Peccavi » (*ibid.* 3), et vulnus detegat. Peccata confiteri ne dubitet (*ibid.* 12) et paenitentiam implorare (*ibid.* 15). Medici aegrotos monere debent atque instaurare (*ibid.* 11), culpam revelatam nullo modo prodere (*ibid.* 4) nec lapso remedium paenitentiae negare (*ibid.* 11), et alia huiusmodi. Immerito ergo sacramentum paenitentiae et confessionem auricularem apud veteres Christianos exstitisse inficiantur.

In Demonstratione xiv, 44, de solvendis aut ligandis excommunicatis perspicue loquitur, et formulas forsan tradit excommunicationis ferendae et solvendae, scilicet : « Ligatus es et maledictus de caelo et de terra. Vae et illi qui cum eo collocutus fuerit ». « Deus misericors est et peccata tua dimittit. Ingredere, veni ad orationem. »

Confirmationem, cuius nullum hodie apud Nestorianos apparet vestigium, adeo ut ea carere ferme credantur, et nomen etiam ignorent, significare videtur Aphraates, « impositionem signi » nominando, quae cum baptismo dabatur (Demonstr. xii, 13). Licet nostra aetate Nestoriani oleum sacrum et chrisma non conficiant, apud eos tamen exstabant olim Confirmationis et Extremae Unctionis duo sacramenta; et certissima reperiuntur in libris ritualibus et apud antiquos Patres ecclesiae syriacae pro infirmorum unctione testimonia, quibus accedat Aphraatis declaratio, varios olei usus proponentis his verbis : Signum continet [oleum] « sacramenti vitae, quo perficiuntur Christiani, sacerdotes, reges, prophetae; tenebras illuminat, ungit infirmos, et per arcanum suum sacramentum paenitentes reducit » (Demonstr. xxiii, 3)[1].

Ordinem seu « manuum impositionem » commemorat in Demonstratione xiv, 25. Solum matrimonii sacramentum non tangit. At in ceteris cum Ecclesia

[1] De hac unctione paenitentium et eorum qui ab haeresi convertebantur, cf. Pitra,

catholica apprime convenit, ut sic hodiernis popularibus suis errore... mamque negligentiam exprobret.

15. Si de anima opinionem primo aspectu audaciorem quam par est sa-piens Persa videatur exprimere, si aliquae etiam auctoris doctrinae n... erroris non fugiant, nemo tamen non agnoscet has sententias primorum Ec-clesiae saeculorum indolem sapere, et Aphraatem cum aliis veterum Pat... causam communicasse.

Aetatis antiquitati iunge loci distantiam; utraque enim, ut Georgius epis-pus animadvertit, de aliquarum sententiarum singularitate causa abunde re-ditur : ܠܐ ܓܝܪ ܐܬܡܨܝ ܗܘܐ ܒܙܒܢܗ ܒܐܬܪܐ ܗܘ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܦܢܐ ܠܡܕܥܗ ܘܠܡܠܬܐ ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ.[1] « ... potuit sua aetate et in illa regione operam dare, ut mentem et sermonem do-trinae eorum [doctorum nempe probatorum] accommodaret. Ideo, inquit, in li-bro illo multi errores sermonesque valde difficiles reperiuntur. » Cave aut-ne ex Georgii sententia Aphraatem incognita causa damnes, et eius prius a-cipe mentem.

Primum igitur docet Christianos, postquam « spiritum animalem » ... « animam viventem », in prima generatione, omnibus hominibus commun... receperunt, in regeneratione baptismi « spiritum caelestem », « spiritum sanctum » obtinere; deinde post mortem « animam in terram reverti » et « cum corpore sepeliri, sensuque destitui »; spiritum vero caelestem « ad Chri-tum redire, et coram Deo resurrectionem corporis, ut isti denuo iungatur, postulare ». Impios autem spiritus ille « ante Deum viventes accusat », ideo in resurrectione non immutabuntur. et in inferioribus locis constituentur (De-monstr. VI, 14; XXII, 15-18).

Porro spiritum et animam et corpus in homine eadem sententia distin-guunt Origenes[2], Irenaeus[3], aliique, e quorum dictis eruitur spiritum illum caelestem solis Christianis infundi, quo post baptismum supernaturaliter in-duuntur; et licet offensam aliquam, saltem in verbis, habeat expositio senten-tiae, liquet nil aliud reapse designari nisi Spiritum sanctum, baptismo datum, et per gratiam in homine iusto inhabitantem, a peccatore vero recedentem, ne-dum animae unitatem auctor abneget, quam alias « a Deo in homine creata... et immortalem esse docet » (Demonstr. VI, 14). Iniquiorem ergo se iudice... praebet Georgius, cum ea de re Aphraatem temeritatis et supinae ignoranti... acriter postulat. Gennadius vero, si de Aphraate loquitur cum « Iacobum

Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta, Romae, 1864-1868, t. I, pp. 5... 512; t. II, 362.

[1] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 117, ll. 26-27.

[2] *Patr. Gr.*, t. XIII, c. 726 seqq.

[3] *Patr. Gr.*, t. VII, cc. 1137 et 1144.

alios Syrorum » reprehendit, qui duas animas esse dicunt[1], auctoris nostri mentem male intellexit.

At magis a veritate deflexit Aphraates, cum aliam sententiam de hypnopsychia proposuit, existimans hominis mortui animam, cum corpore sepultam sensibus privari, et eorum usu, tanquam somno correptam, impediri (Demonstr. vi, 14; viii, 18; xxii, 6). Attamen animarum condicionem post mortem dissimili ratione exponit, prout de iustis aut de impiis quaeritur (Demonstr. viii, 19). Eas doctrinas Nestoriani olim tenuerunt atque in synodis probaverunt, et forsan adhuc retinent[2]. Noster vero, licet eos qui sua aetate recte sentiebant videatur arguere (Demonstr. viii, 3), nullam eo tempore notam haereseos incurrebat, cum his de rebus definitionem Ecclesia non tradidisset.

De resurrectione carnis duobus tractatibus disseruit Aphraates, et dogma profert solidis argumentis adversus Valentinianos resurrectionis mortuorum. Vid. Demonstr. viii et xxii.

Praedicto autem errore de hypnopsychia suscepto, alium nequivit Aphraates vitare, iudicium nempe et retributionem ad finem usque et post resurrectionem differri (Demonstr. viii, 22). Idem sentiunt, tanquam suae de animis doctrinae ex necessitate coniunctum, hodierni Nestoriani. Sed est sententia iudaicae originis[3]. Apud nos Irenaeus, responsionem contra Gnosticos nimium urgens, similiter contendit animas sanctorum ante resurrectionem beatitudine non perfrui[4].

Dein enuntiat Aphraates postquam Rex accepto regno reversus fuerit, homines coram tribunali constitutum iri, diversa tamen ratione; unde inaccurate locutus est, statuens nec iustos ad iudicium, neque impios « qui iam iudicati sunt », sed eos tantum qui peccatores vocantur, adfuturos (Demonstr. xxii, 15-18). At alibi rectius docet omnes ante tribunal Christi oportere manifestari (Demonstr. viii, 20). Praemiorum etiam distinctionem egregie significat (Demonstr. xxii, 19) aeternaeque omnium sortis immutabilitatem (Demonstr. xx, 12). Locum quidem ignorare se fatetur (Demonstr. xxii, 24); attamen iustis adscribit tanquam paradisum terrestrem (Demonstr. xxii,

[1] *Patr. Lat.*, t. LVIII, c. 984.

[2] Assemani, *Bibl. orient.*, t. III, part. 2, p. cccxlii. Cf. *ibid.* t. III, part. 1, pp. 101, 281, 322, 323, 529, 438; Badger, *The Nestorians and their rituals*, t. II, p. 302; O. Braun, *Beiträge zur Geschichte der Eschatologie in den syrischen Kirchen* (Zeitschrift für katholische Theologie, Innsbruck, 1892), p. 273 seqq. Vid. spec. pp. 276 seqq.

[3] Vid. Kimchi, *Commentarius in Ps.* civ, 29 (*Rabbi David Kimchi in psalmos Commentarii, ex hebraeo in latinum redditi a D. Ambrosio Janvier*, Parisiis, 1666, p. 469). Cf. IV Esdr. iv, 35 seqq., et vide Le Hir, *Études bibliques*, t. I, p. 223.

[4] *Patr. Gr.*, t. VII, c. 1209.

12; XIV, 22); impios vero manet « mors secunda » plena fletus et cruciatus (Demonstr. VIII, 19; VI, 18).

16. In aliis doctrinae capitibus, testimonia suppeditat Aphraates de necessitate operum bonorum, sine quibus fides irrita est (Demonstr. I, 3), ieiunium non acceptum (Demonstr. III, 8), oratio inefficax (Demonstr. IV, 14). Aliqua etiam doctrinae moralis et disciplinae puncta confirmat, ut excommunicationem et paenitentiam publicam (Demonstr. XIV, 44), ieiunium paschae praemittendum (Demonstr. XII, 13), paschae sollemne pervigilium (*ibid.*) et azymorum paschalium esum inter Christianos (*ibid.* 8, 12), legis observantiam de non comedendo sanguine animalium (Demonstr. XIII, 2), cum aliis quae prius iam obiter posui. Plura etiam reperiet lector in indice rerum.

Testimonia tradit de perseverantia gratiae charismatum (Demonstr. II, 20. Cf. VI, 12). Tandem aliqua diiudicat inter auctores controversa, scilicet Iudam Eucharistiam non accepisse (Demonstr. XII, 6); id autem ordo rerum in Evangelio Diatessaron suadet[1]; deinde cenam dominicam in nocte quae inter decimum tertium et decimum quartum diem intercessit peractam fuisse; quod non tantum in seram noctem, sed ipsis matutinis horis, ante gallicinium, factum fuisse arbitratur (*ibid.*); tandem Christum seipsum communicasse (*ibid.*), quae Orientalium opinio est[2].

Magorum etiam, Manichaeorum, Gnosticorum prohibet artificia occulta ܚܪ̈ܫܐ, turpes operationes, divinationes ܩܣ̈ܡܐ, et incantationes ܠܚ̈ܫܐ (Demonstr. I, 19. Cf. III, 9), quibus vivos purificari, mortuosque contendebant liberari.

17. Ut tandem absolvatur haec exploratio de Aphraatis doctrina instituta, relinquitur ut eius sententiam proponamus de duratione mundi. In Demonstratione II, 14, ex eo loco psalmorum exorsus : ***Mille anni ante oculos Domini sicut hesternus dies qui praeteriit*** (Ps. XC [LXXXIX], 4), asseverat se a magistris accepisse « mundum, sicut intra sex dies a Deo constitutus est, ita in consummatione sex millium annorum solutum iri, futurumque Sabbatum Dei in similitudinem esse sabbati quod sex diebus creationis successit » (Cf. Demonstr. XXI, 11). Sententia autem haec vetus est Iudaeorum traditio, in Talmude his verbis consignata : בנא דבית אליהו: ששת אלפי שנא הוי עלמא . שני אלפים תהו שני אלפים תורה ושני אלפים ימות המשיח : « Traditio est domus Eliae sex millia annorum mundum esse duraturum : bis mille inanitatis, bis mille legis, et bis mille dierum Messiae »[3]. Similia etiam Aphraatis verbis habes in Midrash

[1] Tatian. c. XLV, p. 80. — Matth. XXVI, 25. — Ioh. XIII, 30-32. — Marc. XIV, 22. — Matth. XXV, 26.

[2] Vid. Renaudot, *Liturgiarum orientalium collectio*, t. I, p. 216.

[3] Gemara Sanhedrin, apud Fabricium, *Codex pseudepigraphus V. T.*, t. I, p. 1079.

Tehillim super psalmum xc : ויםי של הקדוש ברוך הוא אלף שנא שנאמר כי אלף שנים בעיניך כיום אתמול : « Dies Dei benedicti sunt mille anni, sicut dicitur : Quia mille anni in oculis tuis sicut dies hesterna »[1]. Haec vero a magistris eo argumento firmantur, quod mundus tot dies duraturus sit quot diebus creatus fuit, et sicut sol quarto die creatus est, ita Messiam adfuturum in quarto millenario[2].

Atqui huiusmodi convenientiam inter creationis dies et mundi tempora plurimi ex antiquis Patribus, textibus præsertim Ps. xc (LXXXIX), 4 et Dan. IX, 24 fulti, expresserunt. Ita apud Syros, ut Occidentales omittam, Bardesanes, a Georgio in capite secundo praedictae Epistolae[3] descriptus, cum Iacobo Doctore, seu, ut dixi (p. XIII), Sarugensi[4]; pariter sanctus Ephraem, in Expositione Evangelii, ad ll. Matth. XVII, 1; XXIV, 20 (supra p. L), aliique[5]. Georgius vero, in aliis rigidus Aphraatis censor, eam doctrinam aeque et moderate reprehendit, et Christi verbis Matth. XXIV, 36, et Act. I, 7 allatis, subdit « annos praeteritos aut futuros neminem esse inter homines qui cognoverit, aut cognoscat, aut cogniturus sit ».

Consummatis autem sex diebus mille annorum, Sabbatum, seu regnum Christi, erat exspectandum, scilicet cum Rex, accepto regno, reversurus esset (Demonstr. VIII, 21), in quo, sublato cupiditatis imperio, iusti quiescerent (XIV, 22; XXII, 12). At iudaicam δευτέρωσιν seu traditionem regni terreni mille annorum, quam ad pessimam voluptatum significationem haeretici detorserunt, Sapiens Persa nullibi expressit.

18. Ne quid in doctrinis Sapientis Persae recognoscendis neglexisse videar, sequentia subnectenda censui de annorum computatione prout ab auctore in pluribus Demonstrationum locis reperitur instituta; nam gentis et aetatis suae secutus indolem, in exquirendis temporibus frequenter immoratur. Porro Aphraatis temporum computatio secundum Iudaeorum methodum ordinatur, et ab Eusebiana chronographia paulum discedit. A promissione enim Abrahae facta usque ad ingressum Iacob in Ægyptum numerat annos 205; inde ad Exodum annos 225; lex ergo post promissam servitutem data est annis 430; eoque 430 annorum numero tempus definit commorationis Hebraeorum in Aegypto (Demonstr. II, 3 seqq.; supra p. XLIX). Simili ratione in Demons-

[1] Midrash Tehillim, Venetiis, 1546, p. 'ב a, c. 1.

[2] Fabricius, *op. cit.*, t. I, p. 33; Walton, *Bibliorum apparatus*, I, p. 96.

[3] Apud Lagarde, *Analecta syriaca*, p. 114 seqq. Vid. Cureton, *Spicilegium syriacum*, p. 61.

[4] Vid. Iacobi Sarugensis Homiliam septimam *de Constitutione creaturae* (Mus. britan. cod. Addit. 12, 162, fol. 33 *b*.)

[5] Cf. Braun, *Beiträge zur Eschatologie*, pp. 275-277.

trationibus XXIII, 43, et XI, 4, annos 225 computat a migratione Iacob ad Exodum; et ab anno aetatis Abrahae 99, quo, quindecim post dictam promissionem annis, circumcisus est, usque ad ingressum Iacob in Ægyptum, annos 190; quorum summa (15 + 190) eumdem numerum 205 repraesentat. Dein Christum statuit advenisse post promissionem Abrahae datam annis 1794, post legem vero annis 1364, unde iterum subducit 430 annos servitutis Hebraeorum in Aegypto (Demonstr. II, 5).

Alibi vero, in Demonstratione XXI, 4, a se ipso dissentire videtur; locus autem, quem in utroque codice liquet amanuensis culpa vitiatum esse, armeniaca versione deficiente, nonnisi coniectura ad rectitudinem adduci potuit. Numeros non omnino incorruptos partim castigandos suscepit W. Wright[1], cuius rationem G. Bert[2] sibi adscivit. Aptiores vero emendationes codicum lectioni accommodavit Sasse[3]; quae omnia lectori sequens tabella tradit.

Computat igitur auctor in hac Demonstratione XXI, 4 :

A destructione Sodomae ad descensum Iacob in Aegyptum..............................	ܡܐܬܝܢ ܫܢܝܢ annos		200
A migratione Iacob ad Exodum.............	ܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫ	—	205
quorum summam statuit esse......	ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܣܪܐ	—	419 (sic).
Rursus ab Exodo ad aedificationem Templi computat..........................	ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ	—	480
quorum summam deducit........	ܠܬܡܢܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܫܬ	—	896 (sic).
Inde ad destructionem Ierosolymae numerat et	ܐܪܒܥܡܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ		425
summam universam efficit........	ܟܠܗ ܐܠܦ ܘܬܠܬܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ		1.321
Ac demum a subversione Sodomae ad annum 655 Alexandri (post Christum 343-344), quo epistolam hanc conficiebat..............................	ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܘܫܬ		2.076 (sic).

W. Wright primo numero inserebat ܘܐܪܒܥ 4, a tertio autem demebat ܥܣܪܐ 10, quarto tandem addebat ܘܫܒܥ 7, unde legendum praebebat : A destructione Sodomae ad descensum Iacob in

Aegyptum..	annos		204
ad Exodum		—	205
Summa..		—	409
ad aedificationem Templi..................................		—	487
Summa..		—	896
ad destructionem Ierosolymae..................................		—	425
Summa universa..................................		—	1.321

[1] W. Wright, *The Homilies of Aphraates*, p. ܡܓ seqq.
[2] G. Bert, *Aphrahat's Homilien*, p. 332 seqq.
[3] F. I. Sasse, *Prolegomena in Aphraatis Sapientis Persae sermones homileticos*, p. 39.

Sasse vero pro primo numero reponit, e Gen. xv, 24 et xvi, 40, collatis Demonstr. ii, 4; xi, 4, et xxiii, 44.... ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܕܐ		191
Idem, e Demonstr. xi, 4, et xxiii, 43, rescribit a migratione Iacob ad Exodum.......................... ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫܐ		225
pro quarum summa, una littera transposita legit............................ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܬܬܥܣܪܐ		416
Cetera intacta servat, videlicet ab Exodo ad aedificationem Templi................................	annos	480
Summa vera..........................	—	896
ad destructionem Ierosolymae..........................	—	425
Summa universa..........................	—	1.321

Haec vero cum Eusebii computatione conferri possunt, qui numerat a destructione Sodomae ad descensum Iacob in Aegyptum..	annos	194
ad Exodum....................................	—	212
Summa....................................	—	406
ad aedificationem Templi..........................	—	480
Summa....................................	—	886
ad destructionem Ierosolymae..........................	—	440
Summa universa..........................	—	1.326

Ultimus autem numerus ab Aphraate efflictus, a subversione Sodomae ad annum 655 Alexandri, 2076, nimium correptus, in 2276, inserto ܘܡܐܬܝܢ, emendandus erat, ut cum aliis auctoris supputationibus conveniret.

Aliam etiam instituit Aphraates in Demonstratione ultima computationem, in qua singulorum patriarcharum ab Adam ad Iacob prolixe numerat annos, sicilicet priusquam unusquisque genuit, dein post creatos liberos, ac tandem vitae summam in universum conficit, unde tempus eruit quod quivis cum ultimo suorum pronepotum vixit. (Demonstr. xxiii, 22, seqq.) Primam huius supputationis partem saeculo undecimo perscripsit vel breviavit Elias Barsinaeus, quod huiusce Praefationis initio significabam (p. x), in sua Chronographia, hoc titulo ܫܢܝܐ ܕܒܝܬ ܐܕܡ ܐܝܟ ܪܢܝܐ ܕܐܦܪܗܛ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ : *Anni domus Adae, iuxta sententiam Aphraatis, Sapientis Persae.*

Ab Adam igitur summam ducens ad ingressum Iacobi in Aegyptum annos numerat..................................	2238
ad Exodum....................................	2463
ad exstructionem Templi..........................	2943
ad captivitatem babylonicam..........................	3368
Addit Elias aeram Seleucidarum anno post captivitatem centesimo incepisse, igitur anno mundi..........................	3468

[1] Cod. Musaei britannici *Rich.* 7,197, fol. 3 seqq., exhibet syriace et arabice *Chronicon Eliae Barsinaei, metropolitae Nisibis.* Textum syriacum habes apud W. Wright, *The Homilies of Aphraates,* pp. 38, 39.

Monet autem Elias, numerum hunc nulli alii ex praemissis a se supputationibus convenire, sed tantummodo ad computum Iudaeorum huius aetatis accedere, « quia, inquit, ex eorum codice desumptus fuit. Iudaeorum autem exemplar mendax est, ut alibi ostendi : »[1] ܗܢܐ ܡܢܝܢܐ ܠܐ ܦܠܚ ܠܚܕ ܡܢ ܡܢܝܢ̈ܐ ܕܩܕܡܘܗܝ. ܒܪܡ ܩܪܝܒ ܠܡܢܝܢܐ ܕܐܢܫܝܢ ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܟܬܒܐ ܗܘܬ. ܟܕ ܗܘ ܕܚܘܝܬ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܘܡܫܝܚܐ ܕܟܠܗ ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܠܐ ܡܫܪܪ ܐܝܟ ܕܚܫܒܘ ܩܕܡ ܐܢܫܝܢ.

Errat aliquando Aphraates in chronologia, videlicet cum Teglathphalasar post Salmanasar contra Israel ascendisse ait (Demonstr. II, 9); et perperam ab eo respiciuntur loca II (IV) Reg. XVIII, 9, 10; XV, 29, et I Chron. V, 6, 26, cum Salmanasar post Teglathphalasar regnaverit, huiusque incursus ad annos regni Phacee ex ipsa Scriptura referri debeat.

Alia de iudicum imperio, de regno Saulis, de principe Tyri, de sacerdotio Phinees superius (p. L) satis denuntiata sunt.

19. Iamvero Aphraatis stilus et modus scribendi venerabilem etiam procul dubio antiquitatem resipit. Oratio plerumque candida et dilucida, licet interdum, sive propria culpa scribentis, sive codicum, ut ostendemus, vitio, perplexa sit et obcaecata. Aequabili tractu consuevit eloqui, unoque tenore ac specie de multis saepe disserere. Verbosus secundum Orientalium modum, a proposito digreditur, aut in eadem aliquando revolvitur. Nonnunquam etiam subtilitates miscet. Verumtamen artificium dicendi, sermonisque ornamenta non omnino refugit, et eloquentiam profert quasi sponte ex rebus ipsis enatam, cum, verbi causa, fidei celebrat virtutes (Demonstr. I, 18), Deique perfectiones prolixo cantico extollit (Demonstr. XXIII, 59), cum etiam maris transitum enarrat (Demonstr. I, 15), Aman increpat (Demonstr. III, 10), aut Christum inducit morti in inferis obviantem (Demonstr. XXII, 4). Sed et totam hanc Demonstrationem vigesimam secundam *de Morte et Novissimis* splendidiore stilo videtur pinxisse, tanquam rei magnitudine commotus et instinctus. Ornamenta autem et conformationes, quibus ita sententias illustravit, e Scripturarum thesauris, quorum miro modo intelligentiam consecutus est, plerumque desumpsit.

Si de lingua scriptoris nunc quaeratur, qui primum inter syriacos Patres locum obtinet, profitemur eum litteris aramaeis plurimum conferre, sermone a peregrinis vocabulis sincero, ita ut neque extranea origo, nomine significata, persicis fere ullis vocibus prodatur, neque odiosam illam exserat vocum admixtionem arabicarum et graecarum maxime, quibus seriores linguam infercientes, sermonem syriacum a primaeva puritate deiecerunt. Nulla alia Aphraates usurpavit, nisi biblicis codicibus, aut re militari et mercatura syriacis litteris iam invecta, qualia ܐܘܢܓܠܝܘܢ εὐαγγέλιον, ܕܝܬܩܐ διαθήκη, ܢܡܘܣܐ νόμος, ܛܟܣܐ

[1] W. Wright, *The Homilies of Aphraates*, p. 39.

λῃστής, ܐܟܝܕܢܐ ἔχιδνα, ܐܬܠܝܛܐ ἀθλητής, ܦܪܬܝܩܐ παραθήκη, ܦܪܗܣܝܐ παῤῥησία, ܩܢܛܪܘ pro κεντυρίων, ܦܘܠܓܘܬܐ pro ܐܦܘܠܓܘܬܐ « indulgentia » (amnistia bellica). Notanda etiam vox ܐܝܟܐ εἰκῇ (Demonstr. XIII, 11) in cod. *B*, pro qua alterius codicis scriptor ܐܡܝܐ et ܐܡܝܐ inscite reposuit[1]. Animadvertendum est quoque vocabulum ܥܩܣ (c. 505, l. 26 et c. 677, l. 3), cuius origo ignota remansit.

Aliquos insuper dicendi modos adhibet, antiquiorum peculiares, ut ܠ praefixi usus in his formulis : ܐܡܬܝ ܠܙܒܢܐ; item ܐܡܬܝ ܠܚܪܝܢ (Demonstr. IV, 15), pro quo apud seriores reperitur praepositio ܥܡ[2]; vel formam : ܕܢܚ ܡܐܡܪ ܘܕܢܚ ܡܬܕܟܪ (XIV, 45) ubi verbum in infinitivo absoluto relinquitur; vel nexum suffixi obiectivi cum infinitivo ܡܩܛܠܗܘܢ et ܡܦܪܩܗܘܢ (Demonstr. XV, 8); quibus addi possunt exempla a grammaticis in obsoletorum numero posita, sive e codicum descriptione sive ex inspectione lexici deducenda.

At pluris etiam facienda sunt Aphraatis scripta si ad syntaxim respiciamus, cum eam veluti auream aetatem aperiant qua litterae syriacae a quarto ad sextum septimumve saeculum, ope Ephraemi ipsiusque discipulorum, et post eos Maruthae, Rabbulae, Isaaci Antiocheni, Iacobi Sarugensis aliorumque, tanto incremento auctae sunt; atque ipse Aphraates, ob certas condiciones quas proposui, a Graecorum consortio prae ceteris subductus, in verborum continuatione et toto circuitu sermonis, syntaxeos habitum et formam vere semiticam exhibeat[3]. Tersior quidem et uberior Ephraemus Aphraate, omnium syriacorum magnificentia et figuris et gratia princeps, quo neminem in lingua sua disertiorem Syri agnoscunt; sed plurimam inter eos tum in consilio cum in eloquendo diversitatem exstare superius ostendi, et magis Isaaco Antiocheno similis noster invenitur, a quo ille non solummodo rerum, ut dictum est, exempla, sed et ingenium et loquendi modum imitatus est. Aphraates vero prosa oratione scribens antiquiora stili documenta profert; quare non immerito eum iudicamus linguae syriacae tironibus maxime prodesse posse, ex cuius operibus qui de grammatica syriaca tractant plurima petunt exempla.

20. Necnon historiarum studiosis documenta tribuit Aphraates. His quae de persecutione persica et de paschatis celebratione superius posui, adde quod tempus regni Saporis librorum subscriptionibus constituitur. Alteram enim Demonstrationum seriem « anno sexcentesimo quinquagesimo quinto

[1] Vid. Cureton, *Remains of the four Gospels,* ad loc. Matth. V, 22.

[2] Vid. Payne Smith, *Thesaurus syriacus,* col. 2157, sub num. 7.

[3] « Im Ganzen glaube ich behaupten zu können, dass man aramäische Syntax am besten aus den mandäischen Schriften, und ferner aus solchen syrischen Werken lernen kann, welche vom Griechischen so wenig berührt sind, wie die des Aphraates » (Th. Nöldeke, *Mandäische Grammatik,* Halle, 1871. Praef. p. XXI).

aerae Seleucidarum » inscribit (post Christum 343-344), « Saporis trigesimo quinto » (Demonstr. XXII, 25. Cf. Demonstr. XIV, 50). Ultimam autem dedit « anno sexcentesimo quinquagesimo sexto Graecorum » (post Christum 345). « trigesimo sexto Saporis, post edictam persecutionem quinto » (Demonstr. XXIII, 69). Quintam Demonstrationem de bello scribit a Sapore adversus Romanos illato, anno sexcentesimo quadragesimo octavo aerae Graecorum; et in decima quarta, scripta anno sexcentesimo quinquagesimo quinto, Saporis trigesimo quarto, eidem iterum Sapori dissimulate videtur alludere, regi adhuc iuveni (Cf. Demonstr. XIV, 8 et 50).

Ex his eruitur Saporis regnum ab anno Graecorum sexcentesimo vigesimo (post Christum 309) iam computari debere, licet initio anni 310 in lucem editus fuerit; infantem enim nondum natum magi salutaverant regem. Initium autem persecutionis quadraginta annorum Sapor decreto adversus Christianos indixit, anno vitae et regni trigesimo, clades a Romanis acceptas indigne ferens, ac magorum Iudaeorumque concitamentis impulsus, qui reginae matris aegrotationem veneficiis Christianorum collectam fingebant.

Notandum erit insuper quomodo rei publicae romanae institutionem auctor exponat (Demonstr. V, 13) et successionis modum describat (*ibid.*); rursum quibus argumentis imperium reputet Romanis a Deo datum, ut Christo reservaretur, ideoque regnum eorum a Persis contendat nullo modo posse devinci (Demonst. V, 24); quomodo etiam Romanum imperium Graeco iungat (utrumque enim eo tempore Constantinus obtinuerat), et una serie reges computet qui post Alexandrum in Syria regnaverunt (Demonstr. V, 19). Alexandro enim, postquam duodecim annos regnaverat, successit in Syria Seleucus Nicanor; anno autem 69 ante Christum, Syria in provinciam romanam redacta est; anno 32 ante Christum, Ptolemaeus et Caesar regnum occupaverunt. Si vero de summa 293 annorum ab Aphraate supputata demantur hi 32, cum annis tredecim regno Alexandri tributis, numerus efficitur 248, qui primus annus est regni Philippi imperatoris. Si nunc quaeratur cur Aphraates tertii regni finem isto imperante determinet, dicendum forsan illum ex ea existimatione locutum esse quod Philippus christianus fuerit. Annos Severi seorsum dinumerat; constat enim eos qui de temporibus scripserunt de annis huius imperatoris inter se dissentire. Denique cum annorum supputationem a rege Syrio Seleuco incipit, atque per regem Aegyptium Ptolemaeum absolvit, Orientalium consuetudinem sequitur, qui, postquam, anno ante Christum 69, Syria in provinciam romanam conversa est, tempora per annos regum Aegypti dinumeraverunt, donec Romae imperatores exstiterunt.

Notatu etiam digna sunt quae de clericorum Seleuciensium condicione ante exortas persecutiones Aphraates retegit (Demonstr. XIV, *passim*. Cf. supra

p. xxvi), et de statu rerum in ecclesiis a saevo tyranno vexatis (Demonstr. xxi, 23). Accedat denique mentio ab eo prolata martyrii apostolorum Petri et Pauli, Iacobi quoque et Iohannis, ac persecutionis a Diocletiano in Occidentis partibus illatae (*ibid.*).

Sed quae de monachorum vivendi genere ex Aphraate libare potui vix mihi pepercerim remittere, cum pauca tantummodo scripta, nec fere nisi sequioris aevi, de monastico instituto in Oriente ad nos usque pervenerint.

Variis porro nominibus ab Aphraate nuncupantur, et primum ܩܕܝܫܐ sive « sancti » (Demonstr. i, 4; iii, 1; vi, 4 et saepius), quod speciali adhibetur sensu continentiae; ܝܚܝܕܝܐ (Demonstr. vi, 4 et 8; vii, 25; viii, 23), quod « solitarios » seu « anachoretas » proprie designat, verum ad coenobitas appellandos, ut apud nos « monachus », promiscue usurpatum est. Aphraates enim non solummodo solitarios alloquitur, sed monachos sub praelato viventes compellat (Demonstr. x, 9; i, 20; xii, 12). Dicuntur etiam ܐܒܝܠܐ « lugentes » seu « ascetae » (cf. Demonstr. iii, 1, c. 99, not. i, et Demonstr. ii, 19), et ܛܘܒܢܐ (Demonstr. vi, 6), ut apud Graecos μακάριοι. Sed saepius vocantur ܒܢܝ ܩܝܡܐ, quod ad litteram sonat « filii foederis », eosque significat qui se Deo ad servandam continentiam *pacto* devoverunt; quae appellatio ab armeno translatore exprimitur ուխտաւորք « devoti » [1].

Haec vero de monachorum vita ex Aphraatis libris adsequi licet. A variis cibis abstinebant (Demonstr. vi, 2 et 8); ieiunio et orationi valde erant addicti (*ibid.*); vigiliis (Demonstr. vi, 2; vii, 21), lectioni, auditioni (Demonstr. vi, 19; x, 9; xii, 12) silentioque (Demonstr. vi, 1) intenti. Corporis cultum, vela, ornamenta saecularia abdicabant (*ibid.* 8); res suas pauperibus erogabant (*ibid.* 2 et 8); curam negotiorum civilium prorsus contemnebant (*ibid.* 1); nuptias eiurabant (*ibid.* 4). Sacerdotibus iunguntur (Demonstr. xx, 14). Monasticae militiae iam ante baptismum nomen dabant (Demonstr. vii, 20).

Virgines, Aphraate auctore, Iesu Christo sunt desponsatae (Demonstr. vi, 6 et 7). Episcoporum munus est eas educare et informare (Demonstr. x, 6). De vetito ab Aphraate monialibus monachorum contubernio superius iam dixi (p. xxiv) [2].

21. Ex hisce variis doctrinae capitulis merito iudicatur Aphraates ecclesiasticis potissimum disciplinis instruendis prodesse, et hominem oblivione diu obscuratum Ecclesiae restitui debere, cuius vita licet adhuc a nobis igno-

[1] Antonelli, *Sancti Patris nostri Iacobi episcopi Nisibeni Sermones*, p. 203.

[2] Cf. Rabbulae *Canones*, *Monita ad coenobitas*, *Praecepta et monita ad sacerdotes et regulares*, apud I. Overbeck, *S. Ephraemi Syri, Rabbulae episcopi Edesseni, Balaei aliorumque opera selecta*, Oxonii, 1865, pp. 210-221.

retur, ipse tamen, librorum praedicatione, revelatur ut fidei strenuus adsertor et defensor, Scripturae interpres egregius, optimusque morum magister, qui, ad Apostoli praeceptum, non utique potuit aliter docere quam vixit.

Unde iusta exstitit doctorum hodie de Aphraate sollicitudo, postquam eius libros, nuper in codicibus Nitrianis Musaei Britannici a W. Cureton repertos, ut initio memoravi, syriace edidit W. Wright, praematura morte in orientalium litterarum desiderio correptus. Exemplar a W. Cureton ipso descriptum, cum ambobus codicibus accurate probeque iste contulerat, ut textum inde efficeret, cui varias lectiones subiecit, ex utroque codice exemptas. Librum auxit praefatione anglice scripta, Epistola Georgii syriaca, cum Chronico Eliae Barsinaei, necnon indice biblico [1]. Opus syriacum anglica versio erat subsecutura, at aliis laboribus officiisque impeditus, et tandem fato cedens, consilium non perfecit.

Syriacum auctorem vulgari lingua interpretandum primus sibi sumpsit aestimatissimus vir Gustavius Bickell, cuius egregia merita norunt biblicarum et orientalium rerum studiosi, cum in Thalhoferi collectaneis scriptis Patrum Ecclesiae, Iacobi Aphraatis, episcopi Mar Matthaei, tractatus octo (I, II, III, IV, VII, XII, XVIII, XXII), adiecto prooemio, germanico sermone reddidit [2].

Aphraatem post haec illustravit libello mole quidem exiguo, rerum autem copia perdenso, Franciscus Sasse, in quo auctoris nostri nomen scriptaque explorat, et de armeniaca translatione perdocte disserit [3].

Aphraatis etiam nomine doctoralem thesim inscripsit Iacobus Forget, in qua auctoris nostri vitam et doctrinam fuse pertractat, et plurima excerpta, immo integram Demonstrationem XXI, latine vertit [4].

Tandem in Lipsiana veterum litteraturae christianae monumentorum collectione, Dr Georgius Bert totum Aphraatis opus ex editione Wrightiana germanice reddidit, cum praefatione et notis [5].

[1] W. Wright, *The Homilies of Aphraates, the Persian Sage, edited from syriac manuscripts of the fifth and sixth centuries in the British Museum, with an english translation*, vol. I, the syriac text, London, 1869.

[2] G. Bickell, *Ausgewählte Abhandlungen des Bischofs Jakob Aphraates von Mar Matthäus,* praemissa Introductione, sive *Einleitung über Leben und Schriften des Aphraates* (Thalhofers *Bibliothek der Kirchenväter,* voll. CII, CIII), Kempten, 1874.

[3] C. I. Fr. Sasse, *Prolegomena in Aphraatis Sapientis Persae sermones homileticos,* Lipsiae, 1879.

[4] I. Forget, *De vita et scriptis Aphraatis, Sapientis Persae, Dissertatio historico-theologica, quam ad gradum doctoris s. theologiae in Universitate Lovaniensi consequendum conscripsit,* Lovanii, 1882.

[5] G. Bert, *Aphrahat's des Persischen Weisen Homilien, aus dem Syrischen übersetzt und erläutert* (Gebhardt et Harnack, *Texte und Untersuchungen,* vol. III, fasc. 3), Lipsiae, 1888.

His accedit novae huius labor editionis, mihi a R. D. R. Graffin, linguae syriacae in Instituto catholico Parisiensi lectore, commissus, a quo sua Scriptorum ecclesiasticorum collectio Syriaca initium sumeret. At priusquam operis ratio lectori reddatur, codices ipsos ad editionem parandam insumptos necesse fuit describere.

22. Aphraatis integrum opus iam novit lector inter codices Nitrianos in pluteis Musaei Britannici servari, ex quibus unus, anno 1843, cum aliis trecentis decem et tribus, Willelmi Cureton opera comparatus (Ms. Add. 14, 619)[1] hoc titulo in tegumento designatus : *Mar Iacob Persici tractatus theologici. Syriace.* Eum littera A notavimus. Constat membranis 173, seu quaternionibus 22, in forma quadrata maiori. Singulae paginae 325/250 millimetrorum mensura definitae, binis columnis descriptae sunt, in quibus linearum numerus a viginti quatuor saltem, ad quatuor supra triginta, densiori aliquando scriptura, perducitur, ut ad codicis finem potissimum videre licet (vid. tamen foll. 121 et 122). Totus liber aequabili nitidaque scriptura, ad iustam inclinationem formata, et intra rectos margines complexa exaratus, charactere antiquo quem estranghelo vocant, saeculum sextum prodit; neque aliter aetas declaratur, cum dies codici non fuerit appositus. Cuiusque Demonstrationis titulus, ultima epigraphe, littera capitalis, et signa interpunctionis rubro calamo depicta sunt. Complectitur autem Tractatus viginti tres editionis nostrae, paucis remanentibus quae desiderentur.

Altera facies folii 1 infeliciter mutila et deformis apparet, adeo ut nec iam libri titulus, neque ex Epistola Interrogatoris primae lineae reperiantur; totaque pagina est maculis foedata (vid. c. 1). Epistolam hanc Interrogatoris praeviam, ea ratione mancam, proxime subsequitur Demonstratio prima sine titulo.

Folia 2, 3, 4 leviter vitiata sunt et ad extremos angulos arrosa, unde notandum est[2] :

Fol. 2 *a* A mutilus : ܕܝ[ܢ] I 8_{10} — ܘܡܫܡܗ[ܠܐ] 8_{19} — ܕ[ܐ]ܦ[ܠ] 8_{20} — ܟܠ 8_{21} — ܠܗܘܢ ܢܚܘܐ 8_{21} — ܡܫ[ܡܗ ܕܝܢ] 8_{22} ܘܡܫ[ܡܗ ܕܝܢ] ܐܝܟ ܗܘ
Fol. 2 *b* A mutilus : [ܡܫܒܚܬܐ] I 9_{13} — [ܕܚܝܠܬܐ] 9_{14} — ܕܢܗ[ܘܐ] 9_{15} — ܘܥܡܗ[ܝ] 9_{15} — ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܐ 9_{16} — [ܡܫܒܚ]: ܕܝ[ܢ] 9_{17} [ܠܡܫܟܚܘ]ܬ ܠܗ
Fol. 3 *a* A mutilus : ܐ[ܡܪ]: I 13_{21} — [ܐܢܫ]ܝܢ 13_{22} — ܡܢ[ܕܥܐ] 13_{23} — ܒܚܬ[ܝܬܐ] 13_{23} — ܘܡܬܬܡܨܝܢ ܗܘ[ܘ] 13_{24} — [ܢܬܠ]ܡܕ[ܘܢ] 13_{24} — ܒܠܚܘ ܚܝ[ܠܐ] 13_{25}
Fol. 3 *b* A mutilus : [ܘ]ܒܠܚܘ[ܕ]ܝ I 16_{16} — [ܘ]ܗ[ܘ]ܝ 16_{17} — [ܟ]ܬܒ[ܐ] 16_{18} — ܚܝܠܐ 16_{18} — ܡܬܩܝܡ 16_{19} — ܚܝܐ 16_{19} — ܗ[ܘ]ܐ 16_{20} — [ܚܝ]ܘܬܐ[ܝܬ] 16_{20}
Fol. 4 *a* A mutilus : ܒܫܒܚ[ܐ] I 21_{2} — ܐ[ܡܪ]ܬ 21_{3}
Fol. 4 *b* A mutilus : ܗܘ I 21_{22} — [ܕܡܫ]ܡܫܢܐ 21_{22}

[1] W. Wright, *Catalogue of the syriac Manuscripts in the British Museum*, p. XIII.
[2] In hac et sequentibus tabellis litterae aut verborum partes quae in codicibus deficiunt, uncinis includuntur; quae vero ex toto desiderantur sine uncis posuimus.

Folia integra desiderantur post fol. 6 (vid. t. I, cc. 37_{3}-41_{23}), post fol. 21 (vid. t. I, cc. 145_{5}-152_{12}), post fol. 167 (vid. t. II, cc. 96_{21}-140_{16}).

Fol. 41 exteriorem columellam deperdidit (vid. t. I, cc. 277_{13}-281_{6}).

In folio 1 *b* (vid. c. 5), hae duae lineae leguntur, sursum deorsum inter columnas invenusta manu appositae, forsan ut amissus titulus expleretur : ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܬܚܘܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܓܒܪܐ ܓܡܝܪܐ ܘܡܠܦܢܐ ܕܨܠܘܬܗ ܥܡܢ ܟܕ ܒܥܐ ܡܢܗ ܬܠܡܝܕܗ ܦܘܫܩܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܟܣܝܐ ܕܒܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝܫܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܬܪܫܡܝܢ *Epistola prima Demonstrationis de Fide, Sapientis Persae, viri perfecti et doctoris, cuius nobis adsit oratio; cum ab eo rogavisset discipulus suus mysteriorum absconditorum quae in sacris libris Ecclesiae sanctae consignantur explanationem.*

Ad calcem Demonstrationis xxii, fol. 154 *b*, c. 2, purpureo calamo subscripsit amanuensis : ܫܠܡ. ܟܬܝܒܬܗܘܢ. ܐܓܪ̈ܬܐ. ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ. ܕܚܟܝܡܐ. ܦܪܣܝܐ. *Absoluta est scriptura* xxii *Epistolarum Sapientis Persae;* cui clausulae lector quidam Zachaeus nomine sequens addidit de Aphraatis existimatione testimonium, nigris litteris scriptum : ܗܢܐ ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܓܒܪܐ ܓܡܝܪܐ ܗܘܐ ܘܡܠܘ̈ܗܝ ܘܡܠܦܢܘܬܗ ܗܢܝܢ ܡܣܗ̈ܕܢ ܥܠܘܗܝ. ܕܨܠܘܬܗ ܥܡܢ. ܐܡܝܢ. ܙܟܝ ܚܛܝܐ. *Hic Sapiens Persa vir perfectus fuit; eius verba et doctrinae testimonium de ipso reddunt. Cuius oratio nobis adsit. Amen. Zachaeus peccator.*

Idem clausulae Demonstrationis xxiii *de Acino* (fol. 173 *b*) haec verba subiecit : ܕܚܟܝܡܐ ܪܒܐ ܦܪܣܝܐ *Magni Sapientis Persae.* Ac tandem in colophone (*ibid.*), post finalem doxologiam, hoc auctorem ornat elogio, de quo supra (pp. xii et xxiii) mentionem feci : ܗܢܐ ܦܪܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܐܠܗܝܐ ܗܘܐ ܘܓܡܝܪܐ ܘܟܬܒ̈ܐ ܣܓܝܐܐ ܣܡ ܒܥܕܬܐ. ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ ܀ ܕܝܠܗ ܐܓܪܬܐ ܗܕܐ ܕܫܕܪ ܠܘܬ ܚܕ ܐܒܐ ܀ *Hic Sapiens Persa divinus et perfectus, libros multos in Ecclesia composuit. Nobis adsit eius oratio. Ipsius est haec Epistola, quam ad Abbatem quemdam misit.* Legitur etiam in superiore margine folii 15 *a* haec scriptura sursum deorsum versa : ܟܬܒܐ ܕܡܪܬܝܢܘܬܐ *Liber exhortatorius;* de quo nomine quae superius dicta sunt recole (p. xxii).

De scripturae autem indole, seu ὀρθογραφία in hoc manuscripto insumpta, ne in eadem redeamus, simul dicemus post descriptionem codicis B-*B*.

Codex ille B-*B* ad seriem pertinet quatuor post annos Londinum ex Aegypto advectam [1], et duos reapse complectitur libros, quorum uterque partem continet operum Aphraatis, posteriore priorem explente. Ambo simul compaginati fuere, unumque volumen efficiunt numerum gerens in Museo Britannico addititium 17,182.

Pars prior huius voluminis, littera B signata, decem Demonstrationes exhibet, quibus constat « liber primus » operum Aphraatis (fol. 1-99), et decimam Demonstrationem excipit finalis epigraphe cum doxologia : ܫܠܡ. ܟܬܒܐ. ܩܕܡܝܐ. ܗܢܝܢ ܐܓܪ̈ܬܐ. ܥܣܪ. ܕܚܟܝܡܐ. ܦܪܣܝܐ. ܕܗܘܝܢ. ܟܬܒܐ. ܚܕ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ. ܘܠܒܪܐ. ܘܠܪܘܚܐ. ܕܩܘܕܫܐ. ܠܥܠܡ. ܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ

[1] W. Wright, *Catalogue of the syriac Manuscripts in the British Museum*, p. xv.

Absoluta est scriptura Epistolarum priorum Sapientis Persae, quae sunt decem numero. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in saecula saeculorum. Amen.

Nobili vetustatis iure superbit ille codex, cum annum 785 Graecorum, post Christum 474, inscriptum praeferat, atque sic inter antiquiores codices syriacos quarto gradu numeretur [1]. Antiquum illud insigneque exemplar membranaceum, nonnihil minore quam superior codex demensum modulo (260/210 mm.), 99 folia comprehendit, bifariam divisa, et 23 aut 26 lineis exarata. Liber iisdem estrangelicis characteribus depictus est. Litterarum autem medioeris acclivitas et liber manus ductus, linearum intervallum, inflectio et elevatio sinistram versus, marginum etiam limes obliquus aliquando, et totius scripturae conformatio nativam prodit elegantiam, a nimio aequalitatis studio alienam [1]. Inde evenit ut, quod in vetustioribus codicibus saepe animadvertere licet, elementorum discrimen inter ܕ et ܪ non fuerit semper servatum, signa diacritica omissa [2].

Vide omisso puncto diacritico ܕ :

[illegible] B I 36_{24} — [illegible] B 125_{24} — [illegible] B 245_{3} — [illegible] B 264_{23} — [illegible] B 277_{16} 345_{20} — [illegible] B 140_{22} 284_{22} 309_{7} 320_{23} 348_{24} — [illegible] B 289_{22} 329_{7} — [illegible] B 292_{21} 312_{19} — [illegible] B 292_{24} — [illegible] B 296_{13} — [illegible] B 297_{12} 309_{24} 341_{26} — [illegible] B 304_{22} — [illegible] B 309_{1} — [illegible] B 309_{16} — [illegible] B 309_{20} 312_{10} — [illegible] B 328_{15} — [illegible] B 345_{3} etc.

et omisso puncto diacritico ܪ :

[illegible] B I 33_{21} — [illegible] B 153_{22} — [illegible] B 176_{18} — [illegible] B 217_{8} — [illegible] B 220_{11} — [illegible] B 228_{9} — [illegible] B 268_{13} — [illegible] B 273_{27} — [illegible] B 297_{10} 308_{20} — [illegible] B 297_{22} — [illegible] B 300_{13} — [illegible] B 320_{13} — [illegible] B 324_{14} — A [illegible] 323_{8} — [illegible] 331_{20} — [illegible] B 340_{26} — [illegible] B 341_{12} — [illegible] B 344_{16} — [illegible] B 349_{1} etc.

Nonnulla folia vitiata sunt :

Fol. 1, totius libri veluti integumentum, rudia quaedam praefert lineamenta, cum uncialibus graecis, et syriacis notis quae ad textum non pertinent.

Fol. 2, incipit cum ultimis verbis Epistolae Interrogatoris (vid. c. 4, l. 15). Primae Demonstrationis titulus etiam desideratur (vid. c. 5).

Pro fol. 7, iamdiu deperdito, aliud, saeculo nono subiectum est, ut e litteris erectis ac rigidiori et crassiori calamo delineatis, disparili pergamena, atramentove, maxime in aversa pagina, pallescente iudicatur. (Vid. c. 25, l. 21 — c. 32, l. 5); praeterea mendis aut omissis nonnullis, insolitaque punctorum appositione squalet hoc folium additivum; quae omnia recognita ita sub oculis lectoris subiicimus :

[illegible] I 25_{22} — [illegible] 27_{3} — [illegible] 27_{12} — [illegible] 28_{16} — [illegible] 28_{23} — [illegible] 28_{24} — [illegible] 29_{9} — [illegible] 29_{10} — [illegible] 29_{11} — [illegible] 29_{14} — [illegible] 29_{16} — [illegible] 29_{22} — [illegible] 29_{24} — [illegible] 29_{25} — [illegible] 29_{25} — [illegible] 29_{26} — [illegible] 32_{1} — [illegible] 32_{4} — insuper [illegible] 29_{9} omisso puncto diacritico litterae ܪ.

[1] Primum ordinem tenet codex Musaei Britannici Add. 12,150 (continens Clementis Recognitiones, Sermones Titi Bostrensis et Historiam Eusebii), Edessae scriptus anno aerae nostrae 411, emptus anno 1839 a Londinensibus. Proximus est alius, forsan et Edessenus, Historiae Eusebii, anno 462 indictus, Imperatoris Russorum bibliotheca, anno 1852 gravi aere comparatus. Tertius ponitur Pentateuchus syriacus Amidensis, anni 464, Musaei Britannici Add. 14,425; quartus tandem iste codex Aphraatis, Edessae etiam, decem post annos, scriptus. Cf. W. Wright, *Catalogue of the Syriac Manuscripts in the British Museum*, p. 1236.

[2] Cf. Land, *Anecdota syriaca*, I, p. 65.

Fol. 8, leviter lacerum et foedatum, unde B mutilus : [illegible] I 32_5 — [illegible] 32_6 — [illegible] 32_7 — [illegible] 32_7 — [illegible] 32_8 — [illegible] 32_8 — [illegible] 32_9

Fol. 40, ad interiorem marginem leviter recisum, cf. cc. 172_{20}-176_{20}, unde B mutilus : [illegible] I 173_7 — [illegible] 173_{13} — [illegible] 173_{23}

Fol. 41, amissum (vid. t. I, cc. 176_{20}-c. 177_6 et cc. 177_{13}-c. 180_{20}) praeter misellum fragmentum, vid. quae supersunt cc. 177_6-177_{13} et cc. 180_{20}-181_2 in his autem B mutilus : [illegible] I 177_7 — [illegible] 177_7 — [illegible] 177_8 — [illegible] 177_8 — [illegible] 177_9 — [illegible] 177_9 in [illegible] 177_{10} — [illegible] 177_{11} — [illegible] 177_{11} — [illegible] 177_{12} — [illegible] 177_{12} — [illegible] 177_{13} — [illegible] 177_{13}

Fol. 42, ad oram exteriorem amputatum, unde B mutilus : [illegible] I 180_{20} — [illegible] 180_{20} — [illegible] 180_{21} — [illegible] 180_{21} — [illegible] 180_{21} — [illegible] 180_{24} — [illegible] 180_{25} — [illegible] 180_{25} — [illegible] 180_{27} — [illegible] 181_1 — [illegible] 181_2 — [illegible] 181_2 — [illegible] 181_{16} — [illegible] 181_{17} — [illegible] 181_{17} — [illegible] 181_{18} — [illegible] 181_{18} — [illegible] 181_{19} — [illegible] 181_{19} — [illegible] 181_{20} — [illegible] 181_{21} — [illegible] 181_{21} — [illegible] 181_{22} — [illegible] 181_{22} — [illegible] 181_{23} — [illegible] 184_1 — [illegible] 184_1 — [illegible] 184_2 — [illegible] 184_3 — [illegible] 184_3 — [illegible] 184_4 — [illegible] 184_4 — [illegible] 184_5 — [illegible] 184_5 — [illegible] 184_6 — [illegible] 184_7 — [illegible] 184_7 — [illegible] 184_8 — [illegible] 184_9 — [illegible] 184_9 — [illegible] 184_{10} — [illegible] 184_{10} — [illegible] 184_{11} — [illegible] 184_{11} — [illegible] 184_{12} — [illegible] 184_{12} — [illegible] 184_{13} — [illegible] 184_{13} — [illegible] 184_{14} — [illegible] 184_{14} — [illegible] 184_{15} — [illegible] 184_{15} — [illegible] 184_{16} — [illegible] 184_{17} — [illegible] 184_{17} — [illegible] 185_1 — [illegible] 185_2 — [illegible] 185_3

Post fol. 42 desunt duo folia, vid. cc. 185_{20}-196_7; et post fol. 43 nova lacuna trium foliorum succedit, vid. cc. 200_{12}-212_{22}; folium integrum deest pariter post fol. 51, vid. cc. 245_{25}-252_8; aliud post fol. 73, vid. cc. 349_{14}-353_{14}

Cum litterae tum signa numerica singulis octonis apposita, partim conspicua remanserunt v. gr. : [illegible] fol. 16 *a*, [illegible] fol. 24, *a* etc. Tituli, initiales litterae (praeterquam in Demonstratione VIII) coronides, puncta distinctionum rubro stilo consignata sunt. Cuique tandem Demonstrationi numerum arabice, antiqua scriptura, id est punctis diacriticis expedita, posterior manus adiecit. Iisdem litteris, folio 59 *b*, in margine superiori inscriptum reperitur : رحم الله من قرى وغبر (lege) وغفر لمن كتب *Deus misereatur legentis, et veniam indulgeat scriptori;* et fol. 21 *b* ad sinistram oram syriace : [illegible] *Doctoris huius vera est doctrina.*

Folium 99 *b* sequentem exhibet a tergo coronidem, leviori, seu, ut aiunt, cursivo charactere effictam, qua codicis aetas, locus scriptionis aliaque declarantur. Quae W. Wright ante viginti hos annos restituit, hodie vero oblitterata sunt, uncinis inclusi : [illegible] *Hunc librum emit electus Dei Mar Menim, presbyter ecclesiae vici Harishtae* (forsan حرستا, prope Damascum) *ex... sancti...* (nomina rasura e codice exciderunt) *ad oblectationem et lectionem omnium carorum suorum, in diebus excellentissimi et Christo devoti Mar Timothei, episcopi, et Mar Monimi, periodeutae; ut Christus, omnium sanctorum suorum orationibus, misericordem se exhibeat in habitationem et facultates eius, et in saeculo venturo peccatorum ei tribuat remissionem in perpetuum. Amen. Liber autem iste absolutus est mense Elul anni septingentesimi octogesimi quinti* (septembri 474) *in urbe Edessa Mesopota-*

miae. Ibidem lineae tres in tranversa dispositae nomen tradebant serioris possessoris : + ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܡܪ..... ܟܠ ܕܩܪܐ ܒܗ ܢܨܠܐ ܥܠܘܗܝ. ܫܘ *Hic liber est Iesu filii Mar...* (nomen consulto rursus erasum). *Quicumque legerit, pro illo oret. Gloria.*

Tandem post epigraphen et doxologiam modo relatam, in priore eiusdem folii pagina (fol. 99 *a*), Moyses Nisibenus, Abbas monasterii sanctae Mariae Deiparae, qui saeculo decimo bibliothecae Scetensi amplissima attulit incrementa, sequenti nota, minoribus litteris scripta ius dominii testabatur : ܐܢܐ ܡܘܫܐ ܚܛܝܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܣܘܪܝܝܐ ܕܒܛܘܪ ܫܝܗܬ ܙܒܢܬ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܪܝܫܥܝܢܐ ܠܚܫܚܬܐ ܕܕܝܪܐ. ܕܐܠܗܐ ܢܚܘܣ ܥܠܘܗܝ ܘܥܠ ܟܠ ܕܐܫܬܘܬܦ ܥܡܗ. ܘܠܐ ܫܠܝܛ ܠܐܢܫ ܕܢܦܩܝܘܗܝ ܡܢ ܕܝܪܐ ܘܠܐ ܕܢܥܛܐ ܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܘܟܠ ܕܡܡܪܚ ܚܪܡܐ ܢܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܥܕܡܐ ܕܢܗܦܘܟ ܠܗ. *Moyses peccator, Abbas Syrorum, in deserto Scetensi, librum hunc emit Resainae in monasterii usum, ut Deus sibi et omnibus qui cum ipso habent societatem sit propitius. Nec cuiquam liceat librum e monasterio efferre, vel hoc monitum delere. Quod si quis praesumpserit, anathema erit super eum, donec rem restituerit.*

Posterior pars voluminis (*B*), triginta et octo post annos exarata, priorem continuat, nisi quod Demonstrationes undecima et duodecima integrae, cum tertiae decimae parte deficiunt (vid. c. 468, l. 1-c. 552, l. 12.) Septuaginta sex folia membranea comprehendit (100-175), iisdem ferme mensuris aptata (245/205 mm.), cum iactura indicii numerici quaternionum. Elementa lucidiore forsan, non vero adeo eleganti et gracili tractu agnoscuntur depicta. Binae columnae, angustiore marginum spatio definitae, triginta quadragintave lineas complectuntur, vocibus confertas et in rectum deductas.

Tituli cum initialibus litteris, ultimis tractatuum clausulis maioribusque distinctionibus purpura, interpunctiones vero nigro calamo sunt exaratae.

Desunt ab initio octo folia, aliudque post fol. 105 *b*. Ultima codicis folia (foll. 173, 174) ad oras leviter attrita fuere, unde :

B mutilus : ܡܥܡܪܢܘ[ܬܐ II 141_{18} — ܐ]ܬܡܨܝ 144_{15} — ܘܐ]ܬܡܨܝ 144_{16} — ܘ]ܡܨܡܘ 144_{17} — ܕ]ܒܪܬ]ܗ 148_{12} — ܠܗܘ 148_{15} — ܡܫܡܫܢ 148_{18} — ܘܐܙܕܗܪ 148_{19} — ܐܬܝܪ 148_{20}

Fol. 116 *b* quatuor exhibet voces ܨܘܡܐ. ܨܠܘܬܐ. ܨܠܡܐ. ܨܠܝܒܐ *Ieiunium, Oratio, Imago, Crux,* in crucis figuram dispositas, ita ut uni litterae tanquam cardini singulae voces incumbant, videlicet :

ܨܘܡܐ

ܨܠܘܬܐ ܨܠܡܐ

ܨܠܝܒܐ

Praeterea folium 129 *a* in eamdem similitudinem figuratum habet nomen ܕܢܝܐܝܠ *Daniel.*

Folio 174 *a*, medio spatio inter columellas, nomen inscripsit *Abrahamus* quidam *Bar Nonnus* ܐܒܪܗܡ ܒܪ ܢܘܢܘܣ. Ad colophonem in eadem pagina legitur haec subscripitio finalis : ܫܠܡ ܬܚܘܝܬܐ. ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܐܫܬܠܡ ܒܫܢܬ..... ܒ ܕܝܘܢܝܐ ܒܝܘܡܝ ܡܪܝ ܡܘܫܐ. ܦܛܪܝܪܟܐ. ܕܐܢܛܝ.

ܫܠܡܬ ܒܥܘܕܪܢ ܘܐܓܪܬܗ ܕܥܠ ܟܠ ܚܕ ܚܕ. ܘܚܕܐ ܕܥܠ ܥܢܒܬܐ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ. ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ

Absoluta est in hoc libro descriptio omnium Epistolarum sancti Iacobi, Sapientis Persae, quae numero sunt viginti duae secundum alphabetum, et una de Acino. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in saecula saeculorum. Amen. Librarius nomen *sancti Iacobi*, errato bis scriptum, rasura exemit, ita tamen ut saltem ultima littera adhuc appareat.

Insignior autem est finalis epigraphe eidem folio 174 *b* a tergo apposita, currente calamo, et mixto vel cursivo charactere depicta, qua amanuensis annum scriptionis, libri emptorem coenobiique nomen prodiderat, quae quidem nomina ex proposito deleta sunt, ita ut legi nequeant amplius. Totius paginae descriptionem accipe :

ܕܘܟܪܢܐ ܛܒܐ ܘܫܘܡܐ ܒ
ܢܗܘܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܡܫܒܚܐ
ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܗܘܐ ܠܒܪܢܫܐ
ܘܚܣܝܐ ܗܢܐ ....
....
...... ܘܥܒܕ ....
ܘܐܬܚܦܛ ܘܟܢܫ ܠܗ ܣܝܡܬܐ
ܗܕܐ ܡܝܬܪܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ
ܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܘܐܥܠܗ
ܘܩܪܒܗ ܠܕܘܟܬܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܒܝܬ ܣܒ... ܕܝܪܐ ܒܝܬ ܡܪܝ
.... ܕܐܝܬܘܗ ܒܩܪܝܬܐ
....
....
....
....
....
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܢܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ
ܘܢܕܪ ܩܘܪܒܢܘܗܝ ܢܪܥܐ ܐܝܟ
ܕܗܒܝܠ ܩܕܝܫܐ ܘܐܝܟ ܕܟܠܗܘܢ
ܐܒܗܬܐ ܕܫܦܪܘ ܩܕܡܘܗܝ
ܒܕܘܒܪܝܗܘܢ ܫܦܝܪܐ ܘܒܥܒܕܝܗܘܢ
ܓܡܝܪܐ. ܘܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܢܣܓܐ
ܘܢܬܪܒܐ ܩܢܝܢܗ ܒܐܥܦܐ
ܘܢܥܬܪ ܘܒܥܒܕܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ
.... ܕ ܢܩܪܐ
.... ܘܥܢܝܗ
.... ܐ...ܬܐ
.... ܡܫܡܫܢܐ

ܒܗ ܐܠܦ ܕܝܣܢ ....
ܘܫܡܥܘܗܝ ܡܢ ܦܘܡܗ ܡܠܟܐ
ܕܐܡܪ ܕܐܬܐ ܒܪܥܘܬܗ ܕܐܝܟ
ܗܢܐ ܡܫܟܚܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܒܗ
ܐܠܦ ܕܥܒܕܘ ܩܕܡܘ ܠܟܠܗ
ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ.
ܟܬܒ ܒܝܕܗ ܐܡܝܢܐ
ܘܚܛܝܐ ܘܠܐ ܒܪܝܫܐ
ܕܝܢ ܟܠܗ ܐܡܝܢ.

Sit memoria bona et fama iucunda coram Deo laudabili, qui Trinitas est, nobili et pio...... et fecit...... et diligenter congessit sibi praestantissimum hunc thesaurum [librorum] Mar Iacobi, Sapientis Persae, eumque dedit obtulitque loco sancto domus S.b.. monasterii sancti...... quod est in pago......

Iesu Christo accepta sit eius oblatio et gratum votum, sicut [oblationes] sancti Abel et omnium patriarcharum, qui moribus suis bonis, perfectisque operibus illi placuerunt; et in saeculo hoc eius substantia crescat, et duplicato augeatur, et abundet, et operibus iustitiae. . . . . vocantem

. . . . *dexteram suam*
. . . . *venire*
. . . . *prudentes* [?]
cum iis qui peregerunt [?]... *ut audiant sermonem Salvatoris dicentis : Veni, benedicte Patris mei; posside regnum caelorum cum iis qui placuerunt mihi, in saecula saeculorum. Amen.*

Scriptum anno octingentesimo vigesimo tertio Graecorum, mense Canun posteriori (ianuario anni 510 post Christum).

De ultimo tandem folio 175, in tegumentum, ut videtur, adhibito, exigua superest particula (110/55 mm.) scissa, oleoque prius oblita, in qua haec latina leguntur uncialibus sexti saltem saeculi characteribus :

ESCA ET CORPUS
QUAM VESTIME
CONSI

quae ad Evangelium Lucae (XII, 23, 24) pertinent. Et aversa charta, iisdem, magis tamen conspicuis aliquanto litteris :

QUIA CONPLACU
IT PATRI VESTRO
DARE

(*ibid.*, XII, 32). Cetera in membranae scissura non apparent.

Pro Demonstratione XXIII tertium adhibuimus codicem in eodem Museo Britannico, hac nota : *Ms. Orient.* 1017 signatum[1]. Eum littera C notavimus[2].

Anno Graecorum 1675, post Christum 1364, indictus, selecta opera Barhebraei in priori parte complectitur; in altera vero opus quodquam chronographicum, exordium sumens a Chronico Aphraatis, quod in prima parte Demonstrationis XXIII continentur[3]. Haec vero quae ita e Demonstratione XXIII Aphraatis desumpta sunt includuntur a fol. 159 *a* huius codicis ad fol. 170 *a* (Vid. *Patr. Syr.* p. I, t. II, cc. 1-93), praemisso titulo ; ܥܡ ܐܠܗܐ ܡܫܪܝܢܢ ܐܟܘܠܝܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܕܫܢܝܐ ܕܐܦܪܗܛ ܗ̄ ܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢܐ ܕܡܢ ܐܕܡ ܘܠܗܠ ܩܕܡ : ܡܟܬܒܢܐ ܚܟܝܡܐ ܘܚܕ ܡܢ ܠܡܠܦܢܐ ܀ *Auxiliante Deo,*

[1] W. Wright, *Catalogue of the syriac Manuscripts in the British Museum,* p. 896.

[2] Horum codicum specimina lector infra reperiet, scilicet Cod. A, Ms. Add. 14, 619, fol. 24 *b*, c. 1, ll. 1-5 (vid. t. I, c. 168, ll. 10-13), Cod. B, Ms. Add. 17, 182, fol. 59 *b*, c. 1; ll. 4-9 (vid. t. I, c. 284, l. 26; c. 285, l. 3), Cod. *B*, Ms. 17, 182, fol. 116 *b*, c. 1, ll. 8-12 (vid. t. I, c. 708, ll. 13-17), Cod. C, Ms. Orient. 1017, fol. 159 *a*, ll. ult. (vid. t. II, c. 1, ll. 1-4).

[3] Cf. Rosen et Forshal, *Catalogus manuscriptorum orientalium qui in Museo Britannico asservantur*, Pars I, Londini, 1838, p. 86.

scribimus Demonstrationem de Acino, Sapientis Aphraatis, seu Iacobi, episcopi sancti Matthaei. Eius oratio nobiscum sit. Christus corroboret atque ad perficiendum adiuvet.

Liber iste chartaceus, minoris formae (210/155 mm.), octo super ducenta folia continet, et litteris iacobiticis scriptus est minutioribus ac stipatis, angusto margine contractis, et duplici columna ordinatis. At folia 159-161 integra, et folii 162 priorem paginulam unico linearum tractu librarius exaravit. Titulum rubrica de more pinxit, textum autem, puncta diacritica, distinctiones nigro charactere, ad folium 166 usque. Inde a folio 167, interpunctiones, numero maiores, colore rubro pinguntur.

Notula marginalis titulo apposita, fol. 159 *a* : ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܡܐܡܪܐ ܕܥܢܝܢܐ ܕܕܝܠܩܛܝܩܐ (lege ܕܕܝܐܠܘܓܘ) Iacobo Aphraati librum adscribit *Dialogorum*, opus alterius Iacobi, seu Severi Bar Shakho, in coenobio Matthaeano monachi, ac postea ibidem episcopi [1].

Etsi rationem scribendi hic codex **C** nonnunquam mutavit, in lectionum varietatibus propius accedit ad codicem **A**, ut cuicumque legenti patebit. In his vero quae ad ὀρθογραφίαν spectant haec insuper notanda sunt.

Nomina numeralia compendio litterarum saepius exprimit; nomen « Israel » ubique scribit cum recentioribus ܐܝܣܪܐܝܠ; nos vero, secundum antiquiores codices **A** et **B**-*B* ܐܝܣܪܝܠ, omisso ܐ.

Scribit deinde :·

ܕܐܬܐܡܣ II 33_{8} 33_{10} 33_{13} 33_{15} 33_{17} 85_{6}
ܡܘܫܠܡܘܬܐ II 48_{10}
ܐܡܪ: ܐܢܐ II 21_{25}
ܡܨܐ ܐܢܐ II 21_{16}
ܣܓܝ ܣܓܝ II 32_{16}
ܐܪ̈ܥܐ II 73_{7} 73_{9} 73_{11} 77_{24}
ܐܪ̈ܥܝ II 45_{8} 45_{15} 49_{4} 49_{6} 56_{1} 57_{8} 60_{7} 77_{10} 77_{11} 77_{15} 77_{16} 77_{22} 80_{5}
ܐܪ̈ܥܬܐ II 66_{7} 77_{8} 77_{15} 77_{16} 77_{22} 89_{20} 92_{11}
ܡܟܬ̈ܒܝ II 25_{17}
ܡܐܢ̈ܝ II 25_{17} 41_{15} 69_{10} 72_{2} 80_{3} 80_{4} 80_{9} 80_{10} 80_{16} 81_{8} 85_{1}

Omissis autem punctis ܡܬ̈ܒܐ quibus numerus pluralis indicatur, scribit :

ܗܘܘ II 84_{18} 84_{22} 84_{26} 85_{10} 85_{13} 89_{10}
ܡܫܪܝ II 28_{17}
ܡܫܡܫܝ II 28_{18}
ܡܣܬܦܩܝ II 28_{18}
ܡܫܬܘܕܝ II 28_{18}
ܡܫܬܘܝ II 28_{17}

Haec sunt vero de scripturae indole seu ὀρθογραφία in codicibus **A** et **B**-*B* notanda sunt :

[1] W. Wright, art. *Syriac Literature* (*Encyclopaedia Britannica*, Edinburgh, 1887, vol. XXII, pp. 852 seqq.).

In primis codices **A** et **B**-*B* habent, nulla, ut videtur, lege aut ratione, et quasi amanuensium arbitrio :

16. Animal primum leoni simile dixit, alasque habens aquilae. Primum illud animal est regnum Babylonis, quod leoni simile est. Sic etenim scripsit Ieremias et ait : *Ovis errabunda Israel : leones eam errare fecerunt. Primus devoravit eam rex Assur, et iste novissimus hunc superavit, Nabuchodonosor rex Babylonis*[6]. Leonem ergo eum Ieremias appellavit. Dicitur deinde : *Alas habebat aquilae*[7]. Ita enim est scriptum : Quando Nabuchodonosor in desertum cum bestiis exiit, *crines eius in similitudinem aquilae creverunt*[8]. Dicitur etim : *Vidi quod alae eius evulsae*

AB] 1 A ܘܥܠ ܪܓܠܘܗܝ ܐܝܟ ܐܢܫܐ — 7 A ܘܐܪܒܥܝܬܐ. — 11 A ܗܘ [ܗܘܐ. — 20 A ܐܚܪܝܐ. — *Ib.* B ܚܒܠ. — 22 A ܘܐܡܪ. — *Ib.* A ܠܗ.

[1] Dan. VII, 4. — [2] *Ib.* VII, 5. — [3] *Ib.* VII, 4-6. — [4] *Ib.* VII, 7. — [5] *Ib.* VII, 4. — [6] Ier. L, 17. — [7] Dan. VII, 4. — [8] *Ib.* IV, 30.

sunt, et super pedes quasi homo stetit, et cor hominis datum est ei[1]. Prius, videlicet in visione statuae, adsimilatus est auro, ex omnibus quae in mundo tractantur excellentissimo. Nunc, in visione animalium, cum leone componitur, omnium animalium fortitudine sua praestantissimo. Aquilae tandem aequiparatur, praecipuae inter omnes volucres. Quaecumque autem de eo sunt scripta, in eo adimpleta sunt. Dixit enim de eo Dominus : *Ego posui iugum ferreum super collum cunctarum gentium, ut serviant regi Babylonis annos septuaginta. Bestias quoque agri et volucres caeli ipsi dedi, ut ei serviant*[2]. Porro quando rex in similitudine erat capitis aurei, homines ei prout regi serviebant; quando vero in desertum exiit, servierunt ei bestiae tanquam leoni; cumque facti sunt pili eius tanquam aquilae, volucres caeli ei velut aquilae servierunt. Quando enim cor suum extulit, neque agnovit potestatem sibi de caelo datam fuisse, iugum ferreum a collo hominum confractum est, et ipse cum bestiis abiit, et pro corde regis datum est ei cor leonis; cumque super bestias se extolleret, sublatum est ab eo cor leonis, datumque ei est cor volucris; et cum alae tanquam aquilae increvissent ei, super volucres se

ܐܝܟ ܐܢܫܐ ܩܡܬ ܘܠܒܐ ܕܐܢܫܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗ. ܠܩܕܡܝܢ ܓܝܪ ܒܚܙܘܐ ܕܨܠܡܐ ܐܬܕܡܝ ܒܕܗܒܐ ܕܡܝܬܪ܆ ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܡܫܬܩܠ ܒܥܠܡܐ܇ ܘܒܚܙܘܐ ܕܚܝܘܬܐ ܐܬܕܡܝ ܒܐܪܝܐ ܕܡܝܬܪ܆ ܒܬܘܩܦܗ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܚܝܘܬܐ܇ ܘܐܬܕܡܝ ܬܘܒ ܒܢܫܪܐ ܕܡܝܬܪ ܡܢ ܟܠܗ ܦܪܚܬܐ. ܡܕܡ ܕܟܬܝܒ ܒܗ ܐܫܬܠܡ ܒܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܒܗ ܡܪܝܐ܇ ܕܐܢܐ ܗܘ ܣܡܬܗ ܢܝܪܐ ܕܦܪܙܠܐ ܥܠ ܨܘܪܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ܇ ܘܢܦܠܚܘܢ ܠܡܠܟܐ ܕܒܒܠ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܐܦ ܚܝܘܬܐ ܕܒܪܐ ܘܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܝܗܒܬ ܠܗ ܠܡܫܡܫܘܬܗ. ܟܕ ܗܘܐ ܓܝܪ ܡܠܟܐ ܒܕܡܘܬܐ ܕܪܫܐ ܕܕܗܒܐ ܦܠܚܘܗܝ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܐܝܟ ܕܠܡܠܟܐ܇ ܘܟܕ ܢܦܩ ܠܡܕܒܪܐ ܦܠܚܘܗܝ ܚܝܘܬܐ ܐܝܟ ܕܠܐܪܝܐ܇ ܘܟܕ ܗܘܐ ܣܥܪܗ ܐܝܟ ܕܢܫܪܐ ܦܠܚܘܗ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܐܝܟ ܕܠܢܫܪܐ. ܘܟܕ ܐܬܪܝܡ ܠܒܗ ܘܠܐ ܐܫܬܘܕܥ ܕܫܘܠܛܢܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܗܘ ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܐܬܬܒܪ ܠܗ ܢܝܪܐ ܕܦܪܙܠܐ ܡܢ ܨܘܪܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܢܦܩ ܥܡ ܚܝܘܬܐ ܘܚܠܦ ܠܒܐ ܕܡܠܟܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܠܒܐ ܕܐܪܝܐ܇ ܘܟܕ ܐܬܥܠܝ ܥܠ ܚܝܘܬܐ ܐܫܬܩܠ ܡܢܗ ܠܒܐ ܕܐܪܝܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܠܒܐ ܕܦܪܚܬܐ܇ ܘܟܕ ܪܒܘ ܠܗ ܓܦܐ

AB] — 7 A ܕܐܬܕܡܝ. — 16 B ܚܝܘܬܐ. — 20 A om. ܠܗ ܐܬܝܗܒ. — 22 A add. ܠܗ ܘܢܦܩ. — 24 A ܚܝܘܬܐ.

[1] Dan. VII, 4. — [2] Ier. XXVIII, 14; XXV, 11.

ܐܝܟ ܕܢܫܪܐ ܐܬܥܩܪ ܠܗ ܟܠ ܦܪܚܬܐ ܘܗܝܕܝܢ ܐܬܥܩܪܘ ܠܗܘܢ ܐܦ ܓܦܘܗܝ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܠܒܐ ܡܟܝܟܐ: ܘܟܕ ܝܕܥ ܕܫܠܝܛ ܗܘ ܡܪܝܡܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܘܠܡܢ ܕܨܒܐ ܢܬܠܝܗ. ܗܝܕܝܢ ܫܒܚ ܐܝܟ ܒܪ ܐܢܫܐ܀

ܚܝܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܐܡܪ ܕܠܕܒܐ ܕܡܝܐ ܗܘܬ ܘܥܠ ܚܕ ܣܛܪ ܩܝܡܐ: ܡܛܠ ܕܟܕ ܩܡܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܕܝ ܘܦܪܣ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܩܡܬ. ܘܬܠܬ ܐܥܠܥܝܢ ܒܦܘܡܗ: ܡܛܠ ܕܡܕܒܪ ܗܘܐ ܕܟܪܐ ܠܡܥܪܒܐ ܘܠܓܪܒܝܐ ܘܠܬܝܡܢܐ ܠܬܠܬ ܪܘܚܝ ܫܡܝܐ: ܘܢܓܚ ܒܩܪܢܗ ܠܬܠܬ ܪܘܚܐ ܐܚܝܕ ܗܘܐ. ܘܡܕܒܪ ܒܕܡܘܬܐ ܕܬܠܬ ܐܥܠܥܝܢ ܕܒܦܘܡܗ ܕܕܒܐ ܥܕܡܐ ܕܢܦܩ ܨܦܝܪܐ ܡܢ ܡܥܪܒܐ ܘܡܚܝܗ ܠܕܟܪܐ ܘܐܥܒܪ ܐܥܠܥܐ ܕܒܦܘܡܗ܀

ܘܚܝܘܬܐ ܕܬܠܬ ܐܡܪ ܕܠܕܡܝܐ ܠܢܡܪܐ ܘܐܝܬ ܠܗ ܓܦܐ ܐܪܒܥܐ ܕܦܪܚܬܐ ܥܠ ܓܒܘܗܝ ܘܐܪܒܥܐ ܪ̈ܫܝܢ ܐܝܬ ܠܗ ܠܚܝܘܬܐ ܗܝ. ܚܝܘܬܐ ܕܝܢ ܕܬܠܬ ܐܝܬܝܗ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܡܩܕܘܢܝܐ: ܐܠܝܨ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܢܡܪܐ. ܘܐܪܒܥܐ ܓܦܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܪ̈ܫܝܢ ܕܐܝܬ ܠܚܝܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܝܗܒ ܡܠܟܘܬܐ ܠܐܪܒܥܐ ܐܦܛܪܘܦܘܗܝ ܕܢܕܒܪܘܢ ܒܬܪܗ. ܟܕ ܐܬܐ ܘܩܛܠܗ ܠܕܪܝܘܫ ܘܐܡܠܟ ܚܠܦܘܗܝ܀

exaltavit; tunc avulsae sunt etiam eius alae, et datum est ei cor abiectum. Sed quando cognovit dominationem in regnum hominis Altissimum tenere, eamque committere cui voluerit, tunc prout homo laudem reddidit.

17. De secunda autem bestia ait : *Similis erat ursi, et ab una parte stabat*[1]. Quando enim Mediae et Persidis regnum esurrexit, ab oriente stabat. *Et tres costae in ore eius*[2]. Aries versus occidentem et septentrionem et meridiem, tres caeli spiritus, cornu petebat; hosce tres spiritus continebat et feriebat, qui in similitudinem sunt trium illarum costarum quas in ore suo ursus habebat, donec ab occidente egressus est hircus, qui arietem percussit, costasque ex eius ore abstulit.

18. De tertia bestia dixit similem eam esse pardi; quatuor alae volucris erant super latera eius, et bestia illa capita quatuor habebat. Bestia tertia est Alexander Macedo; fortis namque erat ut pardus. Alas quatuor et capita quatuor habet bestia; quia regnum quatuor necessariis suis ille dedit, qui post se gubernarent. Quando advenit, Darium interfecit, atque eius loco regnavit.

AB] — 1 A super volucres] *cor eius sicut volucris* ܠܒܗ ܐܝܟ ܦܪܚܬܐ] ܥܠ ܦܪܚܬܐ. — 9 A ܡܠܟܘܬܐ. — 13 A ܢܓܚ. — 15 A ܕܒܦܘܡܗ. — 21 A ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܗܘ ܗܝ ܚܝܘܬܐ. — 22 A om. ܕܝܢ — 24 A add. ܕܝܢ] ܘܝܗܒ.

[1] Dan. VII, 5. — [2] *Ib.* VII, 5.

19. Animal quartum fuisse ait immane, forte et robustum valde, comedens et comminuens, et reliqua obterens pedibus. Illud est regnum filiorum Esau. Nam postquam Alexander Macedo imperium adeptus est, fundatum est regnum Graecorum, quia Alexander [natione] Graecus erat; verumtamen super eum completa est visio tertii animalis; tertium enim et quartum regnum unum sunt. Regnavit autem Alexander annos duodecim, et post Alexandrum septemdecim fuerunt Graecorum reges; annique eorum sunt ducenti sexaginta novem, a Seleuco Nicanore ad Ptolemaeum; et numerantur Caesares ab Augusto usque ad Philippum Caesarem, reges viginti septem, quorum anni sunt ducenti nonaginta tres, anni autem Severi sunt duodeviginti[1].

20. Daniel enim ait : *Considerabam cornua decem in capite bestiae. Porro cornua decem, decem reges sunt*[2], qui illo tempore surrexerunt, usque ad Antiochum. Dicit etiam : *Cornu parvulum inter haec decem ortum est, et tria ante illud ceciderunt*[3]. Antiochus enim ad regnum provectus tres reges humiliavit[4], atque adversum

ܘܚܝܘܬܐ ܕܐܪܒܥܝܬܐ ܐܡܪ ܕܕܚܝܠܐ ܡܫܢܝܐ ܘܥܫܝܢܐ ܠܚܕܐ ܐܟܠܐ ܘܡܕܩܐ ܘܫܪܟܐ ܕܡܫܬܐܪ ܒܪܓܠܝܗ ܕܫܐ. ܐܝܬܝܗ ܕܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢܝ ܥܫܘ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܬܪ ܕܐܡܠܟ ܗܘܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܡܩܕܘܢܝܐ ܗܘܬ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܝܘܢܝܐ: ܟܕ ܐܦ ܗܘ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܡܢܗܘܢ ܗܘ ܡܢ ܝܘܢܝܐ. ܐܠܐ ܚܙܘܗ ܕܚܝܘܬܐ ܬܠܝܬܝܬܐ ܒܗ ܗܘ ܫܠܡ: ܟܕ ܚܕܐ ܗܝ ܬܠܝܬܝܬܐ ܘܪܒܝܥܝܬܐ. ܐܡܠܟ ܕܝܢ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܫܢܝܢ ܬܪܬܥܣܪܐ: ܘܗܘܘ ܡܠܟܐ ܕܝܘܢܝܐ ܡܢ ܒܬܪ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܗܘܘ ܫܒܥܬܥܣܪ ܡܠܟܝܢ ܘܗܘܝ ܫܢܝܗܘܢ ܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܘܬܫܥ ܫܢܝܢ ܡܢ ܣܠܘܩܘܣ ܢܝܩܢܘܪ. ܘܥܕܡܐ ܠܦܛܠܡܐܘܣ ܘܗܘܘ ܩܣܪܝܢ ܡܢ ܐܓܘܣܛܘܣ ܘܥܕܡܐ ܠܦܝܠܝܦܘܣ ܩܣܪܐ ܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥܐ ܡܠܟܝܢ ܘܗܘܝ ܫܢܝܗܘܢ ܡܐܬܝܢ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ: ܘܫܢܝ ܠܬܡܢܬܥܣܪܐ ܕܣܘܝܪܘܣ ✣

ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܢܝܐܝܠ: ܕܡܣܬܟܠ ܗܘܝܬ ܒܩܪܢܬܐ ܥܣܪ ܕܒܪܫܗ ܕܚܝܘܬܐ: ܩܪܢܬܐ ܓܝܪ ܥܣܪ ܥܣܪܐ ܡܠܟܝܢ ܐܢܘܢ ܕܩܡܘ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܥܕܡܐ ܠܐܢܛܝܘܟܘܣ. ܘܐܡܪ ܕܩܪܢܐ ܙܥܘܪܬܐ ܣܠܩܬ ܡܢ ܒܝܢܬ ܗܠܝܢ ܥܣܪ ܘܬܠܬ ܢܦܠܝ ܡܢ ܩܕܡܝܗ ܟܕ ܩܡ ܓܝܪ ܐܢܛܝܘܟܘܣ ܒܡܠܟܘܬܐ ܡܟܟ ܠܬܠܬܐ

AB] — 1 A ܐܪܒܥܝܬܐ. — *Ib.* A ܕܚܝܠܐ. — 5 A ܗܘܐ ܗܘ. — 10 A ܘܪܒܝܥܝܬܐ. — 11 A ܡܢ. ܕܝܘܢܝܐ. — 14 A ܡܢ ܣܠܘܩܘܣ. — 15 A ܠܦܛܠܡܐܘܣ. — *Ib.* A ܩܣܪܝܢ. — A 17 ܩܣܪܐ. — 19 B om. ܘܫܢܝ. — *Ib.* B ܘܫܢܝ ܠܬܡܢܬܥܣܪܐ ܕܣܘܝܪܘܣ. — 21 A add. ܚܙܐ ܗܘܝܬ. — 24 A ܣܠܩܬ.

[1] Vid. Praef. § 20. — [2] Dan. VII, 8, 24. — [3] *Ib.* VII, 8. — [4] *Ib.* VII, 24.

ܡܬܠܥܒ: ܘܐܬܪܝܡ ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝܡܐ ܘܥܠ ܐܘܪܫܠܡ: ܘܛܡܐ ܒܝܬ ܡܩܕܫܐ: ܘܒܛܠ ܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܫܒܘܥܐ ܘܦܠܓܗ ܕܫܒܘܥܐ ܕܗܢܘܢ ܫܢܝܐ ܥܣܪ ܘܦܠܓܗ: ܘܐܥܠ ܙܢܝܐ ܠܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ: ܘܒܛܠ ܢܛܘܪܬܐ ܕܢܡܘܣܐ: ܘܩܛܠ ܠܓܒܪ̈ܐ ܙܕܝܩܐ ܘܐܫܠܡ ܠܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܠܚܝܘܬܐ ܕܐܪܥܐ. ܘܫܠܡܬ ܗܝܕܝܢ ܒܝܘܡܘܗܝ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܕܘܝܕ: ܕܐܠܗܐ ܥܠܘ ܥܡܡܐ ܠܝܪܬܘܬܟ ܘܛܡܐܘ ܠܗܝܟܠܟ ܩܕܝܫܐ ܥܒܕܘܗ ܠܐܘܪܫܠܡ ܚܪܒܬܐ: ܝܗܒܘ ܫܠܕܐ ܕܥܒܕܝܟ ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܒܣܪܐ ܕܙܕܝܩܝܟ ܠܚܝܘܬܐ ܕܐܪܥܐ: ܐܫܕܘ ܕܡܗܘܢ ܐܝܟ ܡܝܐ ܚܕܪܝܗ ܕܐܘܪܫܠܡ ܘܠܝܬ ܕܩܒܪ. ܗܕܐ ܗܝܕܝܢ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܫܠܡܬ ܟܕ ܐܬܩܛܠ ܓܒܪܐ ܣܒܐ ܡܩܕܡ ܒܝܘܡܬܐ ܐܠܝܥܙܪ: ܘܒܢܝܗ ܫܡܘܢܝ ܛܘܒܢܝܬܐ ܕܗܘܘ ܫܒܥܐ: ܘܟܕ ܝܗܘܕܐ ܘܐܚܘܗܝ ܡܬܟܬܫܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܐܦܝ ܥܡܗܘܢ: ܟܕ ܥܡܝܪܝܢ ܗܘܘ ܒܡܛܫܝܬܐ. ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܥܒܕܬ ܩܪܢܐ ܩܪܒܐ ܥܡ ܩܕܝܫܐ ܘܐܬܥܫܢܬ ܚܝܠܗܘܢ: ܘܡܠܠܐ ܥܠ ܡܪܝܡܐ ܡܠܠ ܐܢܛܝܟܘܣ ܓܒܪܐ ܥܘܠܐ: ܘܫܢܝ ܙܒܢܐ ܘܥܐܕܐ: ܘܒܛܠ ܩܝܡܐ ܕܐܒܪܗܡ: ܫܪܐ ܫܒܬܐ ܕܢܝܚܐ. ܦܩܕ ܗܝܕܝܢ ܥܠ ܝܗܘܕܝܐ ܕܠܐ

sanctos Altissimi superbivit[1] et adversum Ierusalem; domum Sanctuarii foedavit, sacrificia et oblationes hebdomadem et dimidium hebdomadis cessare fecit, annos scilicet decem et dimidium; scortatores in domum Domini introduxit, observantias legis praepedivit, viros iustos interfecit et volucribus caeli bestiisque terrae tradidit. Sicque in diebus eius adimpletum est verbum quod dixerat David : *Deus, intraverunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, effecerunt Ierusalem desolatam; cadavera servorum tuorum in escam dederunt volatilibus caeli, carnem sanctorum tuorum bestiis terrae. Effuderunt sanguinem eorum velut aquam in circuitu Ierusalem, nec fuit qui sepeliret*[2]. Haec eo tempore completa sunt, quo vir venerabilis diebusque provectus Eleazar, et beatae Samunae filii, qui septem erant numero, occisi sunt[3]; et quando Iudas et fratres eius pro populo suo luctabantur, seque latibulis tegebant. Eo tempore *bellum gessit cornu cum sanctis*[4], sed eorum virtus praevaluit. Tum Antiochus, vir iniquus, sermones *adversus Altissimum locutus est; tempora et festa mutavit*[5], foedus Abrahae corrupit, Sabbatum requietis abolevit, Iudaeis prae-

AB] — 2 B ܠܐܘܪܫܠܡ.

[1] Dan. VII, 25. — [2] Ps. LXXIX (LXXVIII), 1-3. — [3] II Mach. VII, 1 seqq. — [4] Dan. VII, 21. — [5] *Ib.* VII, 25.

scribens ne circumciderentur. Propterea de eo dixit Daniel : *Existimabit se mutaturum tempora, momenta et leges; et tradita sunt in manum eius usque ad tempus, tempora et dimidium temporis*[1]. Tempus autem et dimidium temporis est una et dimidia hebdomas, id est decem anni et dimidium. Rursus ait : *Iudicium constitutum est, et potestatem eius abstulerunt ab eo, ut eum pessumdarent et disperderent usque in finem regni*[2]. Antiocho utique iudicium occurrit de caelo[3], acri pessimoque morbo implicitus est, et prae putore quo fetebat, nemo ei propinquabat, dum vermes de eo scaturiebant, eiusque carnem exedebant, propterea quod vermiculum Iacob[4] oppresserat; et putruit caro eius adhuc vivi, eo quod filiorum Ierusalem cadavera siverat insepulta corrumpi. Labem habuit in oculis animae suae, quia sanctuarium Dei inquinaverat. Oravit neque exauditus est, eo quod non audierat gemitum iustorum quos interfecit. Litteras enim scripsit, quas Iudaeis misit, eos appellans amicos; verum eius non misertus est Deus, et in cruciatu suo interiit.

21. Ait deinde : *Suscipient regnum sancti* [*Dei*] *Altissimi*[5]. Quid ad haec dicemus? Num filii Israel regnum Altissimi ac-

ܢܗܘܘܢ ܓܙܝܪܝܢ. ܡܛܠܗܕܐ ܐܡܪ ܥܠܘܗܝ: ܕܢܣܒܪ ܠܡܫܚܠܦܘ ܙܒܢܐ ܘܥܕܢܐ ܘܢܡܘܣܐ. ܘܢܬܝܗܒܘܢ ܒܐܝܕܘܗܝ ܥܕܡܐ ܠܥܕܢ ܥܕܢܝܢ ܘܦܠܓܘܬ ܥܕܢ: ܕܐܝܬܘܗܝ ܥܕܢ ܘܦܠܓܘܬ ܥܕܢ. ܫܒܘܥܐ ܘܦܠܓܗ ܕܐܝܬܝܗܝ ܥܣܪ ܫܢܝܢ ܘܦܠܓܗ. ܐܡܪ ܬܘܒ: ܘܕܝܢܐ ܝܬܒ ܘܫܘܠܛܢܗ ܥܒܪܘ ܡܢܗ ܕܢܚܒܠܘܢܗ ܘܢܘܒܕܘܢܗ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܗ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܥܠܘܗܝ ܓܝܪ ܕܝܢܐ ܠܐܢܛܝܟܘܣ ܕܝܢܐ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܘܐܬܕܪܝ ܒܟܘܪܗܢܐ ܒܝܫܐ ܘܩܫܝܐ: ܘܡܢ ܣܪܝܘܬܗ ܕܣܪܝ ܐܢܫ ܠܐ ܩܪܒ ܗܘܐ ܠܘܬܗ: ܟܕ ܬܘܠܥܐ ܪܚܫܝܢ ܗܘܘ ܘܢܦܩܝܢ ܡܢܗ ܘܐܟܠܝܢ ܒܣܪܗ ܥܠ ܕܐܠܨ ܠܬܘܠܥܬܗ ܕܝܥܩܘܒ. ܘܣܪܝ ܒܣܪܗ ܒܚܝܘܗܝ ܥܠ ܕܐܣܪܝ ܫܠܕܐ ܕܒܢܝ ܐܘܪܫܠܡ ܘܠܐ ܐܬܩܒܪܘ. ܘܗܘܐ ܡܘܡܐ ܒܥܝܢܝ ܢܦܫܗ ܥܠ ܕܛܡܐ ܡܩܕܫܗ ܕܐܠܗܐ. ܨܠܝ ܘܠܐ ܐܫܬܡܥ ܥܠ ܕܠܐ ܫܡܥ ܐܢܚܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ܕܩܛܠ. ܟܬܒ ܓܝܪ ܐܓܪܬܐ ܘܫܕܪ ܠܝܗܘܕܝܐ ܘܩܪܐ ܐܢܘܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ: ܘܠܐ ܚܣ ܥܠܘܗܝ ܐܠܗܐ ܘܒܗ ܒܫܢܝܩܗ ܡܝܬ܀

ܐܡܪ ܬܘܒ: ܕܢܩܒܠܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝܡܐ. ܡܢܐ ܢܐܡܪ ܥܠ ܗܕܐ. ܕܠܡܐ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܩܒܠܘ ܡܠܟܘܬܐ

AB] — 3 B om. ܥܕ. — 9 A ܠܫܘܠܡܐ. — *Ib.* A ܡܠܟܘܬܗ. — 11 A ܒܟܘܪܗܢܐ ܒܝܫܐ ܘܩܫܝܐ. — 13 A add. ܗܘܘ [ܢܦܩܝܢ. — 14 A ܠܬܘܠܥܬܗ. — 16 A ܘܐܣܪܝ. — *Ib.* B ܐܬܩܒܪܘ. — 18 B ܕܛܡܐܬ. — 20 B ܕܙܕܝܩܐ.

[1] Dan. VII, 25. — [2] *Ib.* VII, 26. — [3] II Macch. IX, 18. — [4] Vid. Is. XLI, 14. — [5] Dan. VII, 27.

ܕܡܪܝܡܐ. ܚܣ. ܐܘ ܕܠܡܐ ܗܘ ܥܡܐ ܐܬܐ ܥܠ ܥܢܢܝ ܫܡܝܐ. ܗܕܐ ܪܚܝܩܐ ܠܗ ܡܢܗܘܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܥܠܝܗܘܢ ܐܪܡܝܐ: ܟܣܦܐ ܡܣܠܝܐ ܩܪܘ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܕܐܣܠܝ ܐܢܘܢ ܡܪܝܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܢܘܣܦ ܠܡܚܙܐ ܒܗܘܢ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ: ܥܒܪܘ ܥܒܪܘ ܘܠܛܡ̈ܐܐ ܠܐ ܠܡܬܩܪܒܘ. ܘܥܠ ܩܕܝ̈ܫܐ ܕܡܪܝܡܐ ܕܢܝܐܝܠ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ: ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܢܐܪܬܘܢܗ ܠܡܠܟܘܬܐ. ܗܢܘܢ ܓܝܪ ܐܬܢܝܚܘ ܩܠܝܠ ܡܢ ܡܘܒܠܐ ܕܡ̈ܠܟܐ ܘܕܫ̈ܠܝܛܢܐ. ܡܢ ܟܕ ܓܝܪ ܡܝܬ ܐܢܛܝܘܟܘܣ ܥܕܡܐ ܕܫܠܡܘ ܫ̈ܒܘܥܐ ܫܬܝܢ ܘܬܪܝܢ: ܘܐܬܐ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܢܣܥܘܪ ܐܢܘܢ ܘܢܟܢܫ ܐܢܘܢ ܘܗܢܘܢ ܠܐ ܩܒܠܘܗܝ. ܐܬܐ ܓܝܪ ܕܢܣܒ ܡܢܗܘܢ ܦܐܖ̈ܐ ܘܠܐ ܝܗܒܘ ܠܗ: ܡܛܠ ܕܗܘܝ ܓܦܢܝ ܫܒܫܠܬܗܘܢ ܡܢ ܓܦܬܐ ܕܣܕܘܡ ܘܡܢ ܫܒܫܠܬܐ ܕܥܡܘܪܐ. ܟܪܡܐ ܓܝܪ ܕܣܠܩ ܒܗ ܟܘ̈ܒܐ ܘܐܝܬܝ ܠܗ ܒܘ̈ܣܪܐ: ܚܡܪܗܘܢ ܗܘܐ ܠܗ ܚܠܐ ܘܦܐܖ̈ܝܗܘܢ ܡܪܝܪܐ. ܠܐ ܡܬܪܟܟܝܢ ܟܘ̈ܒܐ ܠܡܬܪܟܟܘ: ܐܦ ܠܐ ܚܠܐ ܗܦܟ ܠܟܝܢܐ ܕܚܡܪܐ: ܐܦ ܠܐ ܡܖ̈ܝܪܐ ܡܬܗܦܟܝܢ ܠܟܝܢܐ ܚܠܝܐ܀

ܩܕܡ ܓܝܪ ܐܫܥܝܐ ܐܩܝܡ ܥܠܝܗܘܢ ܕܝ̈ܢܐ ܓܒܖ̈ܐ ܡܢ ܝܗܘܕܐ ܕܐܬܢܨܒܬ ܒܗܘܢ ܢܨܒܬܐ ܚܕܬܐ ܡܫܒܚܬܐ: ܕܐܬܠܝܗܘܢ ܕܝܢ

ceperunt? Absit. Num forte populus ille supra nubes caeli pervenit? Procul ab eis illud transiit. De eis enim Ieremias ait : *Argentum reprobatum vocate eos, quia proiecit eos Dominus*[1]. Et iterum : *Non adiiciet ultra respicere in eos*[2]. Et Isaias dicit de eis : *Recedite, recedite; pollutis nolite appropinquare*[3]. De Sanctis autem Altissimi sic loquitur [Daniel] : *In saecula saeculorum hereditabunt regnum*[4]. Ipsi enim *aliquantulum quieverunt ab onere regum et principum*[5], nempe ab Antiocho mortuo donec hebdomades sexaginta duae completae sunt. Et venit Filius hominum, ut ad eos respiceret, eosque congregaret; *sed ipsi eum non receperunt*[6]. Venit ut fructus ab eis demeteret, nilque ei praebuerunt, nam vites eorum *de vite Sodomae erant, et de traduce Gomorrhae*[7], vinea in qua spinae creverunt, quae tulit labruscas[8]; *vinum eorum acetum, et fructus amaritudo*[9]. Nequeunt spinae molliri, aut acetum in vini naturam mutari, neque amara ad dulces proprietates convertuntur.

22. Sed prius Isaias[10] viros ex Iuda constituit iudices super illos, inter quos plantata erat plantatio nova et dilecta;

AB] — 2 B ܥܠܘ. — 6 A ܐܘܣܦ. — *Ib.* A ܐܡܪ ܘܐܦ. — 16 A ܠܗܘܢ. — 21 A ܘܐܦ. — 25 A *ex Iudaeis* ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ. — 26 B ܚܠܠ.

[1] Ier. VI, 30. — [2] Thren. IV, 16. — [3] Is. LII, 11. — [4] Dan. VII, 27. — [5] Os. VIII, 10. — [6] Ioh. I, 11. — [7] Deut. XXXII, 32. — [8] Is. V, 2. — [9] Deut. XXXII, 32. — [10] Is. V, 1, seqq.

hi autem iudices sunt qui sedebunt *super sedes duodecim, indicantes duodecim tribus suas*[1]. Et iudicibus illis ita locutus est : *Iudicate inter me et vineam meam. Quid est quod debui ultra*, o viri iudices, *vineae meae facere, et non feci ei? Ecce viticulis eam conserui*, et vinea aliena factae sunt. *Circumduxi ei saepem* custodum caelestium; *turrim eius aedificavi*, Templum sanctum; *et fodi torcular eius*, baptismum sacerdotum; pluviam super eam demisi, prophetarum meorum verba; putavi eam et sulcavi ab operibus Amorrhaeorum; *et exspectavi ut faceret uvas* iustitiae, *et fecit labruscas* iniquitatis et peccati; *exspectavi iudicium, et facta est iniquitas; et iustitiam, et factus est ululatus. Audite*, viri iudices, *quid ego vineae meae faciam : saepem eius effringam, et erit in conculcationem; turrim eius decutiam, et erit in direptionem; et eam efficiam desertam*, eo quod labruscas fecit; *nec pastinabitur, nec putabitur. Spinae veprèsque in ea germinabunt, et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem*[2]. Discesserunt itaque caelestes custodes a saepto vineae, diruta est turris, domus fiduciae eorum firmissima; eversum est torcular, expiatio delictorum eorum. *Etiam cum*

ܗܠܝܢ ܕܝܢܐ ܐܢܘܢ ܕܝܬܒܝܢ ܥܠ ܬܪܥܣܪ ܟܘܪܣܘܢ ܘܕܝܢܝܢ ܠܬܪܥܣܪ ܫܒܛܝܗܘܢ. ܘܠܕܝܢܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܕܝܢܐ: ܕܘܢܘ ܒܝܢܝ ܘܠܟܪܡܝ. ܡܢܐ ܠܝ ܗܘܐ ܬܘܒ ܗܘܐ ܠܝ ܓܒܪܐ ܕܝܢܐ ܠܡܥܒܕ ܠܟܪܡܝ ܘܠܐ ܥܒܕܬ ܠܗ. ܗܐ ܣܪܘܓܐ: ܫܒܫܒܐ ܢܘܟܪܝܐ ܗܘܘ. ܣܝܓܐ ܕܢܛܘܪܐ: ܐܚܕܪܬ ܥܠܝܗ ܫܡܝܢܐ. ܡܓܕܠܐ ܒܢܝܬ ܒܓܘܗ ܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ: ܡܥܨܪܬܐ ܚܦܪܬ ܒܗ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܟܗܢܐ ܘܡܛܪܐ ܥܠܝܗ ܐܚܬܬ ܡܠܝܗܘܢ ܕܢܒܝܝ: ܘܟܣܚܬܗ ܘܦܠܚܬܗ ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܐܡܘܪܝܐ. ܘܣܟܝܬ ܕܬܥܒܕ ܥܢܒܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܘܥܒܕܬ ܠܗ ܒܘܫܐ ܕܥܘܠܐ ܘܕܚܛܝܬܐ. ܘܣܟܝܬ ܠܕܝܢܐ ܘܗܘܬ ܣܛܝܘܬܐ: ܘܠܙܕܝܩܘܬܐ ܘܗܘܬ ܝܠܠܬܐ. ܫܡܥܘ ܓܒܪܐ ܕܝܢܐ ܡܢܐ ܕܐܥܒܕ ܠܗ ܠܟܪܡܝ. ܐܦܪܘܩ ܐܢܐ ܣܝܓܗ ܘܬܗܘܐ ܠܕܘܫܐ: ܡܓܕܠܗ ܐܢܐ ܡܣܚܦ ܘܬܗܘܐ ܠܒܙܬܐ: ܘܐܥܒܕܝܗ ܕܚܪܒܐ ܬܗܘܐ ܥܠ ܕܥܒܕܬ ܒܘܫܐ: ܘܠܐ ܬܬܟܣܚ ܘܠܐ ܬܬܦܠܚ ܘܬܣܠܩ ܒܗ ܟܘܒܐ ܘܕܪܕܪܐ: ܘܐܦܩܘܕ ܠܥܢܢܐ ܕܠܐ ܢܚܬܘܢ ܥܠܝܗ ܡܛܪܐ. ܦܪܩܘ ܗܟܝܠ ܢܛܘܪܐ ܫܡܝܢܐ ܡܢ ܣܝܓܗ ܕܟܪܡܐ: ܘܐܬܦܪܩ ܡܓܕܠܐ ܒܝܬ ܬܘܟܠܢܗܘܢ ܥܫܝܢܐ: ܐܬܗܦܟܬ ܡܥܨܪܬܐ ܐܘܚܕܢܐ ܕܚܛܗܝܗܘܢ. ܟܕ ܓܝܪ ܡܟܝܠ ܗܘܐ ܣܝܓܐ ܠܐ ܐܝܬܝܗ ܗܘܐ ܠܟܪܡܐ.

AB] — 4 A om. ܠܗ. — 9 A ܡܥܨܪܬܗ. — 11 A ܢܒܝܐ. — 15 A ܗܘܐ [ܗܘܬ. — *Ib.* A ܗܘܐ [ܗܘܬ. — 19 A ܥܠ ܕܥܒܕܬ [ܬܗܘܐ. — 24 B ܐܬܗܦܟܬ. — 25 A ܕܚܛܗܝܗܘܢ [ܕܚܘܣܝܐ. — *Ib.* A ܟܕ.

[1] Matth. XIX, 28. — [2] Is. V, 3-6.

ܗܫܐ ܕܐܟܠܬܗ ܢܘܪܐ ܘܚܪܒܬ ܐܝܟܢܐ ܐܬܚܫܚ ܠܥܒܕܐ. ܬܪܬܝܗܝܢ ܣܒܘܟܘܗܝ ܐܟܠܬ ܢܘܪܐ ܘܦܠܓܗ ܚܪܒ: ܬܪܬܝܢ ܣܒܘܟܝܢ ܬܪܬܝܢ ܡܠܟܘܬܐ: ܘܦܠܓܗ ܕܚܪܒ: ܐܝܬܘܗܝ ܐܘܪܫܠܡ. ܐܫܬܕܪܘ ܠܘܬܗܘܢ ܡܢ ܡܪܐ ܟܪܡܐ ܥܒܕܐ ܣܓܝܐܐ: ܘܩܛܠܘ ܐܢܘܢ ܘܦܐܪܐ ܠܡܪܐ ܟܪܡܐ ܠܐ ܥܒܪܘ. ܒܬܪܗ ܕܥܒܕܐ ܐܫܬܕܪ ܒܪܐ ܚܒܝܒܐ ܕܢܣܒ ܡܢܗܘܢ ܦܐܪܐ ܘܢܘܒܠ ܠܡܫܕܪܢܗ: ܘܐܚܕܘܗܝ ܗܢܘܢ ܘܐܦܩܘܗܝ ܠܒܪ ܡܢ ܟܪܡܐ ܘܦܣܩܘ ܣܟܐ ܡܢ ܗܓܘܓܬܗ ܕܟܪܡܐ ܘܩܒܥܘ ܒܐܝܕܘܗܝ: ܘܟܦܢ ܘܒܥܐ ܡܢܗܘܢ ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܘܢܣܒܘ ܝܗܒܘ ܠܗ ܡܪܪܐ ܡܢ ܦܐܪܘܗܝ ܕܟܪܡܐ: ܘܨܗܝ ܘܒܥܐ ܡܢܗܘܢ ܠܡܫܬܝܐ ܘܝܗܒܘ ܠܗ ܚܠܐ ܘܠܐ ܨܒܐ ܠܡܫܬܝܐ: ܘܓܕܠܘ ܟܘܒܐ ܕܝܠܗ ܒܗ ܒܟܪܡܐ ܘܣܡܘ ܠܗ ܒܪܫܗ ܕܒܪ ܡܪܗܘܢ ܕܟܪܡܐ. ܡܢ ܙܒܢܐ ܓܝܪ ܕܗܘܐ ܟܪܡܐ ܗܠܝܢ ܦܐܪܐ ܝܗܒ. ܥܩܪܗ ܡܪܗ ܘܫܬܠܗ ܒܕܘܟܬܗ: ܘܢܨܒ ܒܗ ܒܟܪܡܐ ܓܘܦܢܐ ܛܒܐ ܕܝܗܒܝܢ ܦܐܪܐ ܘܡܚܕܝܢ ܠܦܠܚܐ. ܟܪܡܐ ܓܝܪ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܘܐܒܘܗܝ ܦܠܚܐ: ܘܫܒܘܫܐ ܗܢܘܢ ܕܫܬܝܢ ܡܢ ܟܣܗ. ܡܛܠ ܗܘܐ ܟܪܡܐ ܚܠܦ ܟܪܡܐ: ܘܡܠܟܘܬܐ ܠܒܬܪ ܒܡܐܬܝܬܗ ܐܫܠܡܗ ܠܪܗܘܡܝܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܒܢܝ ܥܣܘ.

esset vitis integra, ad opus non proderat. Nunc cum ignis eam devoravit et vastata est, quomodo ad opus proderit[1]*? Utrumque ramum eius comedit ignis, et media pars eius vastata est*[2]. Duo rami duo regna sunt, et medium eius quod est vastatum, Ierusalem est. Illis a Domino vineae missi sunt servi plurimi; at eos interfecerunt, fructusque Domino vineae non pertulerunt[3]. Post servos autem missus est Filius dilectus, qui fructus ab eis perciperet, et ei qui miserat deferret; ipsi autem eum apprehendentes de vinea extruserunt; paxillos absciderunt de vineae rhamnis, et manibus eius infixerunt, et esurivit rogavitque ab eis cibum; et adsumentes praebuerunt ei fel de vineae fructibus; et sitivit, ac potum ab eis poposcit, et acetum ei dederunt, bibereque noluit. Spinas quae in vinea creverant plexerunt, et super caput Filii Domini vineae imposuerunt. Cum vero a tempore quo exsistebat vinea tales fructus promeret, eradicavit eam Dominus eius, optimasque vites in ea conseruit, quae fructus redderent, et agricolam laetificarent. Vitis namque Christus est, et Pater eius agricola[4]; palmites ii sunt qui de calice eius bibunt. Vinea ergo pro vinea fuit, et imperium postmodum in adventu suo tradidit Romanis, qui filii Esau

AB] — 11 B ܟܪܡܐ. — *Ib.* B *ramos* ܣܘܟܐ] ܣܟܐ. — 18 A ܒܪ.

[1] Ezech. XV, 5. — [2] *Ib.* XV, 4. — [3] Luc. XX, 10 seqq. — [4] Ioh. XV, 1, 5.

vocati sunt; ipsi autem filii Esau imperium ei qui illud dedit adservant.

23. Regnum autem aeternum hereditavit populus sanctus[1], qui loco populi electus est. *Hos provocavit per populum qui non erat populus, et per gentem stultam irritavit eos*[2], et populum sanctum liberavit. Ecce enim quod totum Dei foedus *ab onere regum et principum exemptum est*[3]. Quamvis enim servierit quis gentilibus, ubi primum foederi Dei appropinquat, extemplo fit liber. Iudaei autem servitutem serviunt in gentibus. Ita namque de sanctis dixit: *Regnum hereditabunt quod subter caelum est*[4]. Si enim de illis [Iudaeis] dixit, cur servitutem in gentibus serviunt? Respondebunt fortasse hucusque non effectum esse; at regnum hominibus promissum caeleste est an terrenum? Iam filii regni vocati sunt, et acceperunt suam ex hoc mundo liberationem. Regnum autem quod nunc stat non vult potestati submitti regis, qui venit ut regnum suum susciperet, verum pignora eius cum honore custodit, ut cum venerit pessumdaturus regnum, absque ira ad eos accedat; cum enim aderit *is cuius est regnum*[5], in secundo suo adventu, quod dedit recipiet, et erit ipse Rex in saecula saeculorum, eiusque regnum non prae-

ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܒܢ̈ܝ ܥܣܘ ܢܛܪܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܠܝܗܘܒܗ ܀

ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡ ܝܪܬ ܥܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܓܒܝ ܚܠܦ ܥܡܐ. ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܥܡ ܕܠܐ ܥܡ: ܘܒܥܡܐ ܣܟܠܐ ܐܪܓܙ ܐܢܘܢ: ܘܚܪܪ ܠܗ ܠܥܡܐ ܩܕܝܫܐ: ܗܐ ܓܝܪ ܟܠܗ ܩܝܡܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܪܪ ܡܢ ܡܫܩܠܐ ܕܡܠܟ̈ܐ ܘܕܫܠܝܛ̈ܢܐ. ܐܦ ܓܝܪ ܠܥܡ̈ܡܐ ܦܠܚ ܒܪܢܫܐ. ܒܫܥܬܗ ܕܡܬܩܪܒ ܠܩܝܡܗ ܕܐܠܗܐ ܐܬܚܪܪ ܠܗ: ܘܝܗܘܕ̈ܝܐ ܦܠܚܝܢ ܥܒܕܘܬܐ ܒܝܢܬ ܥܡ̈ܡܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܥܠ ܩܕ̈ܝܫܐ: ܕܢܐܪܬܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܬܚܝܬ ܫܡܝܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܥܠܝܗܘܢ ܐܡܪ ܠܡܢܐ ܦܠܚܝܢ ܥܒܕܘܬܐ ܒܝܢܬ ܥܡ̈ܡܐ܀ ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ ܕܥܕܡܐ ܠܐ ܗܘܬ: ܐܠܐ ܗܘܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܬܡܠܟܐ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܕܫܡܝܐ ܗܝ ܐܘ ܕܐܪܥܐ܀ ܗܐ ܡܫܬܡܗܝܢ ܐܝܟ ܒܢ̈ܝܗ ܕܡܠܟܘܬܐ: ܘܩܒܠܘ ܚܘܪܪܗܘܢ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗ ܗܫܐ ܠܐ ܨܒܝܐ ܕܬܫܬܥܒܕ ܠܫܘܠܛܢܗ ܕܡܠܟܐ ܕܐܬܐ ܘܢܣܒ ܡܠܟܘܬܗ: ܐܠܐ ܢܛܪܐ ܗܘܡܪܘܗܝ ܒܐܝܩܪܐ. ܡܛܠ ܕܟܕ ܢܐܬܐ ܡܒܛܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܠܐ ܒܪܘܓܙܐ ܢܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ. ܟܕ ܕܐܬܐ ܓܝܪ ܗܘ ܕܕܝܠܗ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܬܪ̈ܬܝܢ: ܢܣܒ ܡܕܡ ܕܝܗܒ: ܘܗܘܐ ܗܘ ܡܠܟܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܘܠܐ ܥܒܪܐ ܡܠܟܘܬܗ

AB] — 7 A ܫܘܡܐ. — 9 A ܕܐܬܩܪܒ. — 12 A ܡܠܟܘܬܐ. — 13 B om. ܗܘܬ. — 17 A om. ܗܝ. — 23 A ܡܐ ܕܓܝܪ ܐܬܐ ܗܘ ܡܢ. — 24 A add. *aeternum* ܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡ.

[1] Dan. VII, 27. — [2] Deut. XXXII, 21. — [3] Os. VIII, 10. — [4] Dan. VII, 27. — [5] Gen. XLIX, 10.

ܡܛܠ ܕܗܝܢܐ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡ ܀

ܡܢ ܩܕܝܡ ܝܗܒ ܫܘܠܛܢܐ ܠܒܢܝ ܝܥܩܘܒ ܘܫܥܒܕ ܠܗܘܢ ܒܢܝ ܥܣܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܝܣܚܩ ܠܥܣܘ: ܕܠܝܥܩܘܒ ܐܚܘܟ ܬܫܬܥܒܕ. ܘܟܕ ܠܐ ܨܠܚܘ ܐܚܝܕܘܗܝ ܒܡܠܟܘܬܐ ܫܩܠܗ ܡܢܗܘܢ ܘܒܢܝ ܝܥܩܘܒ ܘܝܗܒܗ ܠܒܢܝ ܥܣܘ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܕܕܝܠܗ ܗܝ: ܘܡܫܠܡܝܢ ܦܘܩܕܢܐ ܠܡܪܗ ܘܠܐ ܢܛܥܢܘܢ ܒܟܠܗ: ܘܡܫܬܥܒܕ ܠܗ ܢܛܪ: ܡܠܟܘܬܐ ܠܗܘ ܕܟܠ ܠܗ ܡܫܬܥܒܕܝܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܕܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢܝ ܥܣܘ ܠܐ ܡܫܬܠܡܐ ܒܝܕ ܚܝܠܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܕܢܣܩܘܢ ܥܠܝܗ: ܡܛܠ ܕܡܠܟܘܬܐ ܠܡܪܗ ܗܝ ܡܬܢܛܪܐ ܘܗܘ ܢܛܪ ܠܗ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢܝ ܥܣܘ ܠܡܪܗ ܗܝ ܡܬܢܛܪܐ ܠܐ ܬܬܦܠܓ ܒܟܠܗ ܕܠܐ ܡܬܙܟܝܐ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܓܒܪܐ ܓܢܒܪܐ ܕܫܡܗ ܝܫܘܥ ܐܬܐ ܒܚܝܠܐ ܘܙܝܢܗ ܠܒܝܫ ܟܠܗ ܚܝܠܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܒܨܝ ܚܙܝ ܕܐܦ ܒܟܬܒ ܗܘܐ ܟܬܝܒ ܥܡܗܘܢ: ܘܐܝܟܢܐ ܕܥܡܗܘܢ ܒܟܬܒ ܗܘܐ ܟܬܝܒ ܐܦ ܡܥܕܪ ܠܗܘܢ: ܘܢܝܫܗ ܣܓܝ ܒܐܬܪܐ ܗܘ ܘܙܝܢܗ ܠܒܫܝܢ ܘܠܐ ܡܬܙܟܝܢ ܒܩܪܒܐ. ܘܐܢ ܬܐܡܪ ܠܝ. ܕܒܫܢܝ ܡܠܟܘܬܐ ܕܩܕܡܝܗ ܗܠܝܢ ܚܝܘܬܐ

teribit, quia regnum sempiternum est.

24. Imperium dedit prius filiis Iacob, eisque submisit filios Esau, sicut Isaac ad Esau dixit : *Iacob fratri tuo servies*[1]. Cumque in imperio haud prospere succederent, abstulit ab eis regnum, filiisque Esau dedit, *donec veniret is cuius est*[2], ut tunc depositum datori restituerent, nedum illud subriperent, eique custos regni serviret cui omnia serviunt. Idcirco illud regnum filiorum Esau non tradetur copiis congregatis quae adversum illud iam iam sunt ascensurae, quia regnum ei qui illud dedit servatur, idque ipse servat. De his autem quae tibi scripsi, carissime, regnum nempe filiorum Esau ei adservari qui illud dedit, noli dubitare; regnum illud non superabitur, quia vir fortissimus, cui nomen Iesus, in virtute sua venit, et eius arma totam regni virtutem portant. Perscrutare etiam et considera ipsum in censu cum eis adscriptum esse[3]; et quemadmodum cum eis est in censu adnumeratus, ita eis auxiliatur; signum eius in loco illo multiplicatum est; armaturam eius induunt, atque in praelio non devincuntur. Mihi forsan dices : Quomodo in annis regnum illorum qui hos praecesserunt, bestiam

AB] — 1 B ܘܗܝ. — 11 A ܠܗ ܡܫܬܥܒܕܝܢ. — *Ib.* A add. ܗܘ ܕܗܘܐ. — 13 A ܕܢܣܩܘܢ ܚܝܠܐ. — 18 B ܘܠܐ. — *Ib.* A om. ܗܝ. — 20 A ܟܠܗ. — 21 A ܘܐܦ. — *Ib.* A ܗܘܐ. — 23 A ܘܐܦ.

[1] Gen. xxvii, 40. — [2] *Ib.* xlix, 10. — [3] Luc. ii, 1, 2.

vocati sunt; ipsi autem filii Esau imperium ei qui illud dedit adservant.

23. Regnum autem aeternum hereditavit populus sanctus[1], qui loco populi electus est. *Hos provocavit per populum qui non erat populus, et per gentem stultam irritavit eos*[2], et populum sanctum liberavit. Ecce enim quod totum Dei foedus *ab onere regum et principum exemptum est*[3]. Quamvis enim servierit quis gentilibus, ubi primum foederi Dei appropinquat, extemplo fit liber. Iudaei autem servitutem serviunt in gentibus. Ita namque de sanctis dixit : *Regnum hereditabunt quod subter caelum est*[4]. Si enim de illis [Iudaeis] dixit, cur servitutem in gentibus serviunt? Respondebunt fortasse hucusque non effectum esse; at regnum hominibus promissum caeleste est an terrenum? Iam filii regni vocati sunt, et acceperunt suam ex hoc mundo liberationem. Regnum autem quod nunc stat non vult potestati submitti regis, qui venit ut regnum suum susciperet, verum pignora eius cum honore custodit, ut cum venerit pessumdaturus regnum, absque ira ad eos accedat; cum enim aderit *is cuius est regnum*[5], in secundo suo adventu, quod dedit recipiet, et erit ipse Rex in saecula saeculorum, eiusque regnum non prae-

ܘܗܢܘܢ ܒܢܝ̈ ܥܣܘ ܢܛܪܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܠܝܗܘܒܗ܀

ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡ ܝܪܬ ܥܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܓܒܝ ܚܠܦ ܥܡܐ. ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܐܩܢܐ ܐܢܘܢ ܒܥܡܐ ܕܠܐ ܥܡ: ܘܒܥܡܐ ܣܟܠܐ ܐܪܓܙ ܐܢܘܢ: ܘܦܪܩܗ ܠܥܡܐ ܩܕܝܫܐ: ܗܐ ܓܝܪ ܟܠܗ ܩܝܡܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܪܪ ܡܢ ܡܘܒܠܐ ܕܡܠܟܐ ܘܕܫܠܝܛܢܐ. ܐܦ ܓܝܪ ܠܚܢܦܐ ܦܠܚ ܒܪܢܫܐ. ܒܩܘܪܒܗ ܕܡܬܩܪܒ ܠܩܝܡܗ ܕܐܠܗܐ ܐܬܚܪܪ ܠܗ: ܘܝܗܘܕܝܐ ܦܠܚܝܢ ܥܒܕܘܬܐ ܒܝܬ ܥܡܡܐ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܥܠ ܩܕܝ̈ܫܐ: ܕܢܐܪܬܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܬܚܝܬ ܫܡܝܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܥܠܝܗܘܢ ܐܡܪ ܠܡܢܐ ܦܠܚܝܢ ܥܒܕܘܬܐ ܒܝܬ ܥܡܡܐ܀ ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ ܕܥܕܟܝܠ ܠܐ ܗܘܬ: ܐܠܐ ܗܘܝܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܬܡܠܟܐ ܠܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܕܫܡܝܐ ܗܝ ܐܘ ܕܐܪܥܐ܀ ܗܐ ܕܝܢ ܐܬܩܪܝܘ ܒܢܝ̈ܗ ܕܡܠܟܘܬܐ: ܘܩܒܠܘ ܚܪܘܪܗܘܢ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗ ܗܫܐ ܠܐ ܨܒܝܐ ܕܬܫܬܥܒܕ ܠܫܘܠܛܢܗ ܕܡܠܟܐ ܕܐܬܐ ܠܡܩܒܠܘ ܡܠܟܘܬܗ: ܐܠܐ ܢܛܪܐ ܘܡܝܩܪܐ ܠܡܫܟܘܢܐ. ܕܡܐ ܕܐܬܐ ܡܒܛܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܠܐ ܒܪܘܓܙܐ ܢܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ. ܟܕ ܕܐܬܐ ܓܝܪ ܡܢ ܕܝܠܗ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܒܡܐܬܝܬܗ ܕܬܪܬܝܢ: ܢܩܒܠ ܡܕܡ ܕܝܗܒ: ܘܗܘܐ ܗܘ ܡܠܟܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܘܠܐ ܥܒܪܐ ܡܠܟܘܬܗ

AB] — 7 A ܩܕܡܝܐ. — 9 A ܕܐܬܦܪܩܘ. — 12 A ܠܡܠܟܘܬܐ. — 15 B om. ܗܘܬ. — 17 A om. ܗܝ. — 23 A ܡܢ ܗܘ ܕܐܬܐ ܓܝܪ. — 24 A add. *aeternum* ܕܠܥܠܡ [ܡܠܟܘܬܐ.

[1] Dan. VII, 27. — [2] Deut. XXXII, 21. — [3] Os. VIII, 10. — [4] Dan. VII, 27. — [5] Gen. XLIX, 10.

ܡܛܠ ܕܗܘܝܐ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܠܥܠܡ܀ ܡܢ ܩܕܝܡ ܓܝܪ ܝܗܒ ܡܠܟܘܬܐ ܠܒܢܝ̈ ܝܥܩܘܒ ܘܫܥܒܕ ܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܥܣܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܝܣܚܩ ܠܥܣܘ: ܕܠܝܥܩܘܒ ܐܚܘܟ ܬܫܬܥܒܕ. ܘܟܕ ܠܐ ܐܬܘ ܐܬܩܢܘ ܒܡܠܟܘܬܐ ܫܩܠܗ ܡܢܗܘܢ ܕܒܢܝ̈ ܝܥܩܘܒ ܘܝܗܒܗ ܠܒܢܝ̈ ܥܣܘ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܕܕܝܠܗ ܗܝ: ܘܡܫܠܡܝܢ ܦܘܩܕܢܐ ܠܡܪܗ ܘܠܐ ܓܢܒܝܢ ܠܗ: ܘܡܫܬܥܒܕ ܠܗ ܢܛܘܪ ܡܠܟܘܬܐ ܠܗܘ ܕܟܠ ܠܗ ܡܫܬܥܒܕܝܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܕܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢܝ̈ ܥܣܘ ܠܐ ܡܫܬܠܡܐ ܒܝܕ ܚܝ̈ܠܐ ܡܬܟܢ̈ܫܐ ܕܥܬܝܕܝܢ ܕܢܣܩܘܢ ܥܠܝܗ: ܡܛܠ ܕܡܠܟܘܬܐ ܠܝܗܘܒܗ ܗܝ ܡܬܢܛܪܐ ܘܗܘ ܢܛܪ ܠܗ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢܝ̈ ܥܣܘ ܠܝܗܘܒܗ ܗܝ ܡܬܢܛܪܐ ܠܐ ܬܬܦܠܓ ܒܗ ܕܠܐ ܡܬܙܟܝܐ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܓܒܪܐ ܓܢܒܪܐ ܕܫܡܗ ܝܫܘܥ ܐܬܐ ܒܚܝܠܗ ܘܙܝܢܗ ܫܩܝܠ ܟܠܗ ܚܝܠܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܒܨܝ ܚܙܝ ܕܐܦ ܒܡܢܝܢ ܥܡ ܥܡܗܘܢ ܟܬܝܒ: ܘܐܝܟܢܐ ܕܒܡܢܝܢ ܥܡ ܥܡܗܘܢ ܐܦ ܡܥܕܪ ܠܗܘܢ: ܘܢܝܫܗ ܣܓܝ ܒܐܬܪܐ ܗܘ ܘܙܝܢܗ ܠܒܫܝܢ ܘܠܐ ܡܬܙܟܝܢ ܒܩܪܒܐ. ܘܐܢ ܐܡܪ ܠܝ. ܕܒܫܢܝ̈ܐ ܕܡܠܟܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܩܕܡ ܗܠܝܢ ܚܝܘܬܐ

teribit, quia regnum sempiternum est.

24. Imperium dedit prius filiis Iacob, eisque submisit filios Esau, sicut Isaac ad Esau dixit : *Iacob fratri tuo servies*[1]. Cumque in imperio haud prospere succederent, abstulit ab eis regnum, filiisque Esau dedit, *donec veniret is cuius est*[2], ut tunc depositum datori restituerent, nedum illud subriperent, eique custos regni serviret cui omnia serviunt. Idcirco illud regnum filiorum Esau non traditur copiis congregatis quae adversum illud iam iam sunt ascensurae, quia regnum ei qui illud dedit servatur, idque ipse servat. De his autem quae tibi scripsi, carissime, regnum nempe filiorum Esau ei adservari qui illud dedit, noli dubitare; regnum illud non superabitur, quia vir fortissimus, cui nomen Iesus, in virtute sua venit, et eius arma totam regni virtutem portant. Perscrutare etiam et considera ipsum in censu cum eis adscriptum esse[3]; et quemadmodum cum eis est in censu adnumeratus, ita eis auxiliatur; signum eius in loco illo multiplicatum est; armaturam eius induunt, atque in praelio non devincuntur. Mihi forsan dices : Quomodo in annis regnum illorum qui hos praecesserunt, bestiam

AB] — 1 B ܐܝ. — 11 A ܠܗ ܡܫܬܥܒܕ. — *Ib.* A add. ܗܘ [ܗܘܐ. — 13 A ܚܝܠܐ ܕܢܣܩܘܢ. — 18 B ܘܠܐ. — *Ib.* A om. ܗܝ. — 20 A ܫܩܝܠ. — 21 A ܥܡ. — *Ib.* A ܚܙܝ. — 23 A ܥܡ.

[1] Gen. xxvii, 40. — [2] *Ib.* xlix, 10. — [3] Luc. ii, 1, 2.

[tantummodo] vicerunt ac subegerunt? Ea causa est quod duces ac reges, qui tempore illo filiorum Esau regno praeerant, secum in praelio noluerunt ducere virum qui cum eis in censu adnumeratus fuerat; propter hoc bestia aliquatenus subacta est, non vero interfecta.

25. Haec autem, carissime, quae tibi scribo, et apud Danielem consignata sunt [1] ad finem usque non perduxi, magis vero citra finem [relinquo]. Si quis autem his de rebus litem moveat, ita ei dicito : Conclusa non sunt verba illa, quia verba Dei infinita sunt, neque unquam consummabuntur. Insipientis hominis est dicere : Huc usque verba haec procedunt. At nil eis addendum est neque ab eis detrahendum; sed divitiae Dei inaestimabiles sunt et immensae. Si enim aquas e mari dempseris, nullum eius perspicietur damnum; si arenam de littore abstuleris, numerus eius non minuetur; si dinumeraveris stellas caeli, ad earum summam non pervenies; et si ignem ab incendio accenderis, nihil quidquam extenuabitur. Ita de Christi spiritu si acceperis, Christus nequaquam imminuetur, et si in te habitaverit Christus, non in te unice concludetur, sicut per fenestras domus tuae quando sol pervadit, ad te totus non advenit.

ܠܒܪ̈ܢܫܐ ܡܫܥܒܕܝܢ ܗ̄ܘܘ. ܡܛܠ ܕܪ̈ܫܐ ܘܡ̈ܠܟܐ ܕܡܫܡܫܝܢ ܗ̄ܘܘ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܒܢ̈ܝ ܥܣܘ ܠܐ ܨܒܘ ܕܢܕܒܪܘܢ ܥܡܗܘܢ ܠܩܪܒܐ ܠܓܒܪܐ ܕܡܬܡܢܐ ܥܡܗܘܢ ܒܡܢܝܢܐ: ܡܛܠܗܕܐ ܐܬܟܒܫܬ ܚܝܘܬܐ ܩܠܝܠ ܐܠܐ ܠܐ ܐܬܩܛܠܬ܀

ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܩܕܡ ܕܟܬܝܒܢ ܒܕܢܝܐܝܠ ܠܐ ܗܘܐ ܠܫܘܠܡܐ ܡܛܝܬ ܐܢܝܢ ܐܠܐ ܠܒܪ ܡܢ ܫܘܠܡܐ. ܘܐܢ ܐܢܫ ܢܬܚܪܐ ܠܘܩܒܠܝ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܐ ܚܬܝܡܢ ܡ̈ܠܐ ܗܠܝܢ ܡܛܠ ܕܡ̈ܠܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܫܬܠܡܢ ܘܐܦܠܐ ܡܬܓܡܪܢ. ܒܪܢܫܐ ܓܝܪ ܣܟܠܐ ܐܡܪ: ܕܥܕܡܐ ܠܗܪܟܐ ܡܛܝܢ ܡ̈ܠܐ: ܘܠܝܬ ܠܗ ܠܡܘܣܦܘ ܥܠܝܗܝܢ ܘܠܡܒܨܪܘ ܡܢܗܝܢ. ܥܘܬܪܗ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܫܩܠ ܘܠܐ ܡܬܡܫܚ. ܐܢ ܓܝܪ ܬܫܩܘܠ ܡ̈ܝܐ ܡܢ ܝܡܐ ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܚܣܝܪܘܬܗ: ܘܐܢ ܬܫܩܘܠ ܚܠܐ ܡܢ ܣܦܬܗ ܠܐ ܒܨܪ ܡܢܝܢܗ: ܘܐܢ ܬܡܢܐ ܟܘܟܒ̈ܐ ܕܫܡܝܐ ܠܐ ܬܡܛܐ ܠܣܟ ܡܢܝܢܗܘܢ: ܘܐܢ ܬܐܚܕ ܢܘܪܐ ܡܢ ܝܩܕܢܐ ܡܕܡ ܠܐ ܡܬܒܨܪ: ܘܐܢ ܬܣܒ ܡܢ ܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܝܚܐ ܡܕܡ ܠܐ ܚܣܪ: ܘܐܢ ܡܫܝܚܐ ܢܥܡܪ ܒܟ ܠܐ ܗܘܐ ܒܟ ܗܘ ܚܬܝܡ ܠܗ: ܘܐܝܟ ܫܡܫܐ ܕܥܐܠ ܒܟܘ̈ܐ ܕܒܝܬܟ ܠܐ ܗܘܐ ܟܠܗ ܫܡܫܐ ܥܐܠ ܠܘܬܟ. ܗܠܝܢ

AB] — 21 A add. ܠܗܘܢ [ܘܐܢ.

[1] Dan. VII, 1 et seqq.

ܟܠܗܝܢ ܕܡܢܝܬ ܠܟ ܒܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܐܬܒܪܝ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘܝܬ ܝܠܦ ܕܠܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܐܢܫ ܡܛܝܗ ܐܘ ܡܛܐ ܠܣܘܦܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܬܗܘܐ ܠܟ ܚܪܝܢܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܘܐܡܪ: ܕܗܠܝܢ ܐܝܟܢ ܘܣܦܩ. ܐܠܐ ܗܠܝܢ ܩܒܠ ܡܢܝ ܘܬܘܒ ܘܐܦ ܠܐܚܝܢ ܒܢܝ ܗܝܡܢܘܬܢ ܫܐܠ ܥܠܝܗܝܢ. ܡܢ ܓܝܪ ܕܡܒܙܚ ܒܡ̈ܠܘܗܝ ܕܐܚܘܗܝ ܐܦܢ ܢܐܡܪ: ܕܕܝܠܗ ܚܟܝܡܝܢ: ܠܐ ܬܫܡܥ ܡ̈ܠܘܗܝ. ܡܛܠ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܥܠ ܗܠܝܢ ܚܝ̈ܠܘܬܐ ܕܡܬܬܙܝܥܝܢ ܠܩܪܒܐ ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܓܠܝܢܐ ܠܟ ܐܘܕܥܬܟ ܗܠܝܢ: ܐܠܐ ܚܘܪ ܠܡ̈ܠܐ ܕܣܡܬ ܒܪܫܐ: ܕܟܠ ܡܢ ܕܡܬܪܝܡ ܗܘ ܡܬܡܟܟ. ܐܢ ܓܝܪ ܢܣܩܘܢ ܚܝ̈ܠܐ ܘܢܙܟܘܢ ܕܥ ܕܡܢ ܡܪܕܘܬܗ ܗܝ ܕܐܠܗܐ: ܘܐܢ ܢܙܟܘܢ ܒܕܝܢܐ ܟܐܢܐ ܡܬܚܝܒܝܢ. ܒܪܡ ܕܟܘܪ ܗܝ ܚܝܘܬܐ ܕܒܙܒܢܗ ܗܘ ܡܬܩܛܠܐ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܐܚܝ ܒܒܥܘܬܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܐܬܚܦܛ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܕܫܝܢܐ ܢܗܘܐ ܥܠ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܩܪ̈ܒܐ܀

Omnia haec quae tibi enumeravi verbo Dei creata sunt; ex hoc ergo disce neminem verbum Dei attigisse, neque unquam terminum eius esse adsecuturum. Propterea noli de iis iurgium habere, et dicito: Res ita se habent, et satis est. Verumtamen haec a me accipe, et insuper fratres nostros, filios fidei nostrae, de his interroga; eum autem qui fratris sui sermones deridet, etiam si suos prudentes esse dicat, noli tamen audire loquentem. Quae autem tibi scripsi de copiis illis quae ad bellum tumultuantur, non tanquam ex data mihi revelatione tibi aperui; verum ad haec attende verba quae in exordio epistolae [posui]: *Quicumque se exaltat humiliatus est*[1]. Itaque si copiae victrices ascenderint, scito id esse a Deo correptionem, easque, si praevaluerint, iusto iudicio esse condemnandas. Verumtamen recordare bestiam suo tempore occidendam esse. Tu autem, frater mi, in imploranda misericordia operam nunc impende, ut super populum Dei pax fiat.

Explicit Demonstratio de Bellis.

AB] — 2 B ܗܘܝܬ ܝܠܦ (sic). [ܗܘܝܬ ܝܠܦ. — 4 A ܡܛܝܗ. — 7 A *filios fidei meae* ܒܢܝ ܗܝܡܢܘܬܝ. — 13 A ܠܡܠܘܗܝ. — *Ib.* A om. ܕܣܡܬ. — 17 A ܡܬܚܝܒܝܢ.

[1] Luc. XIV, 11.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܒܢܝ ܩܝܡܐ

DEMONSTRATIO SEXTA

DE MONACHIS[1]

1. Idoneum profecto et dignum qui recipiatur profero sermonem: *Exsurgamus iam nunc de somno*[2], et corda nostra cum manibus nostris ad Deum in caelum extollamus, ut cum repente Dominus domus aderit, nos vigilantes veniens reperiat[3]. Observemus igitur horam Sponsi gloriosi, ut cum eo ad eius thalamum introeamus[4]. Oleum aptemus lampadibus nostris, ut in eius occursum cum gaudio egrediamur[5]. Viaticum in mansione nostra ad arctam et angustam viam praeparemus[6]. Omnem foeditatem a nobis repellamus et abiiciamus, ut vestes nuptiales induamur[7]. Pecunia quam accepimus lucrum faciamus, ut servi boni vocemur[8]. Fideles simus in oratione, ut locum habitationis timoris transgrediamur. Corda nostra emundemus ab iniquitate, ut Excelsum in gloria sua videamus. Simus misericordes sicuti est scriptum[9], ut Deus nostri miserea-

ܘ ܫܘܝܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪܢܐ ܘܫܘܝܐ ܗܝ ܠܡܩܒܠܘܬܗ: ܕܢܬܬܥܝܪ ܡܢ ܫܢܬܢ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܘܢܪܝܡ ܠܒܝܢ ܥܡ ܐܝܕܝܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܠܫܡܝܐ: ܕܡܐ ܕܡܢ ܫܠܝܐ ܢܐܬܐ ܡܪܗ ܕܒܝܬܐ ܥܝܪܐ ܕܐܬܐ ܢܫܟܚܢ ܒܥܝܪܘܬܐ. ܢܛܪ ܡܪܗ ܕܚܬܢܐ ܡܫܒܚܐ: ܕܢܥܘܠ ܥܡܗ ܠܓܢܘܢܗ. ܢܛܝܒ ܡܫܚܐ ܠܠܡܦܐܕܝܢ ܕܢܦܘܩ ܠܐܘܪܥܗ ܒܚܕܘܬܐ. ܢܛܝܒ ܙܘܕܐ ܠܐܘܬܢ: ܠܐܘܪܚܐ ܕܐܠܝܨܬܐ ܘܐܥܝܩܬܐ. ܢܪܚܩ ܘܢܫܕܐ ܡܢܢ ܟܠܗ ܛܢܦܘܬܐ: ܕܢܠܒܫ ܢܚܬܐ ܕܡܫܬܘܬܐ. ܢܬܬܓܪ ܒܟܣܦܐ ܕܩܒܠܢ: ܕܢܬܩܪܐ ܥܒܕܐ ܛܒܐ. ܢܗܘܐ ܡܗܝܡܢܐ ܒܨܠܘܬܐ: ܕܢܥܒܪ ܐܬܪܐ ܕܥܡܪ ܕܚܠܬܐ. ܢܕܟܐ ܠܒܢ ܡܢ ܥܘܠܐ: ܕܢܚܙܐ ܠܪܡܐ ܒܐܝܩܪܗ. ܢܗܘܐ ܡܪܚܡܢܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܢܪܚܡ ܥܠܝܢ ܐܠܗܐ. ܢܗܘܐ ܡܫܝܢܐ ܠܟܠ: ܕܢܬܩܪܐ ܐܚܐ ܠܡܫܝܚܐ. ܢܗܘܐ

AB] — 4 A super ܛܠ [ܡܢ. — 9 A ܠܠܡܦܐܕܝܢ. — 13 A ܘܢܬܩܪܐ. — 14 A ܐܡܝܢܐ]. — 15 A ܕܠܐ] ܡܕܚܠܬܐ.

[1] ܒܢܝ ܩܝܡܐ *filii foederis*. Vid. Praefat. § 20. — [2] Rom. XIII, 11. — [3] Matth. XXIV, 42. — [4] *Ib.* XXV, 10. — [5] *Ib.* XXV, 4. — [6] *Ib.* VII, 14. — [7] *Ib.* XXII, 12. — [8] *Ib.* XXV, 21. — [9] *Ib.* V, 7. Luc. VI, 36.

ܩ̈ܢܝܢܐ ܠܡܫܝܚܐ: ܕܢܣܒܥ ܡܢ ܦܬܘܪ ܡܠܟܘܬܗ. ܢܗܘܐ ܡܠܚܐ ܕܩܘܫܬܐ: ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܚܘܝܐ. ܢܕܟܐ ܙܪ̈ܥܝܢ ܡܢ ܟܘܒ̈ܐ: ܕܢܬܠ ܦܐܪ̈ܐ ܚܕ ܒܡܐܐ. ܢܫܬܐܣ ܒܢܝܢܢ ܥܠ ܫܘܥܐ: ܕܠܐ ܢܬܬܙܝܥ ܡܢ ܪ̈ܘܚܐ ܘܓ̈ܠܠܐ. ܢܗܘܐ ܡܐ̈ܢܐ ܠܐܝܩܪܐ: ܕܢܬܒܥܐ ܠܡܪܢ ܠܣܘܢܩܢܗ. ܢܙܒܢ ܟܠܗ ܩܢܝܢܢ: ܘܢܙܒܢ ܠܢ ܡܪܓܢܝܬܐ ܕܢܬܥܬܪ. ܢܣܝܡ ܣܝܡܬܢ ܒܫܡܝܐ: ܕܡܐ ܕܐܙܠܝܢ ܢܦܬܚ ܘܢܬܒܣܡ. ܢܣܥܘܪ ܠܡܪܢ ܒܟܪ̈ܝܗܘܬܗ: ܕܢܩܪܝܢ ܠܡܩܡ ܡܢ ܝܡܝܢܗ. ܢܣܢܐ ܢܦܫܢ ܘܢܪܚܡ ܠܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܗܘ ܐܚܒܢ ܘܐܫܬܠܡ ܥܠ ܐܦܝܢ. ܢܝܩܪ ܠܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܛܝܒܘܬܐ. ܢܗܘܐ ܡܢ ܥܠܡܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ ܐܝܟ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢܗ. ܢܗܘܐ ܡܟܝ̈ܟܐ ܘܢܓܝܪ̈ܐ: ܕܢܝܪܬ ܐܪܥܐ ܕܚ̈ܝܐ. ܢܗܘܐ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܒܬܫܡܫܬܗ: ܕܢܩܝܡܢ ܒܡܫܟܢܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ. ܨܠܘܬܐ ܕܝܠܗ ܒܕܟܝܘܬܐ: ܢܩܪܒ ܕܬܥܠ ܩܕܡ ܡܪܐ ܪܒܘܬܐ. ܢܗܘܐ ܫܘܬܦܐ ܒܚܫܘܗܝ: ܕܗܘܝܢܐ ܐܦ ܒܩܝܡܬܗ ܢܚܐ. ܢܫܩܘܠ ܢܝܪܗ ܥܠ ܨܘܪ̈ܢ: ܕܢܬܗܢܐ ܡܢ ܙܝܘܐ ܕܐܬܐ. ܕܢܚܘܐ ܗܘ ܠܢ ܒܥܝܢܐ ܕܐܬܐ ܠܗ: ܘܢܚܘܐ ܡܫܒܚܢ ܡܫܡܫܢ ܠܗ. ܐܝܟ

tur. Sit pax inter nos, ut fratres Christi vocemur[1]. Esuriamus iustitiam, ut de mensa regni eius satiemur[2]. Sal efficiamur veritatis[3], ne in escam serpentis cedamus. Semina nostra purgemus a spinis, ut fructum in centuplum praebeant[4]. Aedificium nostrum petrae superstruamus, ne ventis fluctibusque quatiatur[5]. Simus vasa honoris, ut nos Dominus ad utilitatem suam requirat[6]. Omnes facultates nostras venumdemus, et margaritam nobis comparemus, qua locupletemur[7]. Thesaurum nostrum collocemus in caelo[8], ut cum migraverimus, [Deus] nobis aperiat, deliciisque fruamur. Visitemus Dominum in infirmis suis[9], ut nos ad standum a dextris suis advocet[10]. Odio habeamus nosmetipsos[11], et Christum diligamus, sicut ipse dilexit nos ut pro nobis traderetur[12]. Spiritum Christi honoremus, ut ab eo gratiam accipiamus. Alieni a mundo efficiamur, quemadmodum Christus ex eo non fuit[13]. Humiles simus ac patientes, ut det nobis terram vitae in hereditatem[14]; in eius servitio fideles, ut nos in tabernaculo sanctorum ministros constituat. Ipsius orationem cum puritate proferamus, ut ea ad Dominum maiestatis accedat. Passionis eius simus participes, ut vicissim

AB] — 8 A ܠܡܣܬܥܢܘܬܐ. — 12 B ܒܟܪ̈ܝܗܘܬܗ. — 13 A ܠܢܦܫܢ. — 16 B ܛܝܒܘܬܐ. — 23 B ܒܩܝܡܬܗ.

[1] Matth. v, 9. — [2] Ib. v, 6. — [3] Ib. v, 13. — [4] Luc. VIII, 7, 8. — [5] Matth. VII, 27. — [6] II Tim. II, 21. — [7] Matth. XIII, 46. — [8] Ib. VI, 20. — [9] Ib. XXV, 36. — [10] Ib. XXV, 33. — [11] Ioh. XII, 25. — [12] Ephes. V, 2. — [13] Ioh. XVII, 14. — [14] Matth. V, 4.

in eius resurrectione vivamus. Adsumamus signum eius super corpora nostra, ut ab ira ventura liberemur; terribilis enim est dies ille quo superveniet, et quis eum poterit sustinere[1]? Vehemens fervidaque est eius ira, et cunctos impios perdet. Galeam salutis capiti nostro imponamus[2], ne in praelio vulnerati occumbamus. Accingamus lumbis nostris veritatem[3], ne debiles in agone inveniamur. Surgentes Christum exsuscitemus[4], ut procellas a nobis comprimat. Scutum contra malignum arripiamus, praeparationem Evangelii Salvatoris nostri[5]. Potestatem a Domino accipiamus serpentes et scorpiones conculcandi[6]. Iram et omnem furorem et malitiam a nobis compescamus. Convicia ne exeant de ore nostro, per quod Deum oramus. Maledici ne simus, ut maledictum legis effugiamus. Solertes operarii efficiamur, ut cum prioribus mercedem nostram requiramus; pondus diei perferamus, ut copiosiorem mercedem possimus repetere; nec simus operarii otiosi, nam ecce Dominus conduxit nos in vineam suam[7]. Tanquam palmites conseramur in eius vinea, quae est vinea vera, simusque palmites boni[8], ne de vinea evellamur. Si-

AB] — 4 A *lumbos nostros aequitate et veritate ne forte inveniamur* [Syriac]. — 8 A *invocemus* [Syriac]. — 11 A [Syriac]. — 12 A [Syriac]. — 18 A om. [Syriac]. — *Ib.* A [Syriac]. — 22 A [Syriac]. — 24 A *non habeamus* [Syriac].

[1] Ioel. II, 11. Mal. III, 2. — [2] Eph. VI, 17. — [3] *Ib.* VI, 14. — [4] Matth. VIII, 25. — [5] Eph. VI, 16, 15. — [6] Luc. X, 19. — [7] Matth. XX, 1 seqq. — [8] Ioh. XV, 1, seqq.

ܟܠ ܡܕܡ ܐܣܝܪ ܢܝܚ. ܟܕ ܐܢܫ ܠܐ ܡܪܐ ܠܢ: ܕܢܦܘܚ ܪܝܚܢ ܥܠ ܚܕܪܝܢ. ܢܗܘܐ ܡܣܟܢܐ ܒܥܠܡܐ: ܘܢܥܬܪ ܣܓܝܐܐ ܒܝܘܠܦܢܗ ܕܡܪܢ. ܐܒܐ ܠܐ ܢܩܪܐ ܠܢ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܕܢܗܘܐ ܒܢܝܐ ܠܐܒܐ ܕܒܫܡܝܐ. ܟܕ ܠܐ ܢܩܢܐ ܡܕܡ ܗܝܕܝܢ ܟܠ ܡܕܡ ܢܩܢܐ. ܟܕ ܠܐ ܢܕܥܢ ܐܢܫ ܗܝܕܝܢ ܣܓܝܐܐ ܢܗܘܘܢ ܠܢ ܝܕܘܥܐ. ܢܚܕܐ ܒܣܒܪܢ ܒܟܠܙܒܢ: ܕܢܚܕܐ ܒܢ ܣܒܪܢ ܘܡܚܝܢܢ. ܢܕܘܢ ܢܦܫܢ ܒܟܐܢܘܬܐ: ܘܢܚܝܒ ܢܦܫܢ: ܕܠܐ ܢܒܗܬ ܩܕܡ ܕܝܢܐ ܕܝܬܒܝܢ ܥܠ ܟܘܪܣܘܬܐ: ܘܕܝܢܝܢ ܫܒܛܐ. ܢܠܒܫ ܙܝܢܐ ܠܩܪܒܐ: ܛܘܝܒܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܢܩܘܫ ܒܬܪܥܐ ܕܫܡܝܐ: ܕܢܬܦܬܚ ܩܕܡܝܢ ܘܢܥܘܠ ܒܗ. ܢܒܥܐ ܪܚܡܐ ܒܐܦܝܐ: ܕܢܣܒ ܟܡܐ ܕܡܬܒܥܐ ܠܢ. ܢܒܥܐ ܡܠܟܘܬܗ ܘܙܕܝܩܘܬܗ: ܕܢܣܒ ܒܐܪܥܐ ܬܘܣܦܬܐ. ܕܠܥܠ ܢܬܪܦܝܢ ܘܢܗܓܐ ܒܗܝܢ: ܕܬܡܢ ܐܬܪܝܡ ܘܐܬܥܠܝ ܡܫܝܚܐ. ܢܫܒܘܩ ܥܠܡܐ ܕܠܘ ܕܝܠܢ ܗܘ: ܕܢܡܛܐ ܠܐܬܪܐ ܕܐܬܩܪܝܢ ܠܗ. ܢܪܝܡ ܥܝܢܝܢ ܠܪܘܡܐ: ܕܢܚܙܐ ܙܝܘܐ ܕܥܬܝܕ ܕܢܬܓܠܐ

mus etiam suavis odor[1], ut fragrantia nostra ad circumstantes diffundatur. Simus in mundo pauperes, ut plurimos doctrina Domini locupletemus. Patrem neminem vocemus nobis super terram, ut simus filii Patris qui in caelis est[2]. Quando nihil habuerimus, tunc omnia possidebimus; cum nemo noverit nos, tunc familiares habebimus plurimos. In spe nostra laetemur omni tempore, ut in nobis ipse gaudeat spes nostra et Salvator noster. Nosmetipsos iuste iudicemus et condemnemus, ne vultum deiiciamus ante iudices qui super thronos sedentes, tribus iudicabunt[3]. Arma sumamus ad certamen, praeparationem Evangelii[4]. Ad portam caeli pulsemus, ut coram nobis aperiat eam et introeamus[5]. Misericordiam obnixe efflagitemus, ut quantum nobis opus est consequamur. Ipsius regnum et iustitiam eius postulemus, ut accipiamus in terra incrementum[6]. Ea quae sursum sunt, caelestia, curemus et meditemur, quo evectus et sublimatus est Christus[7], mundum, qui noster non est, relinquentes, ut ad locum ad quem invitati sumus perveniamus. Oculos nostros ad superna extollamus, ut splendorem qui apparebit

AB] — 1 A ܐܣܝܪ. — 6 B ܡܪܕܘܬܐ. — 13 A add. ܕܟܐ [ܕܝܢܐ. — 15 A om. ܕܝܢ. — 16 B ܘܐܬܪܝܡ. — 17 A *ad excelsa caelorum* ܠܪܘܡܐ ܕܫܡܝܐ [ܠܡܪܘܡܐ. — 18 A ܐܝܟ ܕܢܬܪ. — 19 A [illegible]. — 22 A om. ܐܝܟܐ ܕܝܢ. — 25 B desinit ܒܟܠ.

[1] II Cor. II, 15. — [2] Matth. XXIII, 9. — [3] *Ib.* XIX, 28. — [4] Eph. VI, 16. — [5] Matth. VII, 7. — [6] *Ib.* VI, 33. — [7] Col. III, 1, 2.

contemplemur. Alas nostras velut aquilae sublevemus, ut [ibi] corpus ubi est videamus[1]. Sacrificia regi paremus, fructus desiderabiles, ieiunium et orationem. Custodiamus arrhabonem eius in integritate, ut universae domui thesauri sui nos praeficiat; qui enim in eius arrhabone fraudat non sinitur thesauri domum ingredi. Corpus Christi caute custodiamus, ut voce tubae corpora nostra resurgant. Attendamus ad vocem Sponsi, ut cum eo thalamum intremus. Munera convivio eius apparemus, et in eius occursum exeamus laetantes, induti veste sancta, ut primario loco inter electos accumbamus. Nam qui nuptiale vestimentum non induerit, in tenebras exteriores eiicietur[2]. Qui se a nuptiis excusaverit[3], caenam non gustabit. Qui rura et mercatum amat, a civitate Sanctorum prohibebitur. Qui fructus in vinea sua non praebuerit, eradicabitur atque ad cruciatum mittetur. Qui pecuniam a Domino suo sumpsit, datori cum lucro referat[4]. Qui cupit mercator fieri villam sibi cum thesauro qui in ea est emat[5]. Qui semen bonum suscepit[6], terram suam spinis emundet. Qui piscator vult fieri, suum rete assidue iaciat. Qui ad certamen est educatus, a saeculo se

ܩܢܝܐ. ܚܙܝܐ ܟܠܗ ܕܫܬܐܣܐ: ܕܢܬܠ ܟܢܦܝܢ ܐܝܟ ܢܫܪܐ. ܢܚܙܐ ܕܐܝܟܐ ܦܓܪܐ ܠܡܠܟܢ: ܘܢܩܪܒ ܠܦܐܪ̈ܘܗܝ ܪܓܝܓܬܐ. ܢܠܒܟ ܠܡܗܝܡܢܘܬܐ ܩܪܝܒܬܐ: ܘܢܗܘܐ ܗܝܡܢܐ ܒܪܗܒܘܢܐ ܕܝܗܒ. ܡܢ ܕܠܐ ܠܒܝܫ ܠܡܗܝܡܢܐ ܕܡܫܬܐܠܐ ܡܫܡܫܝܢ ܠܗ ܠܒܝܬܐ ܕܒܪܐ. ܡܢ ܕܡܫܬܐܠ ܡܢ ܡܫܬܐܠܐ ܠܐ ܢܥܘܠ ܠܗ ܠܟܢܘܫܬܐ. ܡܢ ܕܢܛܪ ܦܓܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܬܠܡ ܠܗ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܩܕܝܫܐ. ܡܢ ܕܠܐ ܢܥܘܠ ܒܐܪܐ ܒܗܝܟܠܗ ܕܒܪܗ ܡܢ ܡܫܬܘܬܐ: ܘܡܫܬܐܠ ܠܡܫܝܚܐ. ܡܢ ܕܫܒܩ ܢܦܫܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܢܦܩܐ ܠܒܝܬ ܥܘܪܒܗ ܒܡܫܬܘܬܗ. ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܠܚܡܐ ܢܩܒܠ ܠܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܩܕܝܫܘܗܝ. ܡܢ ܕܡܫܬܒܩ ܪܘܚܐ ܠܚܡܐ ܚܕܬܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܩܕܢܐ. ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܙܪܥܐ ܛܒܐ ܡܢ ܡܫܡܠܐ ܒܟܠ ܙܒܢ. ܡܢ ܕܢܬܒܪܟ ܒܐܪܥܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ. ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܬܐܓܪܐ ܢܙܒܢ ܒܐܪܥܐ ܡܢ ܡܫܘܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܣܝܡܬܐ. ܡܢ ܕܙܪܥܐ ܛܒܐ ܢܩܒܠ ܢܚܘܪ ܠܐܪܥܗ ܡܢ ܟܘܒܐ. ܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܨܝܕܐ ܢܪܡܐ ܡܨܝܕܬܗ ܒܟܠܙܒܢ. ܡܢ ܕܠܐܓܘܢܐ ܢܦܩ ܢܦܪܘܫ ܢܦܫܗ ܡܢ ܥܠܡܐ. ܡܢ ܕܢܦܩ

A] — 24 A ܗܘܐ. Ego cum Wright ܘܗܘܐ conieci, secus aliqua clausula omissa est.

[1] Vid. Matth. xxiv, 28. — [2] Matth. xxii, 13. — [3] Luc. xiv, 18. — [4] Matth. xxv, 16. — [5] Ib. xiii, 44. — [6] Ib. xiii, 7.

ܢܛܪܐ ܕܡܪܕܝܬܐ ܡܛܝܒܐ ܘܡܫܡܠܐ ܢܛܝܒ ܢܦܫܗ. ܡܢ ܕܢܣܒ ܟܠܝܠܐ ܕܢܨܚܢܐ ܩܕܝܡ ܟܠܡܐ ܢܛܝܒ ܢܦܫܗ. ܡܢ ܕܪܚܡ ܟܠܝܠܐ ܕܡܩܪܒܐ ܒܒܥܠܕܒܒܗ ܕܢܦܠ ܠܐ ܢܬܩܛܠ. ܡܢ ܕܡܣܬܒܪ ܕܢܬܚܫܒ ܒܥܒܕܐ ܕܦܘܠܚܢܐ ܡܬܟܠܐ ܠܐ ܢܬܥܒܕ ܠܗ. ܡܢ ܕܡܣܬܒܪ ܠܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܡܠܐܟܐ ܡܫܡܠܝܘܬܗ ܕܒܢܝܢܐ ܠܐ ܢܬܚܡܣ. ܡܢ ܕܪܚܡ ܕܢܬܚܫܒ ܒܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܢܛܪ ܡܢܗ ܬܓܪܘܬܐ. ܡܢ ܕܪܚܡ ܢܦܫܗ ܠܩܢܝܢܝܗ ܠܐ ܢܫܬܥܠܐ ܘܢܗܘܐ ܠܚܕܐ. ܡܢ ܕܢܦܠ ܒܗ ܪܘܚܐ ܠܒܢܐ ܠܐ ܢܥܒܕ ܠܒܢܝܢܐ ܠܡܥܡܪܗ ܒܗ ܕܛܝܢܐ. ܡܢ ܕܣܟܐ ܠܡܬܚܛܦܘ ܒܥܢܢܐ ܡܪܟܒܬܐ ܢܣܒܘܢ ܐܝܟ ܠܡܠܟܘܬܐ ܢܦܩܘܢ. ܡܢ ܕܡܣܟܐ ܠܗ ܠܡܫܬܘܬܐ: ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܡܫܬܐ ܠܫܬܝܐ ܐܘܪܚܐ. ܡܢ ܕܡܬܛܝܒ ܒܒܝܬܗ ܟܠ ܫܦܝܪܐ ܢܬܚܡܣ ܡܬܐܣܘܪ ܕܠܐ ܢܦܠ ܡܢ ܡܫܟܢܐ. ܡܢ ܕܪܚܡ ܠܡܬܒܢܝܘ ܡܢ ܫܡܘܥܐ ܢܗܘܐ ܟܠ ܐܝܟ ܠܗ ܢܘܟܪܝܐ. ܡܢ ܕܒܢܐ ܕܠܐ ܢܒܙܘܢ ܒܫܘܠܡܐ ܡܢ ܡܬܠ ܕܟܠܗ ܢܦܩܗ. ܡܢ ܕܒܢܝܢܐ ܡܫܬܪܪ ܠܡܬܩܢܘ ܢܚܦܘܪ ܠܗ ܠܫܬܐܣܬܐ ܢܥܡܩܗ. ܡܢ ܕܒܥܐ ܡܢ ܚܫܘܟܐ ܢܥܪܘܩ ܐܦ ܗܘ ܠܢܗܝܪܗ. ܡܢ ܕܠܐ ܐܚܝܕ ܡܛܪܐ ܕܣܬܘܐ

custodiat. Qui vult coronam reportare[1], tanquam victor in agone currat. Qui optat in stadium ad certandum descendere, contra adversarium suum erudiatur. Qui vult ad pugnam incurrere, arma sumat quibus luctetur, ea[que] constanter nitidet. Qui angelorum similitudinem suscipit, ab hominibus fiat alienus. Qui adsumit iugum sanctorum, negotiationem a se removeat. Qui animam suam vult possidere, mundi possessiones arceat a se. Qui domum amat quae in caelis est, in habitatione lutea et caduca ne laboret. Qui exspectat se in nubibus raptum iri, splendidos equitatus sibi ne comparet. Qui sponsi convivium praestolatur, convivia huius saeculi ne diligat. Qui caena instructa cupit delectari, ebrietatem a se repellat. Qui se convivio parat, ne se excuset, nec mercator fiat[2]. Qui bonum semen recepit, malignum in se ne sinat zizania seminare[3]. Qui turrim incepit aedificare, omnes sumptus illius computet; debet enim qui aedificat perficere, ne viam transeuntibus sit irrisui[4]. Qui aedificium suum superstruit petrae, fundamenta eius penitus fodiat, ne procellis subruatur[5]. Qui tenebras vult effugere, ambulet dum lucem habet[6]. Qui hieme

A]

[1] I Cor. IX, 24. — [2] Luc. XIV, 18, 19. — [3] Matth. XIII, 24, 25. — [4] Luc. XIV, 29. — [5] Matth. VII, 24, 25. — [6] Ioh. XII, 35.

fugere praemetuit[1], statim ab aestate se expediat. Qui in requiem ingredi praestolatur, viaticum in illud sabbatum praeparet[2]. Qui expetit a Domino suo condonationem, debitori suo et ipse dimittat[3]. Qui centum denarios non exigit, ei myriadem talentorum Dominus eius dimittet. Qui pecuniam Domini sui super mensam [nummularii] collocavit[4], non vocabitur servus nequam. Qui humilitatem diligit, heres erit in terra vitae[5]. Qui pacem optat facere[6], e filiis Dei est. Qui Domini sui voluntatem novit, adimpleat eam, ut non vapulet multis[7]. Qui cor suum a dolo emundat, *Regem in decore suo videbunt oculi eius*[8]. Qui Christi Spiritum accipit, hominem suum interiorem exornet. Qui templum Dei vocatus est, corpus suum ab omni purget immunditie[9]. Qui Spiritum Christi coarctat, ex angustiis caput non exaltabit[10]. Qui portat Corpus Christi, corpus suum ab omni spurcitia custodiat. Qui veterem hominem dimisit, ad eius opera priora ne revertatur[11]. Qui novum hominem induit, animam suam ab omni servet turpitudine. Qui armaturam induit ex aquis[12], arma sua ne proiiciat, ne forte superetur. Qui scutum gestat adversus malignum, a telis quae

ܪܗܛ ܩܕܡܝ ܢܦܘܩ ܠܗ ܡܢܗ̇. ܡܢ ܕܡܣܟܐ ܠܡܥܠ ܠܢܝܚܐ ܥܠ ܫܒܬܐ ܗܝ ܢܛܝܒ ܙܘܕܐ ܒܥܓܠ. ܡܢ ܕܫܐܠ ܡܢ ܡܪܗ ܫܘܒܩܢܐ ܗܘ ܢܫܒܘܩ ܠܚܝܒܗ. ܡܢ ܕܠܐ ܬܒܥ ܡܐܐ ܕܝܢܪܝܢ ܡܪܗ ܢܫܒܘܩ ܠܗ ܪܒܘ ܟܟܪܝܢ. ܡܢ ܕܣܡ ܟܣܦܐ ܕܡܪܗ ܥܠ ܦܬܘܪܐ ܠܐ ܢܬܩܪܐ ܥܒܕܐ ܒܝܫܐ. ܡܢ ܕܪܚܡ ܡܟܝܟܘܬܐ ܝܪܬ ܒܐܪܥܐ ܕܚܝܐ. ܡܢ ܕܨܒܐ ܠܡܥܒܕ ܫܝܢܐ ܡܢ ܒܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܗܘ. ܡܢ ܕܝܕܥ ܨܒܝܢܗ ܕܡܪܗ ܢܫܠܡܝܘܗܝ ܕܠܐ ܢܬܢܓܕ ܣܓܝܐܬܐ. ܡܢ ܕܡܕܟܐ ܠܒܗ ܡܢ ܢܟܠܐ ܠܡܠܟܐ ܒܫܘܦܪܗ ܚܙܝܢ ܥܝܢܘܗܝ. ܡܢ ܕܢܣܒ ܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܨܒܬ ܒܪܢܫܗ ܓܘܝܐ. ܡܢ ܕܗܝܟܠܐ ܕܐܠܗܐ ܡܬܩܪܐ ܢܕܟܐ ܦܓܪܗ ܡܢ ܟܠ ܛܢܦܘܬܐ. ܡܢ ܕܡܥܝܩ ܠܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܢ ܐܘܠܨܢܐ ܠܐ ܢܪܝܡ ܪܫܗ. ܡܢ ܕܫܩܝܠ ܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܛܪ ܦܓܪܗ ܡܢ ܟܠ ܛܢܦܘܬܐ. ܡܢ ܕܫܒܩ ܒܪܢܫܐ ܥܬܝܩܐ ܠܐ ܢܗܦܘܟ ܠܥܒܕܘܗܝ ܩܕܡܝܐ. ܡܢ ܕܠܒܫ ܒܪܢܫܐ ܚܕܬܐ ܢܛܪ ܢܦܫܗ ܡܢ ܟܠ ܨܘܐܐ. ܡܢ ܕܠܒܫ ܙܝܢܐ ܡܢ ܡܝܐ ܠܐ ܢܫܕܐ ܙܝܢܘܗܝ ܕܠܐ ܢܬܙܟܐ. ܡܢ ܕܐܚܝܕ ܬܪܝܣܐ ܠܘܩܒܠ ܒܝܫܐ ܡܢ ܓܐܪܐ ܕܢܦܩܝܢ ܡܢܗ ܢܬܛܪ ܠܝܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ. ܡܢ ܕܡܬܥܛܦ ܠܙܝܢܐ ܕܐܘܪܝܬܐ ܢܛܪ ܢܦܫܗ ܡܢ ܟܠ ܓܐܪܐ ܕܡܛܠ ܕܠܐ ܢܬܙܟܐ. ܡܢ ܕܡܬܥܛܦ ܒܫܘܒܚܐ ܕܡܪܗ ܠܐܟܠܐ ܡܬܛܫܐ ܘܪܕܐ ܥܠ ܡܕܝܢܬܐ.

AB] — 8 B incipit ܒܡܘܦܩܗ. — 11 A *animam suam* ܢܦܫܗ [ܦܓܪܗ. — 19 A ܢܬܟܫ.

[1] Matth. xxiv, 20. — [2] Heb. iv, 11. — [3] Matth. xviii, 24 seqq. — [4] *Ib.* xxv, 27. — [5] *Ib.* v, 4. — [6] *Ib.* v, 9. — [7] Luc. xii, 47. — [8] Is. xxxiii, 17. — [9] I Cor. iii, 16, 17. — [10] Ps. cx (cix), 7. — [11] Eph. iv, 22. — [12] Ex aqua baptismi. Cf. Demonstr. vii, § 19, seqq.

ܡܢ ܕܬܘܟܠܢܗ ܗܘܐ ܥܠ ܡܪܗ ܠܐܝܠܢܐ ܬܘܒ ܕܡܐ ܕܢܨܝܒ ܥܠ ܝܒܠܐ. ܡܢ ܕܡܬܬܟܠ ܥܠ ܒܪ ܐܢܫܐ ܡܩܒܠ ܠܘܛܬܗ ܕܐܪܡܝܐ. ܡܢ ܕܐܙܡܢܗ ܚܬܢܐ ܢܛܝܒ ܢܦܫܗ. ܡܢ ܕܐܢܗܪ ܫܪܓܗ ܠܐ ܢܫܒܩܝܘܗܝ ܕܢܕܥܟ. ܡܢ ܕܡܣܟܐ ܠܩܥܬܐ ܢܫܩܘܠ ܠܗ ܡܫܚܐ ܒܡܐܢܗ. ܡܢ ܕܢܛܪ ܬܪܥܐ ܢܣܟܐ ܠܡܪܗ. ܡܢ ܕܪܚܡ ܒܬܘܠܘܬܐ ܢܬܕܡܐ ܠܐܠܝܐ. ܡܢ ܕܫܩܝܠ ܢܝܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܢܬܒ ܘܢܫܬܘܩ ܠܗ. ܡܢ ܕܪܚܡ ܫܠܡܐ ܢܣܟܐ ܠܡܪܗ ܠܣܒܪܐ ܕܚܝܐ܀

ille sibi immitit se custodiat. Qui taedio indulget, non sibi complacet in eo Dominus eius. Qui legi Domini sui studet, huius saeculi curis ne iactetur. Qui in lege Domini sui meditatur, arbori comparabitur super aquas plantatae[1]. Qui confidentiam in Dominum suum reposuit, arbori iterum similis erit super flumen constitutae[2]. Qui homini confidit, Ieremiae imprecationes suscipiet[3]. Quem Sponsus invitavit, praeparet animam suam. Qui lucernam suam accendit, eam ne negligat, ne forte exstinguatur. Qui clamorem opperitur[4], oleum in suo vase tollat. Qui ianuam custodit, Dominum suum exspectet. Qui virginitatem diligit, Eliae similis fiat. Qui iugum portat sanctorum, sedeat et taceat[5]. Qui pacem amat, Dominum suum in spem vitae praestoletur.

ܐܘܡܢ ܗܘ ܓܝܪ ܒܥܠܕܒܒܢ ܚܒܝܒܝ: ܚܪܝܦ ܗܘ ܕܠܘܩܒܠܢ ܡܬܟܬܫ: ܘܠܘܩܒܠ ܓܢܒܪܐ ܘܚܪܝܦܐ ܗܘ ܡܬܛܝܒ ܕܢܪܦܘܢ. ܡܚܝܠܐ ܓܝܪ ܕܝܠܗ ܐܢܘܢ: ܘܠܐ ܡܬܟܬܫ ܥܡ ܫܒܝܐ ܕܫܒܝܐ ܠܗ. ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܓܦܐ ܦܪܚ ܠܗ ܡܢܗ: ܘܠܐ ܡܛܝܢ ܠܗ ܓܐܪܐ ܕܫܕܐ ܠܗ. ܪܘܚܢܐ ܚܙܝܢ ܠܗ ܟܕ ܡܬܟܬܫ: ܘܠܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܙܝܢܘܗܝ ܒܦܓܪܝܗܘܢ. ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܢܘܗܪܐ ܠܐ ܕܚܠܝܢ ܡܢܗ: ܡܛܠ ܕܚܫܘܟܐ ܥܪܩ ܠܗ

2. Solers enim est inimicus noster, amice; callidus ille est qui adversum nos luctatur; et adversum strenuos inclitosque viros se accingit, ut effeminentur. Debiles enim illius sunt, nec pugnat cum captivis qui praeda sunt eius. Qui habet alas ab eo evolat, neque ei appropinquabunt tela quae in eum immitit. Spirituales eum vident incurrentem, nihilque valent eius arma in corpora eorum. Filiorum lucis nullus ab eo metuit, tenebrae enim a facie lucis fugantur; filii pariter [Dei]

AB] — 15 A add. ܗܘ [ܕܠܘܩܒܠܢ. — 21 B ܕܫܕܐ. — *Ib.* A add. ܕܝܢ [ܪܘܚܢܐ.

[1] Ps. I, 1, 3. — [2] Ier. XVII, 7, 8. — [3] *Ib.* XVII, 5. — [4] Matth. XXV, 6. — [5] Thren. III, 27, 28.

boni a malo nihil formidant, quia pedibus eorum dedit eum in conculcationem[1]. Si illi per similitudinem tenebris comparantur, ecce isti sunt lux[2]. Si serpentis instar adversus eos irreptat, ipsi sal effecti sunt[3], de quo edere nequit. Si etiam illos aspidi comparamus, ecce isti similes sunt infantibus. Et si adoritur eos per cibi concupiscentiam, ieiunio illum, ad Salvatoris exemplum, superant. Si cum eis oculorum concupiscentia vult decertare, oculos ad excelsa caelorum attollunt. Si illecebris eos nititur vincere, auditum ei non praebent. Si autem palam eis tendit congredi, ecce arma induunt et consurgunt adversus eum. Et si per somnum in eos incursat, expergiscuntur, vigilant, psallunt et orant. Si facultatibus eos perlicit, ipsas pauperibus erogant; si quaecunque res suavis eos lacessit, eam non gustant, amaram esse scientes. Et si eos Hevae libidine inflammat, soli habitant, non autem cum filiabus Hevae.

3. Per Hevam enim ad Adam introivit, et Adam imperitia sua deceptus est. Ad Ioseph etiam accessit per uxo-

ܡܢ ܚܕ ܢܗܘܐ. ܘܒܢ̈ܘܗܝ ܕܛܒܐ ܠܐ ܕܚܠܝܢ ܡܢ ܒܝܫܐ: ܡܛܠ ܕܪܓܠܐ ܝܗܒܗ ܠܕܘܫܝܗܘܢ. ܟܕ ܡܬܕܡܐ ܠܗܘܢ ܒܕܡܘܬܐ ܚܫܘܟܐ: ܗܘܝܢ ܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܢܘܗܪܐ. ܘܟܕ ܕܪܚܫ ܠܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܚܘܝܐ: ܗܘܝܢ ܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܡܠܚܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܐܟܠ ܡܢܗ. ܘܐܢ ܢܬܕܡܐ ܠܗܘܢ ܒܕܡܘܬܐ ܐܣܦܣ: ܗܘܝܢ ܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܒܕܡܘܬܐ ܝܠܘܕܐ. ܘܐܢ ܢܬܟܠ ܥܠܝܗܘܢ ܒܪܓܬ ܡܐܟܘܠܬܐ: ܙܟܝܢ ܠܗ ܒܨܘܡܐ ܒܕܡܘܬܐ ܦܪܘܩܢ. ܘܐܢ ܒܪܓܬ ܥܝܢ̈ܐ ܨܒܐ ܕܢܬܟܬܫ ܥܡܗܘܢ: ܡܪܝܡܝܢ ܥܝܢܝܗܘܢ ܠܪܘܡܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܐܢ ܒܫܘܕܠܐ ܨܒܐ ܕܢܙܟܐ ܐܢܘܢ: ܠܐ ܡܫܡܥܝܢ ܠܗ ܗܢܘܢ ܡܫܡܥܬܐ. ܘܐܢ ܗܘ ܕܒܓܠܝܐ ܨܒܐ ܕܢܬܟܬܫ ܥܡܗܘܢ: ܗܐ ܙܝܢܐ ܠܒܫܝܢ ܘܩܝܡܝܢ ܠܘܩܒܠܗ. ܘܐܢ ܗܘ ܕܒܫܢܬܐ ܨܒܐ ܕܢܦܠ ܥܠܝܗܘܢ: ܡܬܬܥܝܪܝܢ ܫܗܪܝܢ ܘܙܡܪܝܢ ܘܡܨܠܝܢ. ܘܐܢ ܒܩܢܝܢܐ ܢܚܠܛ ܐܢܘܢ: ܝܗܒܝܢ ܠܗ ܗܢܘܢ ܠܡܣܟܢܐ. ܘܐܢ ܐܝܟ ܚܠܝܐ ܥܐܠ ܠܘܬܗܘܢ: ܠܐ ܛܥܡܝܢ ܠܗ ܕܝܕܥܝܢ ܕܡܪܝܪܐ ܗܘ. ܘܐܢ ܒܪܓܬܐ ܕܚܘܐ ܢܠܗܒ ܐܢܘܢ: ܝܚܝܕܝܢ ܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܘܠܐ ܥܡ ܒܢܬ ܚܘܐ܀

ܥܠ ܓܝܪ ܠܘܬܗ ܥܠ ܐܕܡ ܒܝܕ ܚܘܐ: ܘܐܕܡ ܐܬܛܥܝ ܠܗ ܒܫܒܪܘܬܗ. ܘܥܠ ܐܦ ܥܠ ܝܘܣܦ ܒܝܕ ܐܢܬܬ ܡܪܗ:

AB] — 1 A ܒܢܘ̈ܗܝ. — 3 A *sub pedibus eorum* ܬܚܝܬ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܐܣܝܡ. — 13 A ܘܢܙܟܐ] ܕܢܙܟܐ. — 27 B om. ܐܦ.

[1] Gen. III, 15. — [2] Matth. V, 14. — [3] *Ib.* V, 13. Cf. Demonstr. II, § 16.

ܡܪܘܗܝ ܐܣܬܟܠܗ ܠܢܟܝܠܘܬܗ: ܘܠܐ ܨܒܐ ܕܢܪܟܢ ܠܗ ܡܫܡܥܬܐ. ܒܢܫܐ ܐܝܬܝ ܐܦܢܝ ܠܗ ܠܫܡܫܘܢ ܒܩܪܒܐ ܕܫܩܠܗ ܠܢܙܝܪܘܬܗ. ܒܘܟܪܐ ܗܘܐ ܪܘܒܝܠ ܕܟܠܗܘܢ ܐܚܘܗܝ: ܘܒܝܕ ܐܢܬܬܐ ܐܒܘܗܝ ܫܕܐ ܒܗ ܡܘܡܐ. ܟܘܡܪܐ ܗܘܐ ܪܒܐ ܐܗܪܘܢ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܡܛܠ ܡܪܝܡ ܚܬܗ ܛܢ ܒܡܘܫܐ. ܐܦ ܗܘ ܡܘܫܐ ܕܢܦܩ ܠܥܡܐ ܡܢ ܡܨܪܝܢ: ܕܒܪ ܥܡܗ ܡܠܟܬ ܚܛܝܬܐ. ܘܦܓܥ ܒܗ ܡܪܝܐ ܠܡܘܫܐ: ܘܒܥܐ ܕܢܩܛܠܝܘܗܝ ܥܕܡܐ ܕܐܫܪܝ ܐܢܬܬܗ ܒܡܕܝܢ. ܙܟܐ ܕܘܝܕ ܒܟܠܗܘܢ ܩܪ̈ܒܘܗܝ: ܘܡܢ ܒܪܬܗ ܕܚܘܐ ܐܫܬܟܚ ܒܗ ܡܘܡܐ. ܫܦܝܪ ܗܘܐ ܐܡܢܘܢ ܘܫܦܝܪ ܚܙܘܗ: ܘܐܨܛܝܕܗ ܒܪܓܬ ܚܬܗ: ܘܩܛܠܗ ܐܒܫܠܘܡ ܡܛܠ ܨܥܪܗ ܕܬܡܪ. ܪܒܐ ܫܠܝܡܘܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ: ܘܢܫ̈ܘܗܝ ܟܕ ܣܐܒ ܐܣܛܝܘ ܠܒܗ. ܒܝܕ ܐܝܙܒܠ ܒܪܬܗ ܕܐܬܒܥܠ ܣܓܝܬ ܚܛܝܬܗ ܕܐܚܒ: ܘܐܬܛܢܦ ܛܒ. ܠܐܝܘܒ ܐܦ ܒܒܢܘ̈ܗܝ ܘܒܩܢܝܢܗ ܢܣܝܗ: ܘܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚ ܕܢܬܓܒܪ ܥܠܘܗܝ ܢܦܩ ܠܘܩܒܠܗ ܙܝܢܐ ܘܐܬܐ ܘܐܝܬܝܗ ܥܡܗ ܠܒܪܬܗ ܕܚܘܐ ܕܐܦܩܬ ܠܐܕܡ ܘܐܡܪܐ ܒܦܘܡܗ̇ ܠܐܝܘܒ ܡܠܬܐ ܙܪ̈ܝܩܬܐ: ܕܓܘܕܦܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܗܘ ܐܝܘܒ ܐܡܪ ܠܗ̇

Dominus enim pro peccatoribus mortuus est, neque inanis fuit adventus eius. Apostolus etiam de seipso dixit : *Blasphemus fui, et persecutor, et contumeliosus*[1], sed Deus misertus est mei. Rursumque ait : *Christus mortuus est pro nobis*[2]. Etenim ovem ex toto grege perditam Dominus eius quaesivit, invenitque, et gavisus est super ea. Gaudium est Angelis caeli cum peccator ab iniquitate sua revertitur[3]. *Non enim est voluntas Patris caelestis ut pereat unus ex pusillis istis*[4], qui peccaverunt et paenitentiam inquirunt. *Non venit Dominus vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam*[5]. Quicumque inter nos aegrotat, eum a morbo sublevemus; et pro omni homine qui scandalizatur doleamus.

ܟܕ ܠܚܕ ܡܢ ܗܕܡܝܢ ܢܩܪܒ ܟܐܒܐ ܚܝܠ ܢܥܡܠ ܒܐܣܝܘܬܗ ܥܕܡܐ ܕܡܬܐܣܐ: ܟܕ ܚܕ ܡܢ ܗܕܡܝܢ ܡܫܬܒܚ ܟܠܗ ܦܓܪܐ ܗܕܝܪ ܘܢܗܝܪ: ܘܟܕ ܠܚܕ ܡܢ ܗܕܡܝܢ ܢܩܪܒ ܟܐܒܐ ܒܟܠܗ ܦܓܪܐ ܡܫܬܚܠܦ ܐܫܬܐ. ܟܠ ܕܡܟܫܠ ܠܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ ܢܦܠ ܒܝܡܐ ܟܕ ܪܚܝܐ ܕܚܡܪܐ ܬܠܐ ܒܨܘܪܗ. ܘܡܢ ܕܚܕܐ ܒܡܚܘܬܐ ܕܩܪܝܒܗ ܒܥܓܠ ܬܒܪܗ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܡܢ ܕܪܦܣ ܒܪܓܠܗ ܠܐܚܘܗܝ ܠܐ ܢܫܬܒܩ. ܠܡܚܘܬܗ ܕܡܡܝܩܢܐ ܠܝܬ ܠܗ ܐܣܝܘܬܐ: ܘܚܘܒܝܗ ܕܡܡܙܚܢܐ ܠܐ ܡܫܬܒܩܝܢ. ܡܢ ܕܟܪܐ ܓܘܡܨܐ ܢܦܠ ܒܗ: ܘܡܢ ܕܡܥܓܠ ܟܐܦܐ ܥܠܘܗܝ ܗܦܟܐ. ܡܢ ܕܡܥܠܐ

24. Cum enim aliquod membrum morbus invaserit, ex eius ulceratione laborabimus donec sanatus fuerit. Et si membrum unum laudabile est, totum corpus nitet atque splendet. Si vero uni membro subit aegritudo, totum corpus febri gravatur. *Omnis qui scandalizaverit unum de pusillis istis, mola asinaria collo eius appendetur, ut in mare mittatur*[6]. Qui de malo proximi sui gavisus fuerit, cito propriam contritionem inveniet. Qui fratrem pede percusserit, veniam non habebit. Plagis irrisoris remedium non datur, et sannionis debita non remittuntur. Qui foveam aperit, in ipsam cadet; et qui saxum volutat, contra ipsum illud

AB] — 14 B incipit ܘܗܕܡ. — 18 A ܒܨܘܪܗ. — 22 A ܘܡܡܙܚܢܐ. — 23 A ܘܡܥܓܠ. — 24 A ܘܡܢ.

[1] Tim. I, 13. — [2] I Thess. V, 10. — [3] Luc. XV, 7. — [4] Matth. XVIII, 14. — [5] Luc. V, 32. — [6] Matth. XVIII, 6.

revertetur. Qui labitur et cadit, ne dicat: Quilibet mihi similis erit; sicut nec dives qui in paupertatem incidit dicere potest: Divites omnes mihi similes fient; si enim huius votum exaudiretur, ipsius egestati quis subveniret?

25. Haec omnia tibi scripsi, carissime, quia nostra aetate homines inveniuntur qui se ipsos vitae solitariae ac religiosae, castimoniaeque devovent. Porro praelium contra adversarium committimus, et ipse adversarius nobiscum contendit, ut ad statum a quo libere discessimus nos reducat. Aliqui autem e nobis superantur et percutiuntur, sicque fracti seipsos iustificant; et quamquam facinus eorum novimus, ipsi in pertinacia se obfirmant, ad paenitentiam accedere nolunt, et prave pudentes intereunt morte secunda, illius non recordantes qui conscientias scrutatur. Aliquibus vero delictum confitentibus paenitentia non conceditur. O dispensator domus Christi! sodali tuo paenitentiam concede, et memento Dominum tuum non respuere paenitentes. Zizania in agro seminata sunt, et Dominus sementis servos non sinit triticum a zizaniis ante messem purgare. Rete in mare proiicitur; pisces autem non seliguntur priusquam reductum fuerit.

ܘܢܦܠ ܠܐ ܢܐܡܪ: ܕܟܠ ܐܝܟ ܢܬܕܡܐ ܠܝ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܚܬ ܠܡܣܟܢܘܬܐ ܠܐ ܢܐܡܪ: ܕܟܠܗܘܢ ܥܬܝܪܐ ܠܝ ܢܬܕܡܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܡܫܬܡܥܐ ܒܥܘܬܗ: ܣܘܢܩܢܗ ܕܗܢܐ ܡܢܘ ܢܡܠܐ܀

ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܡܛܠ ܕܒܕܪܢ ܕܝܠܢ ܐܫܬܟܚܘ ܐܢܫܐ ܕܢܦܫܗܘܢ ܡܩܕܫܝܢ ܠܝܚܝܕܘܬܐ ܘܠܩܕܝܫܘܬܐ. ܘܡܕܝܢ ܝܗܒܝܢܢ ܐܓܘܢܐ ܠܘܩܒܠ ܒܥܠܕܒܒܢ: ܘܗܘ ܒܥܠܕܒܒܢ ܠܘܩܒܠܢ ܡܬܟܬܫ ܕܢܗܦܟܢ ܠܛܟܣܐ ܕܫܒܩܢ ܡܢܗ ܒܨܒܝܢܢ. ܘܐܝܬ ܡܢܢ ܕܡܬܙܟܝܢ ܘܡܬܡܚܝܢ: ܘܟܕ ܡܬܒܪܝܢ ܐܢܘܢ ܢܦܫܗܘܢ ܡܙܕܩܝܢ: ܘܐܦ ܣܟܠܘܬܗܘܢ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܗܢܘܢ ܡܩܫܝܢ ܩܕܠܗܘܢ ܒܚܪܝܢܐ ܦܫܝܢ ܘܠܐ ܨܒܝܢ ܕܢܬܩܪܒܘܢ ܠܬܝܒܘܬܐ: ܘܡܛܠ ܒܗܬܬܗܘܢ ܡܝܬܝܢ ܡܘܬܐ ܬܢܝܢܐ ܘܠܐ ܥܗܕܝܢ ܠܡܢ ܕܒܨܐ ܬܐܪܬܐ. ܘܐܝܬ ܠܗ ܕܡܘܕܐ ܒܣܟܠܘܬܗ ܬܝܒܘܬܐ ܠܐ ܡܬܝܗܒܐ ܠܗ. ܐܘ ܪܒ ܒܝܬܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܗܒ ܬܝܒܘܬܐ ܠܚܒܪܟ: ܘܥܗܕ ܕܡܪܟ ܠܐ ܐܣܠܝ ܠܬܝܒܐ. ܙܝܙܢܐ ܙܪܝܥܝܢ ܒܚܩܠܐ: ܘܡܪܐ ܙܪܥܐ ܠܐ ܫܒܩ ܠܥܒܕܘܗܝ ܕܢܓܒܘܢ ܡܢ ܒܝܬ ܚܛܐ ܥܕ ܠܐ ܚܨܕܐ. ܘܡܨܝܕܬܐ ܡܫܬܕܝܐ ܒܝܡܐ: ܘܢܘܢܐ ܠܐ ܡܬܓܒܝܢ ܒܝܡܐ ܕܛܒܐ ܠܒܝܫܐ. ܡܟܕ ܣܠܩܐ ܡܢ ܡܝܐ ܡܓܒܝܢ

AB] — 6 A ܒܥܘܬܗ. — 12 B om. ܒܚܪܝܢܐ. — *Ib.* A ܦܫܝܢ] ܡܬܟܬܫܝܢ. — 14 A ܥܡ ܐܝܟ ܣܟܠܘܬܗܘܢ — 15 A ܡܘܬܐ] ܕܒܨܐ. — 20 A ܕܒܚܩܠܐ] ܒܚܩܠܐ. — 23 B ܕܛܒܐ. — 24 A ܡܢ] ܡܢܗ.

ܟܣܦܐ܆ ܘܥܒܕܐ ܚܒܠܐ ܡܪܗ ܕܐܢ ܠܗ. ܚܛܐ ܘܬܒܢܐ ܒܚܕܐ ܚܠܝܛܝܢ ܐܟܚܕܐ܆ ܘܡܪܗ ܐܕܪܐ ܡܢܩܐ ܘܡܕܟܐ. ܣܓܝܐܝܢ ܐܢܘܢ ܕܩܪܝܢ ܠܡܫܬܘܬܐ܆ ܘܡܢ ܕܠܝܬ ܠܗ ܢܚܬܐ ܡܪܗ ܡܦܩ ܠܗ ܠܚܫܘܟܐ. ܚܟܝܡܬܐ ܘܣܟܠܬܐ ܡܬܟܢܫܢ ܐܟܚܕܐ܆ ܘܡܪܗ ܕܓܢܘܢܐ ܝܕܥ ܠܡܢ ܡܥܠ܀

ܐܘ ܪܥܘܬܐ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܡܪܢ܇ ܪܥܘ ܥܢܐ ܘܕܒܪܘ ܫܦܝܪ. ܚܝܠܘ ܠܟܪܝܗܘܬܐ ܘܐܩܝܡܘ ܠܡܬܟܪܗܢܐ܆ ܚܒܘܫܘ ܠܡܬܒܪܐ ܘܐܣܘ ܠܚܓܝܪܐ ܘܛܪܘ ܫܡܝܢܬܐ ܠܡܪܗ ܕܥܢܐ. ܠܐ ܬܬܕܡܘܢ ܠܪܥܝܐ ܫܛܝܐ ܘܣܟܠܐ ܕܠܐ ܐܫܟܚ ܒܣܟܠܘܬܗ ܠܡܪܥܝܗ ܥܢܐ ܗܘ ܕܝܒܫܬ ܕܪܥܗ ܘܥܘܪܬ ܥܝܢܗ ܥܠ ܕܐܡܪ܆ ܕܡܝܬܐ ܬܡܘܬ ܘܕܐܒܕܐ ܬܐܒܕ ܘܕܡܫܬܚܪܐ ܬܐܟܘܠ ܒܣܪܐ ܕܚܒܪܬܗ. ܘܡܐ ܕܐܬܐ ܪܒ ܪܥܘܬܐ ܡܚܝܒ ܠܗ ܠܪܥܝܐ ܫܛܝܐ ܘܣܟܠܐ ܕܠܐ ܦܪܢܣ ܠܟܢܘܬܗ ܫܦܝܪ. ܘܐܝܢܐ ܕܪܥܐ ܥܢܐ ܘܕܒܪ ܫܦܝܪ ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܘܡܗܝܡܢܐ ܡܬܩܪܐ ܕܐܝܬܝ ܥܢܐ ܠܪܥܝܐ ܟܕ ܡܫܠܡܐ. ܐܘ ܕܘܩܐ ܕܡܘ ܫܦܝܪ ܘܐܙܗܪܘ ܠܥܡܐ ܟܠܗ ܡܢ ܚܪܒܐ ܕܟܕ ܐܬܐ ܠܐ ܬܣܒ ܢܦܫܐ. ܗܝ ܓܝܪ ܢܦܫܐ ܒܚܘܒܝܗܘܢ ܡܬܬܒܥܐ ܘܕܡܗ ܡܢ ܐܝܕܝܟܘܢ ܡܬܒܥܐ. ܘܐܦ ܕܝܢ ܟܠܗ

Servi a Domino suo pecuniam acceperunt, ignavum autem servum Dominus iudicabit. Triticum et palea simul commixta sunt; Dominus autem areae discernet mundabitque. Multi ad caenam sunt invitati, eum autem qui vestes non habuerit Dominus in tenebras eiiciet. Prudentes et fatuae simul congregantur; at quas introducat Sponsus novit.

26. O pastores, discipuli Domini! gregem pascite et deducite probe. Languidos confortate, aegrotantes erigite, sanate confractos, claudos reficite, et pingues Domino gregis adservate. Nolite pastori stulto ac fatuo adsimilari, qui prae stultitia gregem pascere nequit, et cuius brachium siccatum est, oculusque caligavit, eo quod dixerit : Moriendo morietur, et pereundo peribit, et quod reliquum fuerit carnem sociorum comedet. Cum autem Princeps pastorum venerit, pastorem stultum et fatuum damnabit, qui conservos suos non probe sustentaverit. Qui vero gregem bene paverit et rexerit, bonus fidelisque servus vocabitur[1], qui gregem integrum ad pastorem deduxit. O speculatores! diligenter observate, et populum universum de gladio praemonete, ne ingruens gladius animam auferat. Haec

AB] — 3 A ܣܓܝܐܝܢ. — *Ib.* A ܩܪܝܐ. — 8 A ܐܘ. — 9 A *languidas confortate, et aegrotantes erigite* ܚܝܠܘ ܠܟܪܝܗܘܬܐ ܘܐܩܝܡܘ ܠܡܬܟܪܗܢܐ. — 14 A ܕܪܥܗ. — 17 A add. *pastor* ܕܐܬܐ ܪܥܝܐ. — 21 A ܡܫܠܡܐ. — *Ib.* A ܐܘ.

[1] Matth. xxv, 21.

enim anima ob propria quidem peccata tollitur, et sanguis eius de manibus vestris requiritur. Si vero auferatur anima post factam monitionem, in propriis peccatis interibit, vos autem non corripiemini. O oves pingues! nolite debiles invadere, ne in iudicio a Pastore nostro magno, cum advenerit, condemnemini.

ܪܥܘܬܐ ܠܐܢܫ ܢܦܫܐ: ܢܦܫܐ ܗܝ ܒܚܛܗ̈ܝܗ̇ ܡܣܬܠܩܐ ܘܕܡܗ̇ ܠܐ ܡܬܬܒܥ ܐܝܕܝܟܘܢ. ܐܘ ܒܬܪ ܡܙܗܪܢܘܬܐ. ܠܐ ܐܙܕܗܪ ܒܚܛܗ̈ܝܗ̇ ܕܠܐ ܬܣܘܦܘܢ ܕܚܝܠܐ ܡܢ ܪܕܝܐ ܪܥܝܐ ܪܒܐ ܕܐܬܐ܀

27. Hanc exhortationem accipe, carissime, quae paenitentes reducat et iustos erudiat. In mundo isto gratia exhibetur, et donec finem accipiat, locus in eo invenitur paenitentiae. Tempus autem prope est quo deficiet gratia, et iustitia regnabit; tunc paenitentia non erit amplius. Iustitia modo quiescit, quod gratia robore praevaluit. Cum autem advenerit hora iustitiae, gratia nolet paenitentes recipere, quia terminus ei positus est, [vitae huius] exitus, quo transgresso, nulla iam invenietur paenitentia. Lege igitur, amice, et disce; scito, et vide neminem esse qui paenitentia plusve minusve non indigeat; multi enim in stadio currunt, victor autem coronam accipiet[1], et unusquisque secundum mensuram laboris sui mercedem consequetur[2].

ܩܒܠ ܦܝܣܐ ܗܢܐ ܚܒܝܒܝ ܕܡܦܢܐ ܠܬܝ̈ܒܐ ܘܡܪܕܐ ܠܙܕܝ̈ܩܐ. ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܛܝܒܘܬܐ ܗܘ: ܡܬܚܙܝܐ ܘܥܕܡܐ ܕܢܣܒ ܫܘܠܡܐ. ܐܝܬ ܒܗ ܕܘܟܬܐ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܡܛܝ ܒܗ ܙܒܢܐ ܕܢܫܠܡ ܛܝܒܘܬܐ ܘܡܡܠܟܐ ܟܐܢܘܬܐ: ܘܗܝܕܝܢ ܠܬܝܒܘܬܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܡܫܟܚܐ ܟܐܢܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܫܠܝܐ ܒܚܝܠܗ̇ ܛܝܒܘܬܐ. ܘܡܐ ܕܡܛܝ ܙܒܢܐ ܕܟܐܢܘܬܐ ܠܐ ܨܒܝܐ ܛܝܒܘܬܐ ܕܬܩܒܠ ܠܬܝ̈ܒܐ: ܡܛܠ ܕܐܬܬܣܝܡ ܣܘܦܐ ܠܗ̇ ܡܦܩܢܐ: ܡܢ ܒܬܪ ܕܥܒܪ ܠܝܬ ܬܘܒ ܬܝܒܘܬܐ. ܩܪܝ ܚܒܝܒܝ ܘܐܠܦ ܘܕܥ ܘܚܙܝ ܕܠܝܬ ܗܘ ܐܢܫ ܣܢܝܩ ܗܘ ܠܬܝܒܘܬܐ ܡܢ ܩܠܝܠ: ܡܛܠ ܕܣܓܝܐܐ ܪܗܛܝܢ ܒܐܣܛܕܝܐ: ܘܙܟܝܐ ܢܣܒ ܟܠܝܠܐ ܠܗ ܒܠܚܘܕܘܗܝ: ܘܟܠܢܫ ܐܝܟ ܥܡܠܗ ܐܓܪܗ ܡܩܒܠ܀

Explicit Demonstratio de Paenitentibus.

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܬܝ̈ܒܐ܀

AB] — 1 A ܢܦܫܐ ܗܝ. — 14 A om. ܡܢ. — 16 A ܘܚܙܝ ܘܕܥ. — 19 A ܒܠܚܘܕ. — 21 A *de Paenitentia* ܬܝܒܘܬܐ.

[1] I Cor. IX, 24. — [2] *Ib.* III, 8.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܩܝܡܬܗ ܡܝ̈ܬܐ

DEMONSTRATIO VIII

DE RESURRECTIONE MORTUORUM

ܡܛܠ ܬܢܝ̈ܢܐ ܚܝܪ ܒܕܪ̈ܫܐ ܥܠ ܗܕܐ ܥܩܝܢ: ܕܐܝܟܢܐ ܩܝܡܝܢ ܡܝ̈ܬܐ ܘܒܐܝܢܐ ܦܓܪܐ ܐܬܝܢ. ܕܗܐ ܒܠܐ ܠܗ ܦܓܪܐ ܘܡܬܚܒܠ ܘܐܦ ܓܪ̈ܡܐ ܥܡ ܙܒܢܐ ܕܢܓܪ ܠܗܘܢ ܙܒܢܐ ܡܬܕܩܩܝܢ ܘܠܐ ܡܬܝܕܥܝܢ: ܘܐܢ ܬܥܘܠ ܐܢܬ ܒܩܒܪܐ ܕܗܘܘ ܡܐܐ ܡܝ̈ܬܝܢ ܩܒܝܪܝܢ ܒܗ ܡܠܐ ܚܘܦܢܐ ܥܦܪܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܬ. ܘܗܟܢܐ ܐܡܪܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܗܠܝܢ ܡܬܪܥܝܢ: ܕܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܩܝܡܝܢ ܡܝ̈ܬܐ: ܐܠܐ ܦܓܪܐ ܚܢܢ ܫܡܝܢܐ ܠܒܫܝܢ ܘܕܡܘ̈ܬܐ ܪܘܚܢܝ̈ܬܐ. ܘܐܢ ܠܐ ܗܘܐ ܗܟܢܐ ܐܝܠܝܢ: ܗܠܝܢ ܡܐܐ ܡܝ̈ܬܐ ܕܩܒܝܪܝܢ ܩܒܪܐ ܡܩܒܪܝܢ: ܡܢ ܒܬܪ ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܠܗ ܠܐ ܐܦܠܐ ܡܕܡ: ܡܐ ܕܢܩܘܡܘܢ ܡܝ̈ܬܐ: ܘܠܒܫܝܢ ܠܗܘܢ ܦܓܪܐ ܘܩܝܡܝܢ: ܐܠܐ ܠܗܘܢ ܦܓܪܐ ܫܡܝܢܐ ܗܘ ܠܒܫܝܢ: ܡܢ ܐܝܟܐ ܠܗܘܢ ܐܬܐ ܗܘ ܦܓܪܐ. ܕܗܐ ܠܗܘܢ ܡܕܡ ܠܝܬ ܒܩܒܪܐ܀

1. Assiduis controversiis inquirunt *quomodo mortui resurrecturi sint, qualique corpore sint venturi*[1]. Corpus enim istud conficitur et destruitur, et ossa, procedente tempore, extenuantur, ita ut dignosci nequeant. Et si sepulchrum ingressus fueris, ubi mortui centum sepulti fuerint, pugnum cineribus implere inde non poteris. Ita porro loquuntur qui talia cogitant : scimus mortuos resurrecturos esse; at corpus induent caeleste et spiritales formas. Sin minus, hi centum mortui qui in eodem tumulo conditi sunt, de quibus, post longum temporis spatium, nil omnino illic superest, quando suscitabuntur mortui et corpus induent ut resurgant, nisi corpus caeleste accipiant, undenam corpus illud procedet? Ecce enim in sepulchro nihil subsistit.

AB] — 4 A ܡܬܚܒܠ ܘܓܪ̈ܡܐ ܥܡ ܙܒܢܐ ܕܗܘܐ ܢܓܪ. — 9 B ܐܡܪܝܢ] ܡܬܪܥܝܢ. 10 A ܦܓܪܐ ܚܢܢ. — *Ib.* A ܘܕܡܘ̈ܬܐ ܪܘܚܢܝ̈ܬܐ. ܠܒܫܝܢ. — 13 A ܕܗܘܐ ܚܢܢ. — 15 A ܠܒܫܝܢ. — 16 A ܗܘ ܦܓܪܐ ܠܒܫܝܢ. — 17 A ܡܢ ܐܝܟܐ. — 18 B ܒܩܒܪܐ.

[1] I Cor. xv, 35.

2. Qui talia reputat stultus insipiensque homo est. Quando mortui [in sepulchrum] fuerunt immissi, aliquid erant; et postquam longo spatio [illic] sunt commorati, nihil effecti sunt. Quando autem mortuorum resurrectionis tempus advenerit, hoc nihilum fiet aliquid, iuxta naturam suam pristinam, et naturae eius superaddetur immutatio. O stolide vir, qui ista cogitas! audi quid beatus dicat Apostolus, stultum tui similem erudiens. Ait igitur : *Insipiens, semen quod seminas, nisi prius moriatur non vivificatur; et quod seminas non speciem habet huius quod in herbam crescit, sed nudum granum est tritici, aut hordei, aut alicuius celerorum seminum; et unicuique seminum datur proprium corpus; Deus autem semen tuum corpore induit sicut vult*[1].

3. Ex his autem disce, insipiens, unumquodque seminum proprium corpus induere : nunquam seminas triticum, hordeum autem metis; nunquam vineam plantas, quae ficus proferat; cuncta vero secundum propriam naturam crescunt; ita etiam corpus quod decidit in terram, idem ipsum resurget. De corporis autem corruptione et dilapsione, ex parabola seminis te opor-

ܡܢ ܕܡܚܫܒ ܕܝܢ ܡܚܫ̈ܒܬܐ ܣܟܠܐ ܐܢܫ ܗܘ ܘܠܐ ܚܟܝܡܐ. ܟܕ ܟܠܗ ܕܝܢ ܡܝ̈ܬܐ ܡܕܡ ܗܘܘ: ܘܟܕ ܗܘܘ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘܘ ܒܗܘܢ ܠܐ ܡܕܡ. ܡܐ ܕܐܬܐ ܙܒܢܐ ܕܢܩܘܡܘܢ ܡܝ̈ܬܐ ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܠܐ ܡܕܡ ܡܕܡ ܐܝܟ ܟܝܢܗ ܩܕܡܝܐ ܘܡܬܬܘܣܦ ܠܟܝܢܗ ܫܘܚܠܦܐ. ܐܘ ܣܟܠܐ ܕܡܬܪܥܐ ܗܠܝܢ܆ ܫܡܥ ܠܡܕܡ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܟܕ ܡܪܕܐ ܠܣܟܠܐ ܕܐܟܘܬܟ ܘܐܡܪ: ܣܟܠܐ܆ ܙܪܥܐ ܕܙܪܥܬ ܐܢ ܠܐ ܡܐܬ ܠܐ ܚܝܐ: ܘܗܘ ܡܕܡ ܕܙܪܥܬ ܐܝܬ ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܠܡܗܘܐ: ܐܠܐ ܦܪܕܬܐ ܥܪܛܠܝܬܐ ܕܚܛܐ ܐܘ ܕܣܥܪ̈ܐ ܐܘ ܕܫܪܟܐ ܕܙܪ̈ܥܘܢܐ. ܘܠܟܠ ܚܕ ܡܢ ܙܪ̈ܥܘܢܐ ܦܓܪܐ ܕܢܦܫܗ ܡܬܝܗܒ ܠܗ: ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܡܠܒܫ ܠܗ ܠܙܪܥܟ ܦܓܪܗ ܐܝܟܢܐ ܕܨܒܐ܀

ܡܛܠ ܐܬܠܡܕ ܡܢ ܣܟܠܐ ܡܢ ܗܕܐ ܕܚܕ ܚܕ ܡܢ ܙܪ̈ܥܘܢܐ ܦܓܪܐ ܕܢܦܫܗ ܠܒܫ. ܠܐ ܡܢ ܡܬܘܡ ܙܪܥ ܐܢܬ ܚܛܐ ܘܚܨܕ ܐܢܬ ܣܥܪ̈ܐ: ܘܠܐ ܡܢ ܡܬܘܡ ܢܨܒ ܐܢܬ ܓܦܬܐ ܘܡܝܬܝܐ ܠܗ ܬܐܢܐ: ܐܠܐ ܟܠ ܡܕܡ ܒܟܝܢܗ ܪܒܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܦܓܪܐ ܕܢܦܠ ܒܐܪܥܐ ܗܘܝܘ ܩܐܡ. ܥܠ ܕܡܬܚܒܠ ܠܗ ܦܓܪܐ ܡܬܠܐ ܡܢܗ ܡܢ ܡܬܠܐ ܕܙܪܥܐ ܘܠܐ ܠܟ ܠܡܬܠܡܕܘ

AB] — 4 A add. ܗܘܘ [ܒܗܘܢ. — 7 A ܠܟܝܢܗ. — 16 A ܦܓܪܐ. — 17 A add. *et unicuique seminum proprium corpus datur* ܘܠܟܠ ܚܕ ܡܢ ܙܪ̈ܥܘܢܐ ܦܓܪܐ ܕܢܦܫܗ ܡܬܝܗܒ ܠܗ [ܕܨܒܐ. — 20 A ܠܒܫܐ. — *Ib.* A ܡܬܘܡ. — 24 B om. ܒܐܪܥܐ.

[1] I Cor. xv, 36-38.

ܕܐܝܟ ܕܙܪܥܐ ܗܘ ܕܢܦܠ ܒܐܪܥܐ ܡܬܚܡܨ ܘܡܬܚܒܠ: ܘܡܢܗ ܡܢ ܡܬܚܡܨܘܬܗ ܡܪܒܐ ܘܡܦܪܥ ܘܝܗܒ ܦܐܪ̈ܐ. ܘܐܝܟ ܕܐܪܥܐ ܕܡܬܕܒܪܐ ܕܙܪܥܐ ܠܐ ܢܦܠ ܒܗ ܦܐܪ̈ܐ ܠܐ ܝܗܒܐ ܐܦܢ ܟܠܗܘܢ ܡܛܪ̈ܐ ܗܝ ܐܪܥܐ ܫܬܝܐ ܠܗܘܢ: ܗܟܢܐ ܐܬܪܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܠܐ ܡܬܬܩܒܪܝܢ ܒܗ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܩܝܡܬܗ ܡܝ̈ܬܐ ܠܐ ܢܦܩܝܢ ܡܢܗ ܐܦܢ ܟܠܗ ܩܠ ܫܝܦܘܪ̈ܐ ܢܙܥܩ ܬܡܢ. ܘܐܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܕܪ̈ܘܚܐ ܕܟܐܢ̈ܐ ܠܫܡܝܐ ܣܠܩܝܢ ܘܦܓܪܐ ܫܡܝܢܐ ܠܒܫܝܢ ܒܫܡܝܐ ܐܝܟ: ܘܗܘ ܕܡܩܝܡ ܡܝ̈ܬܐ ܒܫܡܝܐ ܥܡܪ. ܘܡܐ ܕܐܬܐ ܡܚܝܢܢ ܠܡܢ ܡܩܝܡ ܡܢ ܐܪܥܐ܀ ܘܠܡܢܐ ܟܬܒ ܠܢ: ܕܐܬܝܐ ܫܥܬܐ ܐܦ ܗܫܐ ܐܝܬܝܗ ܕܐܦ ܡܝ̈ܬܐ ܢܫܡܥܘܢ ܩܠܗ ܕܒܪܗ ܕܐܢܫܐ: ܘܢܚܘܢ ܘܢܦܩܘܢ ܡܢ ܩܒܪ̈ܝܗܘܢ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܬܐ ܦܓܪܐ ܫܡܝܢܐ ܕܢܥܘܠ ܠܩܒܪܐ ܘܢܗܦܘܟ ܢܦܘܩ ܠܗ ܡܢܗ܀

ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪܝܢ ܣܟܠܐ: ܕܠܡܢܐ ܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܚܪܝܢ ܗܘ ܦܓܪܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܚܪܝܢ ܕܐܪܥܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܕܗܕܐ ܫܡܥ ܢܫܡܥ ܐܦ ܠܗܝ ܐܚܪܬܐ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܝܬ ܦܓܪܐ ܕܢܦܫ ܘܐܝܬ ܦܓܪܐ ܕܪܘܚ. ܘܐܦ ܐܡܪ: ܕܟܠܢ ܢܕܡܟ ܐܠܐ

tet discere hoc perinde esse ac semen tuum, quod, in terram cadens, putrescit et corrumpitur, atque ex ipsa corruptione crescit, germinat, et fructum praebet. Et sicut terra arata in quam nullum semen cecidit, fructus non parit, quamvis universos imbres haec terra bibat, ita e sepulcro cui nulli mortui commendati fuerint, nulli homines in resurrectione mortuorum prodibunt, licet ibi resonaret omnis tubarum clangor. Si autem, ut aiunt, iustorum spiritus in caelum ascendunt, et corpus caeleste induunt, in caelo ergo consistunt. Sed pariter mortuorum suscitator in caelo commoratur; cum autem advenerit Vivificator noster, quem de terra suscitabit? et quare nobis scripsit: *Veniet hora et nunc est, quando mortui audient vocem Filii hominis, et vivent, et egredientur de sepulcris suis* [1]? Non utique veniet corpus caeleste, quod in sepulcrum penetret, ut ex illo rursum prodeat.

4. Ita enim stulti loquuntur : Quare dicit Apostolus : *Aliud est corpus caeleste, et aliud corpus terrestre* [2]? At qui hanc sententiam audit, alium etiam advertat Apostoli sermonem, nempe : *Est corpus animale, et est corpus spiritale* [3]. Dixit quoque : *Omnes dormiemus, sed non om-*

AB] — 3 A ܘܐܦ. — 8 A ܕܡܝ̈ܬܐ. — 12 B ܠܟܐܢ̈ܐ. — *Ib.* A add. *en duas naturas* ܬܪ̈ܬܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܗܘ ܠܟܐܢ̈ܐ. — 22 A ܘܐܚܪܢ. — 23 A ܘܐܚܪܢ ܗܘ. — 26 A ܘܐܦ.

[1] Ioh. v, 25, 28, 29. — [2] I Cor. xv, 40. — [3] *Ib.* xv, 44.

nes immutabimur[1]. Et rursus : *Futurum est ut mortale hoc induat immortale, et corruptibile hoc induat incorruptibile*[2]. Et adhuc : *Omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, ut unicuique rependatur in corpore suo quidquid prius ab ipso gestum fuerit, sive bonum, sive malum*[3]. Iterumque dicit : *Quid faciunt illi qui baptizantur pro mortuis? Si enim mortui non resurgunt*[4], ad quid illi pro eis baptizantur? Rursus ait : *Si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit; si autem Christus non resurrexit, inanis est fides vestra, et praedicatio nostra*. Si autem ita res se habuerit, *invenimur falsi testes, quoniam testimonium diximus de Deo, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit*[5]. Si igitur non resurgunt mortui, neque est iudicium; si autem non est iudicium, *manducemus ergo et bibamus; cras enim moriemur. Nolite errare, corrumpunt mentes bonas fabulationes malae*[6]. Sermonem autem illum Apostoli : *Aliud est corpus caeleste, et aliud terrestre*[7], sic debes interpretari : quando iustorum corpus resurget et immutabitur, caeleste dicetur; corpus autem quod non immutabitur, secundum naturam suam vocabitur terrestre.

ܠܐ ܟܠܢ ܢܫܬܚܠܦ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܥܬܝܕ ܗܘ ܗܢܐ ܕܡܝܬܐ ܕܢܠܒܫ ܠܐ ܡܝܬܐ: ܘܗܢܐ ܕܡܬܚܒܠ ܕܢܠܒܫ ܠܐ ܡܬܚܒܠ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܟܠܢ ܠܡܩܡ ܠܢ ܩܕܡ ܒܝܡ ܕܡܫܝܚܐ: ܕܢܬܦܪܥ ܐܢܫ ܐܢܫ ܒܦܓܪܗ ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܡܢ ܩܕܡ ܒܗ ܗܘܐ ܠܗ ܐܢ ܕܛܒ ܘܐܢ ܕܒܝܫ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܡܢܐ ܢܥܒܕܘܢ ܗܠܝܢ ܕܡܥܡܕܝܢ ܚܠܦ ܡܝܬܐ. ܐܢ ܡܝܬܐ ܓܝܪ ܠܐ ܩܝܡܝܢ: ܗܠܝܢ ܠܡܢܐ ܡܥܡܕܝܢ ܚܠܦܝܗܘܢ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܢ ܩܝܡܬܐ ܕܡܝܬܐ ܠܝܬ ܐܦ ܠܐ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܩܡ: ܘܐܢ ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܩܡ ܣܪܝܩܐ ܗܝ ܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܘܟܪܘܙܘܬܢ: ܘܐܢ ܗܟܢܐ ܗܝ ܐܫܬܟܚܢ ܠܢ ܣܗܕܐ ܕܓܠܐ ܕܐܣܗܕܢ ܥܠ ܐܠܗܐ ܕܐܩܝܡ ܠܡܫܝܚܐ ܟܕ ܠܐ ܐܩܝܡ. ܡܟܝܠ ܐܢ ܡܝܬܐ ܠܐ ܩܝܡܝܢ ܐܦܠܐ ܕܝܢܐ ܐܝܬ. ܘܐܢ ܕܝܢܐ ܠܝܬ: ܢܐܟܘܠ ܡܟܝܠ ܘܢܫܬܐ: ܕܡܚܪ ܡܝܬܝܢ ܚܢܢ. ܠܐ ܠܟܘܢ ܐܛܥܘ: ܡܚܒܠܝܢ ܪ̈ܥܝܢܐ ܒܫܘܥܝܬܐ ܒܝܫܬܐ. ܗܕܐ ܕܝܢ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܚܪܝܢ ܗܘ ܦܓܪܐ ܕܫܡܝܢܐ ܘܐܚܪܝܢ ܗܘ ܕܐܪܥܢܐ: ܗܟܢܐ ܐܬܦܫܩ ܠܗ ܡܟܠ ܗܕܐ: ܕܡܐ ܕܩܐܡ ܦܓܪܐ ܕܙܕܝܩܐ ܘܡܫܬܚܠܦ ܐܬܩܪܝ ܠܗ ܫܡܝܢܐ: ܘܐܝܢܐ ܕܠܐ ܡܫܬܚܠܦ ܐܬܩܪܝ ܠܗ ܒܟܝܢܗ ܐܪܥܢܐ.

AB] — 4 A ܕܠܡܩܡ. — 6 A ܒܩܕܡ [ܡܢ ܩܕܡ. — 9 AB ܚܠܦ secunda manu additum. — 11 A om. ܠܗ. — 13 A primitus pariter ܗܘ secunda manu in ܗܝ mutatum. — 17 Loco ܢܐܟܘܠ A primitus ܢܐܟܠ, B pariter ut videtur. — 18 A ܕܡܚܪ. — Ib. A om. ܠܗ. — 21 A ܕܐܚܪܝܢ. — 22 A ܘܐܚܪܝܢ. — 23 A ܐܬܦܫܩ. — Ib. A primitus pariter ܐܪܥܢܐ secunda manu in ܐܪܥܢܐ mutatum.

[1] I Cor. xv, 51. — [2] *Ib.* xv, 53. — [3] II Cor. v, 10. — [4] I. Cor. xv, 29. — [5] *Ib.* xv, 13-15. — [6] *Ib.* xv, 32, 33. — [7] I Cor. xv, 40.

ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܠܡܠܬܐ ܕܕܡܝܐ ܠܗܕܐ ܕܗܘ ܐܦ ܫܠܝܚܐ ܐܡܪܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܪܘܚܢܐ ܕܐܢܫܐ ܠܟܠ ܕܐܢ: ܘܗܘ ܡܢ ܐܢܫ ܠܐ ܡܬܕܝܢ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܝܠܝܢ ܕܪܘܚ ܐܢܘܢ ܕܪܘܚ ܗܘ ܡܬܪܥܝܢ: ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܣܪ ܐܢܘܢ ܕܒܣܪ ܗܘ ܡܬܪܥܝܢ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܟܕ ܒܒܣܪܐ ܗܘܝܢ ܚܫ̈ܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܡܬܬܥܝܕܝܢ ܗܘܘ ܒܗܕܡ̈ܝܢ: ܕܦܐܪ̈ܐ ܢܗܘܐ ܠܡܘܬܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܢ ܐܝܬ ܒܟܘܢ ܪܘܚܐ ܕܡܫܝܚܐ: ܪܘܚܢܐ ܐܢܬܘܢ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܟܕ ܒܒܣܪܐ ܠܒܝܫ ܗܘܐ ܥܒ̈ܕܐ ܕܪܘܚܐ ܦܠܚ ܗܘܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܒܢܘܚܡܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܗܘܐ ܫܘܚܠܦܐ ܠܙܕܝܩ̈ܐ ܘܡܬܒܠܥܐ ܠܗ ܨܘܪܬܐ ܐܪܥܢܝܬܐ ܒܫܡܝܢܝܬܐ ܘܡܬܩܪܐ ܠܗ ܦܓܪܐ ܫܡܝܢܐ: ܘܕܠܐ ܡܫܬܚܠܦ ܡܬܩܪܐ ܠܗ ܐܪܥܢܐ.

ܥܠ ܗܕܐ ܕܝܢ ܢܘܚܡܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܚܒܝܒܝ ܐܝܟ ܕܡܨܝܐ ܐܢܐ ܐܠܦܟ. ܡܢ ܒܪܫܝܬ ܟܕ ܒܪܝ ܐܠܗܐ ܠܐܕܡ: ܡܢ ܥܦܪܐ ܓܒܠܗ ܘܐܩܝܡܗ. ܐܢ ܓܝܪ ܟܕ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܕܡ ܡܢ ܠܐ ܡܕܡ ܥܒܕܗ: ܟܡܐ ܗܫܐ ܗܘ ܦܫܝܩܐ ܠܗ ܕܢܩܝܡܝܘܗܝ: ܕܗܐ ܡܙܪܥ ܪܡܙܗ ܒܐܪܥܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܐܝܠܝܢ ܕܦܫܝܩܢ ܠܢ ܥܒܕ ܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܕܡܪܝܢ ܗܘܝܢ ܒܥܒ̈ܕܘܗܝ ܐܘܡܢ̈ܐ. ܗܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܒܒ̈ܢܝ ܐܢܫܐ ܐܢܫܐ

5. Audi autem, amice, sermonem alium huic similem, ab Apostolo quoque prolatum. Ait enim : *Homo spiritalis iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur*[1]. Dicit iterum : *Qui spiritales sunt, quae spiritus sunt meditantur; qui vero carnales sunt, quae carnis sunt cogitant*[2]. Et adhuc : *Cum carnales essemus, infirmitates peccatorum operabantur in membris nostris, ut fructus efficeremur morti*[3]. Ait etiam : *Si Spiritus Christi in vobis est, spiritales estis*[4]. Universa haec Apostolus dixit, dum, adhuc carne indutus, opera Spiritus agebat. Ita quoque in resurrectione mortuorum immutabuntur iusti, et, forma terrestri a caelesti absorpta, corpus caeleste praedicabitur; corpus autem quod non immutatum fuerit, terrestre nuncupabitur.

6. De hac igitur mortuorum resurrectione, carissime, pro meis viribus te erudiam. Deus ab initio creans hominem, de pulvere eum finxit, et erexit eum. Si ergo hominem, cum non existeret, e nihilo fecit, quanto nunc ipsi facilius est eum terrae, seminis instar, mandatum, excitare! Si Deus res nobis haud arduas efficeret, opera eius miranda non existimaremus. Sed vel inter homines inveniuntur artifices, prodi-

AB] — 5 A ܕܪܘܚ [ܕܕܪܘܚ. — 12 A prius ܕܪܘܚ secunda manu in ܕܪܘܚܐ mutatum. — 13 A ܐܡܪ [ܐܦ. — 18 A om. ܕܝܢ. — 21 A add. ܗܘܐ [ܐܝܬܘܗܝ. — 23 B ܦܫܝܩ. — 25 A ܥܒܕ.

[1] I Cor. II, 15. — [2] Rom. VIII, 5. — [3] *Ib.* VII, 5. — [4] *Ib.* VIII, 9.

giosa quaedam conficientes, quae si alii, qui talia opera arte non finxerint, cernant, attoniti stantes [inquirunt] quomodo sint effecta, et sodalium suorum opus non introspiciunt. Nonne autem magis opera Dei debent admirationem movere? Deo autem nullus labor est mortuos suscitare. Priusquam terra conserta fuisset, quae non receperat progerminabat; antequam conceptum fecisset, in virginitate sua pariebat. Quid vero est negotii, ut quod prius in ipsam cecidit terra reddat, et quae concepit pariat. Iam imminet partus eius, sicut Isaias ait : *Quis vidit unquam tale, et quis audivit huic simile, ut parturiat terra die una, et pariatur gens una hora*[1]? Adam enim inseminatus crevit, et absque conceptu genitus est. Hodie vero liberi eius seminantur, exspectant imbrem et increscunt; terraque conceptu multa suscepit, et hora partus eius advenit.

7. Universi patres nostri in spem resurrectionis et suscitationis mortuorum confidentes festinabant, sicut beatus Apostolus dixit : *Si quidem civitatem illam e qua Abraham egressus est iusti exspectassent, habebant utique tempus revertendi; meliorem autem se ostendunt appetere, eam scilicet quae in caelis est*[2].

ܐܘܡܢܘܬܐ ܕܥܒܕܝܢ ܙܢܝ̈ܐ ܠܡܬܕܡܪܘ. ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܕܠܐ ܗܘܘ ܐܘܡܢ̈ܝܢ ܕܒܥܒ̈ܕܐ ܗܠܝܢ ܩܝܡܝܢ ܘܡܬܕܡܪܝܢ ܕܐܝܟܢܐ ܥܒܝܕ ܗܠܝܢ ܘܥܒܕܐ ܕܚܒܪ̈ܝܗܘܢ ܒܗܠܝܢ ܒܟܬܒܝܗܘܢ: ܟܡܐ ܝܬܝܪ ܥܒܕ̈ܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܠܬܕܡܘܪܬܐ ܙܕܩ ܠܗܘܢ ܠܬܡܗܐ. ܠܐܠܗܐ ܕܝܢ ܠܐ ܗܘܬ ܠܐܐ ܗܕܐ ܕܢܩܝܡ ܡܝ̈ܬܐ. ܥܕ ܙܪܥܐ ܠܐܪܥܐ ܠܐ ܪܡܐ ܗܘܐ ܐܡܛܠ ܐܪܥܐ ܡܦܪܥܐ ܕܠܐ ܢܩܒܠ ܒܗ: ܘܥܕ ܠܐ ܒܛܢܐ ܗܘܬ ܝܠܕܐ ܒܒܬܘܠܘܬܗ: ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܒܛܠܐ ܗܕܐ ܕܠܡܢܐ ܠܗ̇ ܐܪܥܐ ܡܢ ܩܕܝܡ ܕܢܦܠ ܒܗ ܡܒܛܢܐ ܕܬܠܕ. ܗܐ ܡܛܝܒܝܢ ܝܠܕܬܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܫܥܝܐ: ܕܡܢ ܚܙܐ ܐܝܟ ܗܕܐ ܘܡܢ ܫܡܥ ܐܝܟ ܗܠܝܢ: ܕܡܬܒܛܢܐ ܐܪܥܐ ܒܝܘܡܐ ܚܕ ܘܡܬܝܠܕ ܥܡܐ ܒܫܥܬܐ ܚܕܐ. ܐܕܡ ܓܝܪ ܠܐ ܪܡܐ ܗܘܐ ܪܒܐ: ܘܠܐ ܒܒܛܢܐ ܗܘܐ ܐܬܝܠܕ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܒܢܘ̈ܗܝ ܗܘ ܪܡܝܢ ܡܣܟܝܢ ܠܡܛܪܐ ܘܪܒܝܢ: ܘܐܪܥܐ ܗܘ ܒܛܢܐ ܠܣܓܝܐܬܐ ܘܡܛܬ ܫܥܬ ܡܘܠܕܗ܀

ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܐܒܗ̈ܝܢ ܥܠ ܣܒܪܐ ܕܩܝܡܬܐ ܘܕܢܚܬܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܡܣܟܝܢ ܗܘܘ ܘܪܗܛܝܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ. ܕܐܠܘ ܠܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܩ ܡܢܗ ܐܒܪܗܡ ܡܣܟܝܢ ܗܘܘ ܙܕܝܩܐ: ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܙܒܢܐ ܕܠܗ̇ ܢܗܦܟܘܢ ܢܬܦܢܘܢ ܠܗ. ܐܠܐ ܡܚܘܝܢ ܕܠܛܒܐ ܡܢܗ ܡܣܟܝܢ: ܠܗ̇

AB] — 5 A ܠܬܕܡܘܪܬܐ. — 8 A ܐܡܛܠ [ܐܡܛܠ. — 17 A prius ܗܘ deinde secunda manu in ܗܘܐ correctum. — 20 B ܘܟܠܗܘܢ. — 23 B ܘܪܗܛܝܢ. — 25 B ܠܗ.

[1] Is. LXVI, 8. — [2] Hebr. XI, 15, 16.

ܕܐܬܐܡܪܬ ܠܩܝܡܬܐ. ܘܡܣܟܝܢ ܗܘܘ ܕܢܫܬܪܘܢ ܘܢܕܪܟܘܢ ܠܬܡܢ ܥܓܠ. ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܐܣܬܟܠ ܘܐܪܓܫ ܕܠܩܝܡܬܐ ܡܣܟܝܢ ܗܘܘ. ܝܥܩܘܒ ܓܝܪ ܐܒܘܢ ܟܕ ܡܐܬ ܗܘܐ ܐܘܡܝ ܠܝܘܣܦ ܒܪܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܒܩܒܪܐ ܕܐܒܗ̈ܝ ܩܒܘܪܝܢܝ: ܠܘܬ ܐܒܪܗܡ ܘܣܪܐ ܘܐܝܣܚܩ ܘܪܦܩܐ. ܘܠܡܢܐ ܚܒܝܒܝ ܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܝܥܩܘܒ ܕܢܬܩܒܪ ܒܡܨܪܝܢ ܐܠܐ ܥܡ ܐܒܗܘܗܝ. ܗܕܐ ܡܚܘܐ ܗܘܐ ܠܢ ܕܠܩܝܡܬܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܡܣܟܐ ܗܘܐ: ܕܟܕ ܢܗܘܐ ܩܠܐ ܘܩܠܐ ܕܩܪܢܐ ܢܗܘܐ ܢܩܘܡ ܩܪܝܒܐ ܠܐܒܗܘܗܝ ܘܠܐ ܢܬܚܠܛ ܒܫܥܬ ܩܝܡܬܐ ܥܡ ܒܝ̈ܫܐ ܕܐܙܠܝܢ ܠܫܝܘܠ ܘܠܬܫܢܝܩܐ܀

ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܝܘܣܦ ܐܘܡܝ ܠܐܚܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܟܕ ܢܬܕܟܪܟܘܢ ܡܪܝܐ ܐܣܩܘ ܓܪܡܝ ܥܡܟܘܢ ܡܢ ܗܪܟܐ. ܘܡܠܬܗ ܐܚܘܗܝ ܐܝܟ ܡܠܬܗ ܕܝܘܣܦ ܘܢܛܪܘ ܡܘܡܬܐ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ. ܟܕ ܕܢܦܩܘ ܗܘ ܕܢܦܩܘ ܚܝܠܘܬܗ ܕܡܪܝܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܢܣܒ ܡܘܫܐ ܠܓܪܡܘܗܝ ܕܝܘܣܦ ܘܢܦܩ. ܘܝܩܪܘ ܠܗ ܓܪܡܘܗܝ ܕܓܒܪܐ ܙܕܝܩܐ ܘܛܒܘ ܠܗ ܡܢ ܕܗܒܐ ܘܡܢ ܣܐܡܐ ܕܐܫܩܠܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܟܕ ܒܙܘ ܐܢܘܢ. ܘܗܘܘ ܓܪܡܘܗܝ ܕܝܘܣܦ

Exspectabant se dissolvi, ut illuc cito pervenirent. Ex his autem quae ad te scribo, intellige et animadverte illos in resurrectionem sperasse. Iacob enim pater noster iam moriturus, Ioseph filium suum iureiurando obligavit, eique dixit : *Sepeli me in sepulcro patrum meorum, cum Abraham et Sara, Isaac et Rebecca*[1]. Quare vero, carissime, noluerat Iacob in Aegypto, sed cum patribus suis sepeliri? Id nobis praesignificabat eum resurrectionem mortuorum exspectare, ut scilicet, facto clangore et [audita] voce tubae, patribus suis proximus resurgeret, non autem in resurrectionis hora malis intermisceretur, qui in infernum et ad supplicium ituri essent.

8. Eodem modo Ioseph fratres suos sacramento obstrinxit, et ait illis : *Cum Dominus recordatus fuerit vestri, asportabitis ossa mea vobiscum de loco isto*[2]. Verbum autem Ioseph fratres eius peregerunt, iuramentumque annis centum viginti quinque servaverunt; et quando exercitus Domini de terra Aegypti egressi sunt, tulit Moyses ossa Ioseph, et exiit, pretiosiora reputans ossa viri iusti, melioraque auro et argento, quae filii Israel ex Aegypto abstulerant, quando eos spoliaverunt. Manserunt

AB] — 6 A *in sepulcro patrum nostrorum me sepelies* ܒܩܒܪܐ ܕܐܒܗ̈ܝ ܬܩܒܪܢܝ. — 9 A om. ܒܡܨܪܝܢ. — 10 A add. ܗܘܐ ܕܝܢ. — 16 B ܠܐܚ̈ܘܗܝ. — 22 A om. ܕܢܦܩܘ.

[1] Gen. XLIX, 29, 31. — [2] *Ib.* L, 24.

autem ossa Ioseph in deserto quadraginta annos, et Moyses moriens reliquit ea Iosue filio Nun, qui haec ossa Ioseph, patris sui, universis spoliis terrae illius quam expugnabat potiora duxit. Sed quare Iosue tradita sunt ossa Ioseph a Moyse? Eo quod profecto erat ille de tribu Ephraim, filii Ioseph; eaque ille in terra promissionis sepelivit, ut terra illa, in qua ossa Ioseph recondebantur, hoc thesauro ditaretur. Cum autem Iacob moriens tribubus suis benedixit, et manifestavit quae eis in fine dierum essent ventura, ad Ruben dixit : *Ruben, primogenitus meus, et fortitudo mea, et principium roboris mei. Effusus es; sicut aqua non subsistes, quia ascendisti cubile patris tui, vere maculasti stratum meum et ascendisti*[1]. Porro a tempore quo Iacob defunctus est, donec Moyses obiit, anni sunt ducenti triginta tres. Tum Moyses voluit potestate sua sacerdotali Ruben ab iniquitate et peccato concubitus sui cum Bala, pellice patris sui, expiare, ut cum surgerent fratres eius, ipse ex eorum numero non auferretur. Ideo initio benedictionum suarum ait : *Vivet Ruben et non morietur, eritque in numero*[2].

ܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܒܡܕܒܪܐ. ܘܟܕ ܗܘܐ ܙܒܢܐ ܕܡܝܬ ܡܘܫܐ ܐܘܪܬ ܐܢܘܢ ܠܝܫܘܥ ܒܪܢܘܢ. ܛܒܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܝܬܝܪ ܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܝܘܣܦ ܐܒܘܗܝ ܡܢ ܟܠܗ ܒܙܬܐ ܕܐܪܥܐ ܗܝ ܕܟܒܫ. ܘܠܡܢܐ ܕܝܢ ܠܝܫܘܥ ܝܗܒ ܗܘܐ ܐܢܘܢ ܡܘܫܐ ܠܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܝܘܣܦ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܡܢ ܫܒܛܐ ܗܘܐ ܕܐܦܪܝܡ ܒܪܗ ܕܝܘܣܦ. ܘܩܒܪ ܐܢܘܢ ܒܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ ܕܬܗܘܐ ܡܬܥܬܪܐ ܒܐܪܥܐ ܗܝ ܕܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܝܘܣܦ ܡܛܫܝܢ ܒܗ. ܘܐܦ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܕܡܝܬ ܗܘܐ ܝܥܩܘܒ ܒܪܟ ܗܘܐ ܠܫܒ̈ܛܘܗܝ ܘܚܘܝ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܥܬܝܕ ܠܡܗܘܐ ܒܚܪܬܐ ܕܝܘܡܬܐ ܘܐܡܪ ܠܪܘܒܝܠ: ܪܘܒܝܠ ܒܘܟܪܝ ܐܢܬ: ܚܝܠܝ ܘܪܫܐ ܠܐܘܠܕܝ. ܛܥܝܬ: ܐܝܟ ܡܝܐ ܠܐ ܬܩܘܡ: ܡܛܠ ܕܣܠܩܬ ܠܡܫܟܒܗ ܕܐܒܘܟ: ܗܝܕܝܢ ܛܡܫܬ ܠܫܘܝܝ ܘܣܠܩܬ. ܘܗܘܐ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܡܝܬ ܝܥܩܘܒ ܒܪܡܐ ܕܡܝܬ ܡܘܫܐ ܡܐܬܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܠܬ ܫܢܝܢ. ܨܒܐ ܗܟܝܠ ܡܘܫܐ ܕܢܚܣܐ ܒܟܘܡܪܘܬܗ ܥܠ ܪܘܒܝܠ ܕܐܣܟܠ ܘܚܛܐ ܥܠ ܕܕܡܟ ܥܡ ܒܠܗܐ ܕܪ̈ܟܬܗ ܕܐܒܘܗܝ: ܕܟܕ ܢܩܘܡܘܢ ܐܚ̈ܘܗܝ ܠܐ ܢܬܒܨܪ ܡܢ ܡܢܝܢܗܘܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܒܪܝܫ ܒܘܪ̈ܟܬܗ: ܢܚܐ ܪܘܒܝܠ ܘܠܐ ܢܡܘܬ: ܘܢܗܘܐ ܒܡܢܝܢܐ܀

9. Rursus quando tempus advenit

ܘܐܦ ܟܕ ܡܛܐ ܙܒܢܐ ܕܢܡܘܬ ܡܘܫܐ

AB] — 10 A ܐܦ. — 11 A om. ܗܘܐ — 14 A ܘܪܝܫ. — 15 A ܕܡܫܟܒܗ. — 16 A ܛܘܫܬ. — 17 A ܘܣܠܩܬ. — *Ib.* A om. ܕܡܝܬ ܝܥܩܘܒ ܥܕܡܐ. — 25 A ܡܢܝܢܗܘܢ. — 26 A add. ܕܝܢ ܗܘ. — *Ib.* A ܕܡܝܬ.

[1] Gen. XLIX, 3, 4. Vid. Praef. § 11. — [2] Deut. XXXIII, 6.

ܥܡ ܐܒܗ̈ܘܗܝ ܚܫܝܫܐ ܗܘܐ ܠܗ ܘܟܪܝܐ ܗܘܐ ܠܗ: ܘܒܥܐ ܡܢ ܡܪܗ ܘܐܬܚܢܢ ܕܢܥܒܪ ܠܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ. ܚܒܝܒܐ ܕܝܢ ܡܛܠܡܢ ܟܪܝܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܘܫܐ ܓܒܪܐ ܙܕܝܩܐ ܥܠ ܕܠܐ ܥܠ ܠܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܨܒܐ ܕܢܫܟܒ ܥܡ ܐܒܗ̈ܘܗܝ ܘܠܐ ܢܫܟܒ ܒܐܪܥܐ ܕܒܥܠܕܒܒܘ̈ܗܝ ܒܐܪܥܐ ܕܡܘܐܒ: ܡܛܠ ܕܐܓܪܘ ܡܘܐܒܝ̈ܐ ܠܒܠܥܡ ܒܪ ܒܥܘܪ ܕܢܠܘܛ ܠܐܝܣܪܝܠ. ܡܛܠܗܢܐ ܗܟܢܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܡܘܫܐ ܕܒܐܪܥܐ ܗܝ ܠܐ ܢܫܟܒ: ܕܠܐ ܢܬܓܠܘܢ ܡܘܐܒܝ̈ܐ ܘܢܒܥܘܢ ܠܗ ܢܟܠܬܐ ܘܢܓܠܘܢ ܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܓܒܪܐ ܙܕܝܩܐ ܘܢܒܕܪܘܢ ܐܢܘܢ. ܥܒܕ ܠܗ ܡܪܗ ܒܛܝܒܘܬܐ ܠܡܫܒܠܬܐ ܘܐܣܩܗ ܠܛܘܪܐ ܕܢܒܘ ܘܚܘܝܗ ܠܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ ܟܕ ܠܥܒܪܗ̇ ܡܢ ܝܘܪܕܢܢ: ܘܟܕ ܚܙܐ ܡܘܫܐ ܠܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ ܚܙܐ ܠܛܘܪܐ ܕܝܒܘܣܝ̈ܐ ܠܐܬܪ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܡܫܟܢܐ ܠܡܫܪܐ. ܘܐܬܢܚ ܠܗ ܣܓܝ ܟܕ ܚܙܐ ܠܩܒܪܐ ܕܒܚܒܪܘܢ ܐܬܪ ܕܩܒܝܪܝܢ ܐܒܗ̈ܘܗܝ ܐܒܪܗܡ ܘܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ: ܥܠ ܕܥܡܗܘܢ ܠܐ ܐܬܩܒܪ ܘܢܬܟܢܫܘܢ ܓܪ̈ܡܘܗܝ ܥܡ ܓܪ̈ܡܝܗܘܢ ܘܥܡܗܘܢ ܢܩܘܡ ܒܩܝܡܬܐ: ܘܟܕ ܚܙܐ ܠܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ ܢܝܚܗ ܡܪܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܐܢܐ ܐܩܒܪܟ

cum patribus suis obdormiendi, Moyses, maxima molestia atque aegritudine affectus, flagitavit a Domino suo, supplicavitque ut ad terram promissionis transiret. Sed, carissime, quare Moyses vir iustus graviter ferebat quod terram promissionis non intraret? nisi quia cum patribus suis, non vero in terra hostili, in regione Moab, optabat sepeliri. Nam Moabitae Balaam, filium Beor, qui Israelitis malediceret, conduxerant; ideoque nolebat Moyses in terra illa recondi, ne forte ossa viri iusti ab istis detegerentur et dissiparentur. Gratiam autem exhibuit Moysi Dominus cum sustulit eum in montem Nebo, eique terram universam in conspectum dedit et exhibuit. Intuitus est igitur Moyses regionem universam, et consideravit montem Iebusaeorum, futuram tabernaculi sedem; valde autem doluit et flevit sepulcrum respiciens in Hebron, in quo patres sui Abraham, Isaac et Iacob conditi erant, quod ipse cum eis non sepeliretur, et ossa ipsius cum ossibus eorum non essent colligenda, ut in resurrectione cum eis suscitaretur. Postquam autem omnem regionem intuitus est, recreavit eum Dominus, et ait ei : Ego te sepeliam atque recondam, et nemo sepulcrum tuum cognoscet. *Mor-*

AB] — 8 A ܕܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ. — 22 A om. ܐܒܗ̈ܘܗܝ.

tuusque est ibi Moyses, iuxta verbum oris Domini; et sepelivit eum in valle Moab contra Bethphegor, ubi Israel peccaverat. *Et nemo cognovit sepulcrum eius usque in praesentem diem*[1]. Duplex autem beneficium Moysi Dominus eius contribuit, cum eius sepulcrum filiis Israel non manifestavit : prius quod nescirent hostes eius sepulcrum, nec possent inde ossa proiicere; alterum quod illud ignorarent etiam populares ipsius, neque in domum orationis mutarent; nam filiis populi sui Moyses pro Deo reputabatur. Id vero noveris, amice, ex iis quae dicebant, quando relinquens eos, montem ascendit : *Moysi huic qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit*[2]. Feceruntque sibi vitulum quem adoraverunt, immemores Dei qui eduxerat eos de Aegypto per Moysem, *in manu forti et brachio excelso*[3]. Propterea observantiae causa in Moysem, ipsius sepulcrum Deus non indicavit, ne eo manifestato, filii populi eius errarent, et efficerent sibi simulacrum quod adorarent, sacrificiisque colerent, et impietate sua ossa viri iusti demoverent.

10. Iterum autem Moyses resurrectionem mortuorum aperte praedicavit :

ܘܐܬܩܒܪ ܘܐܢܫ ܩܒܪܗ ܠܐ ܝܕܥ. ܘܡܝܬ ܡܘܫܐ ܒܡܘܐܒ ܥܠ ܦܘܡܗ ܕܡܪܝܐ ܘܩܒܪܗ ܒܢܚܠܐ ܒܐܪܥܐ ܕܡܘܐܒ ܠܘܩܒܠ ܒܝܬ ܦܥܘܪ ܐܬܪܐ ܕܚܛܝ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢܫ ܩܒܪܗ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܬܪܬܝܢ ܕܝܢ ܛܒ̈ܘܬܐ ܥܒܕ ܠܗ ܡܪܗ ܠܡܘܫܐ ܕܠܐ ܓܠܐ ܩܒܪܗ ܠܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ: ܚܕܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܕܥܘܢ ܒܥܠܕܒܒ̈ܘܗܝ ܘܢܦܩܘܢ ܓܪ̈ܡܘܗܝ ܡܢ ܩܒܪܗ: ܘܕܐܚܪܢܝܬܐ ܕܠܐ ܢܕܥܘܢ ܒܢ̈ܝ ܥܡܗ ܘܢܥܒܕܘܢܗ ܠܩܒܪܗ ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܐܠܗܐ ܚܫܝܒ ܗܘܐ ܠܒܢ̈ܝ ܥܡܗ: ܘܐܫܬܘܕܥ ܡܢ ܗܕܐ ܚܒܝܒܝ ܕܟܕ ܫܒܩ ܐܢܘܢ ܘܣܠܩ ܠܛܘܪܐ ܐܡܪܝܢ: ܕܗܢܐ ܡܘܫܐ ܕܐܣܩܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܡܢܐ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܥܒܕܘ ܠܗܘܢ ܥܓܠܐ ܘܣܓܕܘ ܠܗ: ܘܠܐ ܐܬܕܟܪܘ ܠܐܠܗܐ ܕܐܣܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܒܝܕ ܡܘܫܐ ܒܐܝܕܐ ܐܚܝܕܬܐ ܘܒܕܪܥܐ ܪܡܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܢܛܪ ܐܠܗܐ ܥܠ ܡܘܫܐ ܘܠܐ ܐܘܕܥ ܩܒܪܗ: ܕܠܐ ܟܕ ܢܘܕܥ ܩܒܪܗ ܢܛܥܘܢ ܒܢ̈ܝ ܥܡܗ ܘܢܥܒܕܘܢ ܠܗܘܢ ܨܠܡܐ ܘܢܣܓܕܘܢ ܘܢܕܒܚܘܢ ܠܗ ܘܒܚܛܝܬܗܘܢ ܢܥܩܪܘܢ ܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܓܒܪܐ ܙܕܝܩܐ܀

ܘܗܘ ܬܘܒ ܡܘܫܐ ܐܚܘܝ ܓܠܝܐܝܬ ܩܝܡܬܗ ܕܡܝ̈ܬܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡܗ

AB] — 9 B ܒܥܠܕܒ̈ܒܘܗܝ. — 15 A add. *rir* ܠܛܘܪܐ] ܕܗܢܐ. — 16 A ܡܢ ܐܪܥܐ] ܡܢ ܡܨܪܝܢ. — 18 A *de terra Aegypti* ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. — 20 ܡܛܠ ܗܢܐ] ܡܛܠ. — 21 A ܢܘܕܥ.

[1] Deut. xxxiv, 5, 6. — [2] Ex. xxxii, 1. — [3] Deut. v, 15.

ܕܐܡܪ ܗܘ: ܕܐܢܐ ܡܡܝܬ ܐܢܐ ܘܐܢܐ ܡܚܐ ܐܢܐ. ܘܐܦ ܚܢܐ ܢܒܝܬܐ ܐܡܪܐ ܒܨܠܘܬܗ: ܕܡܪܝܐ ܡܡܝܬ ܘܡܚܐ ܘܡܚܬ ܠܫܝܘܠ ܘܡܣܩ. ܘܐܦ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܐܡܪ: ܕܢܚܘܢ ܡܝܬܝܟ ܡܪܝܐ ܘܦܓܪܝܗܘܢ ܢܩܘܡܘܢ: ܘܢܬܬܥܝܪܘܢ ܘܢܫܒܚܘܢ ܫܟܝܒܝ ܥܦܪܐ. ܘܐܦ ܕܘܝܕ ܐܟܪܙ ܘܐܡܪ: ܕܗܐ ܠܡܝܬܐ ܥܒܕ ܐܢܬ ܬܕܡܘܪܬܐ ܘܓܢܒܪܐ ܢܩܘܡܘܢ ܢܘܕܘܢ ܠܟ: ܘܢܫܬܥܘܢ ܒܩܒܪܐ ܛܝܒܘܬܟ. ܘܐܝܟܢܐ ܒܩܒܪܐ ܡܫܬܥܝܢ ܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܕܟܕ ܫܡܥܝܢ ܩܠ ܫܝܦܘܪܐ ܕܫܪܐ ܡܩܪܢܐ ܕܐܟܠܐ ܡܢ ܫܡܥܐ ܘܙܡܪܐ ܕܗܘܐ ܙܘܥܐ ܕܡܬܦܬܚܝܢ ܩܒܪܝܢ ܓܢܒܪܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܘܡܫܬܥܝܢ ܒܩܒܪܐ ܚܕ ܠܚܕ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܪܒܐ ܗܝ ܛܝܒܘܬܐ ܕܐܬܥܒܕܬ ܠܢ: ܦܣܝܩ ܗܘܐ ܣܒܪܢ ܘܗܘܐ ܠܢ ܣܒܪܐ: ܐܚܪܢܐ ܗܘܝܢ ܒܚܫܘܟܐ ܘܢܦܩܢ ܠܢܘܗܪܐ: ܐܙܕܪܥܢ ܒܟܐܒܐ ܩܡܢ ܒܬܫܒܘܚܬܐ: ܐܬܩܒܪܢ ܢܦܫܢܝܐ ܩܡܢ ܪܘܚܢܝܐ: ܐܙܕܪܥܢ ܠܗܘ ܒܡܚܝܠܘܬܐ ܩܡܢ ܒܚܝܠܐ. ܗܕܐ ܗܝ ܛܝܒܘܬܐ ܕܡܫܬܥܝܢ ܒܩܒܪܐ܀

ܘܠܐ ܗܘܐ ܒܡܠܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕ ܚܒܝܒܝ ܐܡܪ ܐܠܗܐ ܕܡܚܐ ܐܢܐ

ait enim tanquam ex Dei ore : *Ego mortifico et ego vivere facio*[1]. Anna etiam in oratione sua dicebat : *Dominus mortificat et vivificat, deducit in inferos et reducit*[2]. Isaias propheta pariter dixit : *Vivent mortui tui, Domine, et cadavera eorum resurgent et expergiscentur, et laudabunt qui dormiunt in pulvere*[3]. David quoque pronuntiavit et dixit : *Ecce mortuis facies mirabilia, et gigantes surgent et confitebuntur tibi, et narrabunt in sepulcris bonitatem tuam*[4]. Quomodo vero in sepulcris narrabunt bonitatem Dei? nisi quando audientes ex alto vocem tubae sonoram et cornu clangorem, et eam quae tunc fiet commotionem, monumentis apertis gigantes cum hymno resurgent, et in sepulcris inter se narrabunt, dicentes : Magna est gratia quae nobis facta est. Abscissa erat spes nostra, sed alia nobis rursus exstitit. Qui in tenebris eramus conclusi, ad lumen progressi sumus. Seminati cum dolore, surreximus cum laude; inhumati cum corpore animali, surgimus cum spirituali; seminati in infirmitate, surgimus cum virtute. Hanc nempe gratiam in sepulcris narrabunt.

11. Non autem verbis solummodo, carissime, pronuntiavit Deus se mortuos

AB] — 2 A ܘܡܚܐ. — 6 A ܢܗܘܘܢ [ܡܪܝܐ. — 8 A ܐܦ. — 10 B ܒܩܒܪܐ. — 11 A ܒܩܒܪܐ ܡܫܬܥܝܢ. — 19 A add. ad lumen] *Domini nostri* ܕܡܪܢ [ܠܢܘܗܪܐ. — *Ib.* ܘܐܙܕܪܥܢ (sic). — 24 B ܒܩܒܪܐ.

[1] Deut. XXXII, 39. — [2] I Sam. II, 6. — [3] Is. XXVI, 19. — [4] Ps. LXXXVIII (LXXXVII), 11, 12.

vivificare, idipsum vero factis declaravit; testimoniisque plurimis, ne suspectam rem haberemus, aperte demonstravit. Per Eliam enim prodigium manifestatum est suscitationis mortuorum, et resurrectionis eorum qui in pulvere iacebant; nam filium viduae mortuum Elias resuscitavit, et matri reddidit. Similiter Elisaeus, eius discipulus, Sunamitidis filium ad vitam revocavit, ut sic confirmatum comprobatumque nobis haberetur testimonium duorum. Et rursum super ossa Elisaei mortuum quemdam Israelitae proiecerunt; mortuus autem ille surrexit vivens; et firmum nobis evadit trium testimonium.

ܡܚܝܬܐ: ܐܠܐ ܐܦ ܒܥܒܕܐ ܚܘܝ ܒܣܗܕܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܢ ܡܣܦܩ ܒܡܢܝܢܐ: ܩܝܡ ܡܚܝܢ ܒܚܝܠܬܐ ܕܝܢ ܐܠܝܐ ܢܒܝܐ. ܐܬܚܘܝܬ ܕܢܚܝܘܢ ܡܝܬܐ ܘܢܩܘܡܘܢ ܫܟܝܒܝ ܥܦܪܐ. ܟܕ ܡܝܬܐ ܒܪܗ ܕܐܪܡܠܬܐ ܐܚܝܗ ܐܠܝܐ ܘܐܫܠܡܗ ܠܐܡܗ. ܘܐܠܝܫܥ ܐܦ ܬܠܡܝܕܗ ܐܚܝ ܠܒܪܗ ܕܫܘܢܡܝܬܐ: ܕܢܬܩܝܡ ܠܘܬܢ ܣܗܕܘܬܐ ܕܬܪܝܢ. ܘܐܦ ܥܠ ܓܪܡܘܗܝ ܕܐܠܝܫܥ ܡܝܬܐ ܚܕ ܐܪܡܝܘܗܝ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܚܝܐ ܘܩܡ ܗܘ ܡܝܬܐ: ܘܩܝܡܐ ܣܗܕܘܬܐ ܕܬܠܬܐ.

12. Sed et per Ezechielem prophetam resurrectionis mortuorum clara facta est manifestatio, quando dimisit eum Deus in campum, et ossa multa ei ostendit, et circumduxit illum per ea in gyrum, et ait illi : *Viventne ossa ista, fili hominis?* Responditque ei Ezechiel : *Domine dominorum, tu nosti :* Ait autem ei Dominus : *Fili hominis, vaticinare super ossa ista; vaticinare, et dic ad ossa arida : Audite verbum Domini dominorum.* Cumque nuntiavisset eis verba illa, *facta est commotio et sonitus, et congregata sunt ossa,* ea etiam quae minutatius

ܘܐܦ ܒܝܕ ܚܙܩܝܐܝܠ ܢܒܝܐ ܐܬܚܘܝܬ ܬܚܝܬܐ ܕܡܝܬܐ ܟܕ ܐܦܩܗ ܐܠܗܐ ܠܦܩܥܬܐ ܘܚܘܝܗ ܓܪܡܐ ܣܓܝܐܐ ܘܐܚܕܪܗ ܥܠܝܗܘܢ ܚܕܪܝܗܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܗ: ܚܝܝܢ ܓܪܡܐ ܗܠܝܢ ܒܪܢܫܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܚܙܩܝܐܝܠ: ܐܢܬ ܗܘ ܝܕܥ ܡܪܝܐ ܡܪܘܬܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝܐ: ܐܬܢܒܐ ܒܪܢܫܐ ܥܠ ܓܪܡܐ ܗܠܝܢ: ܐܬܢܒܐ ܘܐܡܪ ܠܓܪܡܐ ܝܒܝܫܐ: ܫܡܥܘ ܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܡܪܘܬܐ. ܘܟܕ ܐܡܠܟ ܐܢܘܢ ܡܠܬܐ ܗܠܝܢ ܗܘܐ ܪܘܥܫܐ ܘܩܠܐ ܘܐܬܩܪܒܘ ܓܪܡܐ ܐܦ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܦܪܦܪܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܒܕܪܝܢ ܗܘܘ.

AB] — 1 A ܐܦ [ܐܦ]. — *Ib.* B ܒܥܒܕܐ. — 4 A add. *prophetam* ܢܒܝܐ [ܐܠܝܐ]. — 7 B ܐܚܝܗ. — 10 A ܐܦ. — 11 A om. ܗܘ. — *Ib.* A add. ܗܘ [ܡܝܬܐ]. — 19 A ܝܕܥ (sic). — 21 A add. ܢܒܝܐ [ܐܬܢܒܐ]. — 22 A ܘܡܪܐ (sic). — 24 A add. ܗܘܐ [ܐܢܘܢ].

ܘܚܙܐ ܐܢܘܢ ܢܒܝܐ ܘܬܗܪ ܕܡܢ ܟܠ ܦܢܝܢ ܐܬܝܢ ܗܘܘ ܘܓܪ̈ܡܐ ܠܚܒܪܗ ܡܩܒܠ ܗܘܐ ܡܦܪ̈ܩܬܐ ܠܘܬ ܟܝܢܐ ܙܘܥܗ ܩܪܒܬ ܘܐܬܩܛܪܘ ܚܕ ܥܡ ܚܕ: ܝܒܝܫܘܬܗܘܢ ܪܛܒܬ: ܘܐܬܠܚܡ ܡܦܪ̈ܩܬܐ ܒܓܝ̈ܕܐ ܘܪܬܚ ܕܡܐ ܒܥܪ̈ܩܐ: ܘܐܬܦܫܛ ܡܫܟܐ ܥܠ ܒܣܪܐ ܘܣܥܪܐ ܥܒܕܐ ܒܟܝܢܗ. ܘܪܡܝܢ ܗܘܘ ܘܪܘܚܐ ܠܝܬ ܗܘܬ ܒܗܘܢ. ܘܦܩܕ ܬܘܒ ܦܩܕܗ ܠܢܒܝܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܐܬܢܒܐ ܥܠ ܪܘܚܐ ܘܐܡܪ ܠܗ. ܬܐ ܪܘܚܐ ܡܢ ܐܪܒܥ ܪ̈ܘܚܝܢ: ܘܢܫܘܒ ܒܩܛܝ̈ܠܐ ܗܠܝܢ ܘܢܚܘܢ. ܟܕ ܐܡܪ ܐܦ ܦܬܓܡܐ ܐܚܪܢܐ ܥܠܬ ܒܗܘܢ ܪܘܚܐ ܘܚܝܘ ܘܩܡܘ ܥܠ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܚܝܠܐ ܪܒܐ ܛܒ܀

ܘܠܡܢܐ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܡܢ ܚܕ ܦܬܓܡܐ ܠܐ ܩܡܘ ܡܝ̈ܬܐ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܚܙܩܝܐܝܠ ܘܐܫܬܠܡܬ ܢܚܡܬܗܘܢ ܕܓܪ̈ܡܐ ܘܕܪܘܚܐ. ܕܗܐ ܒܚܕ ܦܬܓܡܐ ܐܬܩܪܒܘ ܓܪ̈ܡܐ: ܘܒܐܚܪܢܐ ܐܬܬ ܪܘܚܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܡܪܢ ܢܛܝܪܐ ܗܘܬ ܡܢܝ ܢܡܘܣ ܡܫܡܠܝܐ ܕܒܚܕ ܩܠܐ ܘܒܚܕ ܦܬܓܡܐ ܡܩܝܡ ܠܐܢܫܘܬܐ ܟܠܗ ܦܓܪܗ ܕܐܕܡ. ܠܐ ܗܘܐ ܚܣܝܪ ܦܬܓܡܐ ܕܝܢ ܗܘܐ: ܐܠܐ ܡܡܠܠܢܘܬܗ ܙܥܘܪ ܗܘܐ. ܘܡܢ ܗܕܐ ܐܣܬܟܠ ܘܕܥ ܕܐܦ ܐܠܝܐ ܘܐܠܝܫܥ ܠܡܝ̈ܬܐ ܟܕ

divisa aut confracta erant. Videns autem ea propheta miratus est; undique enim conveniebant, aliud ab alio excipiebatur, iunctura ad iuncturam accedebat, et inter se componebantur. Ariditas eorum madescebat, et commissurae nervis suis iungebantur, efferbuitque sanguis in venis, extensa est cutis super carnem, et pili suapte natura creverunt. Iacebant autem spiritum non habentes. Tum prophetae iterum praecepit dicens : *Vaticinare ad spiritum, et dic ei : Veni, spiritus, a quatuor ventis, et infla interfectos istos, ut reviviscant.* Prolato autem hoc alio verbo, *ingressus est in ea spiritus, et vixerunt, steteruntque super pedes suos, exercitus grandis valde*[1].

13. Cur autem, amice, non uno verbo surrexerunt mortui illi ab Ezechiele revocati, nec [semel] completa fuit ossium et spiritus suscitatio? altero enim verbo ossa collecta sunt, et altero spiritus venit. Profecto quia Domino Iesu Christo perfecta virtus illa relinquebatur, qui una voce unoque verbo omne humanum corpus suscitabit. Non quidem verbum insufficiens fuit, at ipsius prolator impar erat. Id autem ex eo intelliges atque cognosces, quod Elias

AB] — 3 A om. ܗܘܐ. — 4 A ܟܝܢܐ. — 6 A *excutiebantur, movebantur* ܘܐܬܪܦܦܘ [ܘܐܬܠܚܡܘ. — 12 A ܘܢܚܘܢ. — 18 A add. *propheta* ܢܒܝܐ [ܚܙܩܝܐܝܠ. — *Ib.* A ܘܐܫܬܠܡܬ. — 21 A ܕܐܬܐ. — 22 A add. ܗܘ [ܦܬܓܡܐ. — 23 A *omnes ex homine natos* ܠܟܠܗܘܢ ܝܠܝܕܝ ܐܢܫܐ [ܠܟܠܗ ܦܓܪܗ. — 25 A ܘܐܦ ܗܕܐ.

[1] Ezech. XXXVII, 1-10.

et Elisaeus, discipulus eius, quando mortuos excitaverunt, non uno verbo eos revocaverunt, sed post orationem et supplicationem satis diu productam isti surrexerunt.

14. Sed et ipse Dominus in primo suo adventu tres mortuos vitae reddidit, ut nobis testimonium trium confirmaretur; et geminatis verbis singulos suscitavit. Nam cum viduae filium vivificavit, verbum ingeminans eum vocavit : *Adolescens, adolescens, surge*[1]. Et surrexit vivus. Iterum filiam archisynagogi bis vocavit, dicens : *Puella, puella, surge*[2]. Et rediit spiritus et surrexit. Mortuo autem Lazaro, accessit ad monumentum, oravitque, et voce magna clamavit dicens : *Lazare, veni foras*[3]. Et vivus prodiit de sepulcro.

15. Id autem tibi exposui, iteratis nempe vocibus mortuos illos suscitatos fuisse, quia duplici resurrectione fruentur, et post primam illam superest alia ventura; postquam autem in illa omnes homines suscitati fuerint, nemo cadet amplius, et uno Dei verbo, per Christum emisso, surgent mortui omnes, propere, velut in ictu oculi; minime enim impar impotensve Ille est qui verbum istud pronuntiabit; vocem hanc

ܐܚܝܘ ܡܝ̈ܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܒܚܕ ܦܬܓܡܐ ܐܩܝܡܘ ܐܢܘܢ܆ ܐܠܐ ܒܨܠܘܬܐ ܕܨܠܝܘ ܘܐܬܟܫܦܘ܆ ܘܐܡܝܢܘ ܒܙܒܢܐ ܠܐ ܒܨܝܪ ܩܡܘ ܗܢܘܢ܀

ܘܐܦ ܡܪܢ ܒܡܐܬܝܬܗ ܗܝ ܩܕܡܝܬܐ ܐܚܝ ܬܠܬܐ ܡܝ̈ܬܐ ܕܠܢ ܣܗܕܘܬܐ ܕܬܠܬܐ܆ ܡܫܪܪܐ ܠܗ̈ܝܢ ܦܬܓܡ̈ܝܢ ܐܩܝܡ ܠܟܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ. ܠܒܪܗ ܓܝܪ ܕܐܪܡܠܬܐ ܟܕ ܐܚܝܗ ܩܪܝܗ ܬܪ̈ܬܝܢ ܙܒ̈ܢܝܢ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ܆ ܥܠܝܡܐ ܥܠܝܡܐ ܩܘܡ. ܚܝܐ ܩܡ. ܘܠܒܪܬܗ ܬܘܒ ܕܪܒ ܟܢܘܫܬܐ ܩܪܗ̇ ܬܪ̈ܬܝܢ ܙܒ̈ܢܝܢ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ̇܆ ܛܠܝܬܐ ܛܠܝܬܐ ܩܘܡܝ. ܘܐܬܬ ܪܘܚܗ̇ ܘܩܡܬ. ܟܕ ܡܝܬ ܠܥܙܪ܆ ܘܐܬܐ ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܐ܆ ܘܨܠܝ ܘܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܐܡܪ܆ ܠܥܙܪ ܬܐ ܠܒܪ. ܘܚܝܐ ܢܦܩ ܡܢ ܩܒܪܗ܀

ܗܢܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܕܐܦܝܣܟ ܕܒܗܠܝܢ ܬܪ̈ܬܝܢ ܦܬܓܡ̈ܝܢ ܩܡܘ ܡܝ̈ܬܐ ܗܠܝܢ܆ ܡܛܠ ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܩܝܡ̈ܢ ܗܘܝ̈ ܠܗܘܢ܆ ܚܕܐ ܗܝ ܩܝܡܬܐ ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܗܝ ܕܥܬܝܕܐ. ܡܛܠ ܕܒܗܝ ܩܝܡܬܐ ܕܩܝܡܝܢ ܒܗ̇ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܬܘܒ ܠܐ ܢܦܠܐ܆ ܒܚܕ ܦܬܓܡܐ ܕܐܠܗܐ ܕܒܝܕ ܡܫܝܚܗ ܡܫܬܕܪ܆ ܩܝܡܝܢ ܟܠܗܘܢ ܡܝ̈ܬܐ ܐܝܟ ܪܦܦ ܥܝܢܐ ܒܥܓܠܐܝܬ܆ ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܨܝܪ ܘܡܚܝܠ ܡܡܠܠܢܗ܆

AB] — 9 B ܐܚܝܘܗܝ. — 15 A om. ܘܐܡܪ. — 19 A pariter ܗܘܝ̈ sed cum ܝ in fine secunda manu addito. — 20 A ܗܘ ܩܝܡܬܐ. — 21 A prius ܩܝܡܬܐ secunda manu mutatum in ܩܝܡܬܐ. — 23 A add. *Iesum* ܝܫܘܥ [ܕܒܝܕ. — 26 A ܘܡܚܝܠ ܒܨܝܪ.

[1] Luc. VII, 14. — [2] Marc. V, 41. — [3] Ioh. XI, 43.

ܡܛܠ ܕܒܢܝ ܦܬܓܡܐ ܕܒܪܐ ܡܫܡܥ ܠܟܠܗܘܢ ܣܘ̈ܦܐ ܡܫܬܘܙܝܢ ܡܬܛܫܝܢ ܟܠܗܘܢ ܕܙܩܝܦܝܢ. ܘܠܐ ܗܦܟ ܦܬܓܡܐ ܠܘܬ ܡܫܕܪܢܗ ܣܪܝܩܐܝܬ: ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܒܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܕܡܦܚܡ ܠܗ ܠܦܬܓܡܐ ܒܡܛܪܐ ܘܒܬܠܓܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܐܝܟ ܕܢܚܬ ܡܛܪܐ ܘܬܠܓܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܠܬܡܢ ܠܐ ܗܦܟ ܐܠܐ ܡܪܘܐ ܠܐܪܥܐ ܘܡܘܠܕ ܠܗ ܘܝܗܒ ܙܪܥܐ ܠܙܪܘܥܐ ܘܠܚܡܐ ܠܡܐܟܘܠܬܐ: ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܦܬܓܡܝ ܕܢܦܩ ܡܢ ܦܘܡܝ ܘܠܐ ܢܗܦܘܟ ܠܘܬܝ ܣܪܝܩܐܝܬ: ܐܠܐ ܐܢ ܥܒܕ ܡܕܡ ܕܨܒܝܬ ܘܡܟܫܪ ܕܫܕܪܬܗ. ܡܛܪܐ ܓܝܪ ܘܬܠܓܐ ܠܐ ܗܦܟܝܢ ܠܫܡܝܐ: ܡܛܠ ܕܥܒܕܝܢ ܡܫܕܪܢܗܘܢ ܒܐܪܥܐ ܨܒܝܢܗ ܘܦܬܓܡܐ ܕܡܫܬܕܪ ܒܝܕ ܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܡܠܬܗ ܘܦܬܓܡܗ: ܗܦܟ ܠܘܬܗ ܒܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ: ܡܛܠ ܕܟܕ ܐܬܐ ܘܡܡܠܠ ܠܗ ܢܚܬ ܒܕܡܘܬܐ ܡܛܪܐ ܘܬܠܓܐ ܘܡܢܗ ܒܗ ܟܠܗܘܢ ܙܪ̈ܥܘܢܐ ܘܡܦܪܝܢ ܒܗ ܦܐܪ̈ܐ ܙܕ̈ܝܩܐ. ܘܗܝܕܝܢ ܦܬܓܡܐ ܠܘܬ ܡܫܕܪܢܗ ܘܠܐ ܗܘܐ ܣܪܝܩܐܝܬ ܗܦܟܐ ܕܝܠܗ ܐܠܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܩܕܡ ܡܫܕܪܢܗ: ܗܐ ܐܢܐ ܘܛܠܝ̈ܐ ܕܝܗܒ ܠܝ

unam quam efferet, ad ultimos usque terminos transmittet, et cuncti [in tumulis] conditi prosilient et surgent. Neque irrita revertetur vox ad illum qui miserit eam, sed [fiet] sicut scriptum est apud Isaiam prophetam, verbum pluviae ac nivi aequiparantem, his verbis : *Quomodo descendit imber et nix de caelo, et illuc non revertitur, sed terram germinare et parturire facit, ut det semen seminanti, et panem ad manducandum; sic erit verbum quod egredietur de ore meo : non revertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque voluero, et complebit ea ad quae illud misero*[1]. Porro imber et nix ad caelum non revertuntur, quoniam voluntatem eius qui ea misit, in terra perficiunt. Verbum autem emissum a Deo per Christum, qui ipsius Verbum et Sermo est, cum virtute multa ad ipsum reducetur. Cum enim advenerit [Christus], illudque [Verbum] protulerit, descendet sicut imber et nix; et per ipsum, quodcumque seminatum est germinabit, et fructus iustitiae proferet; tunc Verbum ad eum qui misit illud proficiscetur, neque inanis erit reditus eius; sic autem loquetur coram illo a quo missum est : *Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi Dominus*[2]. Ipse est

AB] — 2 A ܣܩ̈ܦܝܢ. — 3 A *dormientes* ܕܕܡܟܝܢ [ܕܙܩܝܦܝܢ. — 6 A ܠܦܬܓܡܗ. — 10 B ܠܗ. — 11 A ܦܬܓܡܐ. — 15 B ܠܐ ܗܦܟ (sic). — 17 A add. *eis* ܠܗܘܢ [ܕܡܫܕܪ. — 22 B ܒܗ [ܒܗ secundo.

[1] Is. LV, 10, 11. — [2] Is. VIII, 18. Cf. Ioh. XVII, 12.

vox illa per quam mortui reviviscent, idque de seipso Salvator testatur, dum ait : *Veniet hora quando mortui quoque vocem audient Filii hominis*[1], et de monumentis suis prodibunt. Ita etiam scriptum est : *In principio erat* Vox, quae est *Verbum*[2]. Et rursus : *Verbum corpus factum est, et habitavit in nobis*[3]; ipsum autem est vox Dei, quae ab alto clamans cunctos mortuos excitabit.

16. Rursus mortuorum resurrectionem Dominus demonstravit Sadducaeis, exemplum ei adducentibus mulieris unius quae septem viris nupserat, et interrogantibus : *Omnes uxorem hanc habuerunt; in resurrectione autem mortuorum, cuius ex eis erit*[4]? Tunc respondit eis Dominus : *Erratis vehementer, et nescitis Scripturas neque virtutem Dei. Qui enim mundo illo et resurrectione illa ex mortuis digni habiti fuerint, neque nubent, neque nubentur, quia mori ultra non poterunt; erunt enim sicut Angeli Dei, et filii resurrectionis. De resurrectione autem in qua resurgent mortui, non legistis in Scriptura quod dixit Deus Moysi de rubo : Ego sum Deus Abraham, Isaac et Iacob; et non est Deus mortuorum, omnes enim vivunt ei*[5].

ܡܚܝܢܐ. ܘܗܘ ܗܘܝܘ ܩܠܐ ܕܢܚܐܢ ܒܗ ܡܝ̈ܬܐ ܦܪܘܩܢ ܣܗܕ ܕܝܠܗ ܟܕ ܐܡܪ: ܕܐܬܐ ܫܥܬܐ ܕܐܦ ܡܝ̈ܬܐ ܢܫܡܥܘܢ ܩܠܗ ܕܒܪܗ ܕܐܢܫܐ: ܘܢܦܩܘܢ ܡܢ ܩܒܪ̈ܝܗܘܢ. ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܒܪܫܝܬ ܩܠܐ ܗܘܐ ܕܗܘ ܡܠܬܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܡܠܬܐ ܦܓܪܐ ܗܘܬ ܘܐܓܢܬ ܒܢ. ܘܗܘ ܗܘܝܘ ܩܠܗ ܕܐܠܗܐ ܕܩܥܐ ܡܢ ܪܘܡܐ ܘܡܩܝܡ ܠܟܠܗܘܢ ܡܝ̈ܬܐ܀

ܬܘܒ ܐܚܘܝ ܡܪܢ ܠܙܕܘܩܝ̈ܐ ܥܠ ܚܝܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܟܕ ܐܝܬܝܘ ܠܗ ܡܬܠܐ ܕܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܕܠܫܒܥܐ ܓܒܪ̈ܝܢ ܗܘܬ ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܕܗܐ ܐܢܬܬܐ ܗܘܬ ܕܟܠܗܘܢ: ܒܚܝܬܗ ܡܝ̈ܬܐ ܠܐܝܢܐ ܡܢܗܘܢ ܬܗܘܐ. ܥܢܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܪܢ: ܕܛܥܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܟܬܒܐ ܘܠܐ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ. ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ ܕܫܘܘ ܠܥܠܡܐ ܗܘ ܘܠܗܝ ܩܝܡܬܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ: ܠܐ ܓܒܪ̈ܐ ܢܣܒܢ ܢܫ̈ܐ ܘܐܦܠܐ ܠܓܒܪ̈ܐ ܗܘ̈ܝܢ ܢܫ̈ܐ: ܡܛܠ ܕܠܡܡܬ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܡܠܐܟ̈ܐ ܐܢܘܢ ܕܐܠܗܐ ܘܒܢ̈ܝܐ ܕܩܝܡܬܐ. ܥܠ ܩܝܡܬܐ ܕܝܢ ܕܢܩܘܡܘܢ ܡܝ̈ܬܐ ܠܐ ܩܪܝܬܘܢ ܒܟܬܒܐ ܕܐܡܪ ܐܠܗܐ ܠܡܘܫܐ ܡܢ ܣܢܝܐ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܗ ܕܐܒܪܗܡ ܘܕܐܝܣܚܩ ܘܕܝܥܩܘܒ. ܘܠܐ ܐܠܗܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܚܝܝܢ ܐܢܘܢ ܠܗ܀

AB] — 1 A ܕܢܚܝܢ. — 8 A ܘܐܬ. — 12 A ܠܫܒܥܐ. — 13 A ܠܟܠܗܘܢ. — 15 A ܛܥܝܢ. — *Ib.* A ܕܠܐ. — 18 A om. ܓܒܪ̈ܐ. — 23 A ܗܘܐ. — 26 A add. *sed viventium* ܐܠܐ ܕܚ̈ܝܐ [ܕܡܝ̈ܬܐ. — *Ib.* A om. ܟܠܗܘܢ ... ܠܗ.

[1] Ioh. v, 25. — [2] *Ib.* i, 1. — [3] *Ib.* i, 14. Vid. Praef. § 11. — [4] Matth. xxii, 28. — [5] *Ib.* xxii, 29-32.

ܘܐܝܬ ܕܐܦ ܟܕ ܚܝܝܢ܂ ܠܐܠܗܐ ܡܝܬܝܢ ܐܢܘܢ܂ ܣܡ ܠܗ ܓܝܪ ܦܘܩܕܢܐ ܠܐܕܡ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܕܒܝܘܡܐ ܕܐܟܠ ܐܢܬ ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܡܘܬܐ ܬܡܘܬ܂ ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܥܒܪ ܥܠ ܦܘܩܕܢܐ ܘܐܟܠ: ܚܝܐ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ܂ ܘܠܐܠܗܐ ܡܝܬܐ ܚܫܝܒ ܗܘܐ ܠܗ ܒܚܛܗܘܗܝ܂ ܘܠܦܢ ܠܟ ܕܚܛܝܐ ܗܘ ܐܡܝܪ ܡܝܬܐ ܘܐܦ ܟܕ ܚܝ܂ ܐܢܐ ܐܦܝܣܟ܂ ܒܚܙܩܝܐܝܠ ܓܝܪ ܢܒܝܐ ܟܬܝܒܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܚܝ ܐܢܐ ܐܡܪ ܡܪܐ ܡܪܘܬܐ ܕܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ ܒܡܘܬܗ ܕܡܝܬܐ ܚܛܝܐ܀

ܘܐܦ ܡܪܢ ܐܡܪ ܠܗܘ ܓܒܪܐ ܕܐܡܪ ܠܗ: ܕܐܙܠ ܐܩܒܘܪ ܠܐܒܝ ܘܐܬܐ ܠܘܬܟ܂ ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ: ܫܒܘܩ ܡܝܬܐ ܢܩܒܪܘܢ ܡܝܬܝܗܘܢ܂ ܘܐܢܬ ܙܠ ܐܟܪܙ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܡܣܬܟܠ ܐܢܬ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܐܘ ܚܒܝܒܝ܂ ܚܙܝܬ ܡܡܬܘܡ ܡܝܬܐ ܕܩܒܪܝܢ ܡܝܬܝܗܘܢ܂ ܐܘ ܐܝܟܢܐ ܩܐܡ ܡܝܬܐ ܠܡܩܒܪ ܡܝܬܐ܂ ܐܠܐ ܗܢܐ ܦܝܣܐ ܩܒܠ ܡܢܝ: ܕܚܛܝܐ ܟܕ ܚܝ ܡܝܬܐ ܗܘ ܠܐܠܗܐ: ܘܙܕܝܩܐ ܟܕ ܡܝܬ ܠܐܠܗܐ ܚܝ ܗܘ܂ ܗܢܐ ܓܝܪ ܡܘܬܐ ܫܢܬܐ ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܕܘܝܕ: ܕܐܢܐ ܫܟܒܬ ܘܕܡܟܬ ܘܐܬܬܥܝܪܬ܂ ܘܐܦ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ: ܕܢܬܬܥܝܪܘܢ ܫܟܝܒܐ ܕܒܥܦܪܐ܂ ܘܡܪܢ ܐܡܪ ܥܠ ܒܪܬܗ ܕܪܒ

17. Sunt autem qui, licet vivant, Deo tamen mortui sunt. Imponens namque Adae praeceptum [Deus] ait : *In die quo ex arbore comederis, morte morieris*[1]; et postquam praeceptum [Adam] transgressus est, ac manducavit, vixit annis nongentis et triginta; sed propter peccata sua, mortuus apud Deum reputabatur. Ut autem persuasum habeas peccatorem, licet vivat, mortuum apellari, te erudiam; id enim apud Ezechielem prophetam scriptum est : *Vivo ego, dicit Dominus dominorum : non delector morte peccatoris mortui*[2].

18. Dominus etiam homini illi dicenti ad eum : *Vadam et sepeliam patrem meum, et revertar ad te;* respondit : *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos; tu autem vade, annuntia regnum Dei*[3]. Quomodo vero intelligis verbum illud, carissime? Num unquam mortuos vidisti mortuos suos sepelire? Sed quomodo mortuus surget ut mortuos sepeliat? quin contra, argumentum a me accipe. Peccator, licet vivens, mortuus est Deo; et iustus, licet mortuus, Deo vivit; talis enim mors somnus est, sicut David ait : *Ego recubui, et dormivi, et evigilavi*[4]. Et Isaias : *Expergiscentur qui iacent in pulvere*[5]. Dominus quoque, de

AB] — 1 A pariter ܟܕ sed secunda manu additum. — 3 A add. *quod ei imposuerat* ܕܣܡ ܠܗ [ܦܘܩܕܢܐ. — *Ib.* A om. ܘܐܡܪ. — 8 A om. ܗܘ. — 9 A ܘܐܦ. — 11 A ܡܪܝܐ. — 14 A ܐܙܠ. — 22 A ܡܝܬ ܡܝܬ [ܡܝܬ. — 23 A ܘܗܟܢܐ ܐܡܪ.

[1] Gen. II, 17. — [2] Ezech. XVIII, 23, 32; XXXIII, 11. — [3] Luc. IX, 59, 60. — [4] Ps. III, 6. — [5] Is. XXVI, 19.

filia archisynagogi ait : *Non est mortua puella, sed dormit somnum*[1]. Et de Lazaro dixit ad discipulos suos : *Lazarus amicus noster dormit; sed vado ut evigilem eum*[2]. Apostolus etiam ait : *Omnes dormiemus, sed non omnes immutabimur*[3]. Et iterum: *De dormientibus nolite contristari*[4].

19. Nos autem oportet timere mortem secundam, quae plena est fletus et stridoris dentium, gemitus et cruciatus, et in tenebris exterioribus est constituta. Beati erunt fideles et iusti, in resurrectione illa, qua se exspectant suscitatum iri, et bona promissa recepturos. Vae autem impiis qui non sperant in resurrectionem, propter omnia quae eos manent. Satius eis fuerit, iuxta propriam eorum fidem, non resurgere. Servus enim cui flagella et vincula ab hero parantur, si dormiat, non optat evigilari, cum noverit se, postquam diluculo excitatus fuerit, vapulaturum, et ab hero vinculis traditum iri. At servus bonus, cui munera dominus pollicitus est, praestolatur donec diluculum elucescat, ut praemia a domino recipiat. Sub ipso somno, videt herum ea sibi largientem quae promiserat; et quamvis dormiens, gaudet, exsultat, hilaritate-

ܕܪܝܫ ܟܢܘܫܬܐ: ܛܠܝܬܐ ܠܐ ܡܝܬܬ ܐܠܐ ܕܡܟܐ ܗܝ ܕܡܟܐ. ܘܥܠ ܠܥܙܪ ܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܕܠܥܙܪ ܪܚܡܢ ܕܡܟ ܐܠܐ ܐܙܠ ܐܢܐ ܕܐܥܝܪܝܘܗܝ. ܘܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܟܠܢ ܢܕܡܟ ܐܠܐ ܠܐ ܟܠܢ ܢܬܚܠܦ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܕܡܟܝܢ ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܟܪܝܐ ܠܟܘܢ܀

ܡܢ ܡܘܬܐ ܕܝܢ ܐܚܪܢܐ ܘܠܐ ܠܢ ܠܡܕܚܠ: ܗܘ ܕܡܠܐ ܒܟܝܐ ܘܚܘܪܩ ܫܢܐ ܘܐܢܚܬܐ ܘܕܘܘܢܐ: ܗܘ ܕܣܝܡ ܒܚܫܘܟܐ ܒܪܝܐ. ܛܘܒܝܗܘܢ ܕܝܢ ܠܡܗܝܡܢܐ ܘܙܕܝܩܐ ܒܗܝ ܩܝܡܬܐ ܕܡܣܟܝܢ ܕܢܬܚܝܘܢ ܘܢܩܒܠܘܢ ܡܘܠܟܢܝܗܘܢ ܛܒܐ: ܘܘܝܐ ܕܠܐ ܡܣܟܝܢ ܠܩܝܡܬܐ ܗܝ ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܕܡ ܕܐܬܝܢ ܠܗܘܢ. ܦܩܚ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܠܘ ܠܐ ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܡܗܝܡܢܝܢ. ܡܛܠ ܕܥܒܕܐ ܕܡܢ ܡܪܗ ܢܓܕܐ ܘܐܣܘܪܐ ܡܛܝܒܝܢ ܠܗ: ܟܕ ܕܡܟ ܠܐ ܪܓܐ ܕܢܬܬܥܝܪ ܕܝܕܥ ܕܟܕ ܢܗܘܐ ܨܦܪܐ ܘܐܬܬܥܝܪ ܡܢܓܕ ܠܗ ܡܪܗ ܘܐܣܪ ܠܗ. ܘܥܒܕܐ ܛܒܐ ܐܝܢܐ ܕܡܘܗܒܬܐ ܐܫܬܘܕܝ ܠܗ ܡܪܗ ܡܣܟܐ ܕܐܡܬܝ ܢܗܘܐ ܨܦܪܐ ܘܢܩܒܠ ܡܘܗܒܬܐ ܡܢ ܡܪܗ. ܘܐܦ ܟܕ ܕܡܟ ܕܡܟ: ܒܚܠܡܗ ܚܙܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܪܗ ܝܗܒ ܠܗ ܗܘ ܡܕܡ ܕܐܫܬܘܕܝ ܠܗ: ܚܕܐ

AB] — 9 A pariter ܘܕܘܘܢܐ sed cum punctis secunda manu additis. — 12 A ܡܘܠܟܢܝܗܘܢ ܛܒܐ. — 16 A pariter ܕܡܢ sed cum ܕ secunda manu addito. — 17 B scriptum habet vocem ܕܡܟ atramento rubro, inter lineas, quasi voci ܪܓܐ praeficiendum aut sufficiendum. — *Ib.* B ܪܓܐ. — 21 A ܡܣܟܐ ܗܘܐ.

[1] Matth. IX, 24. Luc. VIII, 52. — [2] Ioh. XI, 11. — [3] I Cor. XV, 51. — [4] I Thess. IV, 13 (12).

[illegible]

que perfruitur. Impio autem somnus iniucundus est, cum ea recogitat ad quae ipse, oriente mane, reservatur; et frangitur animus dormientis. Iusti vero quiescunt, et gratissimo somno per diem et noctem continuo fruuntur; totam illam prolixam noctem non percipiunt, eisque tanquam una hora aestimatur, et statim a vigilia matutina alacres expergiscuntur. Impii sopore gravati, similes sunt homini aspera vehementique febri deiecto, seseque in cubili huc et illuc versanti; per totam noctem terretur, atque haec tardior ei fluit, et diluculum reformidat, quo Domino paenas solvet.

20. Fides autem nostra docet homines in eum somnum semel lapsos sic consopiri, ut bonum a malo non discernant; nec iustos promissam retributionem, neque impios debitam paenam excipere, donec Iudex adveniat, et homines a dextris vel a sinistris constituat. Scito igitur, ex his quae scripta sunt, cum Iudex sederit, apertique fuerint coram eo libri, et facta bona et mala recitata, eos qui bene egerint bona a [Deo] bono accepturos; qui autem mala commiserint, a iusto iudice male mulctabuntur. Etenim erga bonos non mutat indolem, nec

AB] — 3 A *comminationibus Domini sui* [illegible] [[illegible]. — 6 A add. [illegible] [[illegible]. — 7 A add. ܗܘܐ [[illegible]. — *Ib.* A om. [illegible]. — 8 A [illegible]. — 13 A add. [illegible] [[illegible]. — 17 A [illegible]. — 18 A [illegible]. — 19 B [illegible]. — 21 A add. [illegible] [[illegible]. — 26 A *damnationem* [illegible] [[illegible] secundo.

iustum se ostendit, quia in iustitia multos condemnat; at erga peccatores naturam suam mutat in mundo isto, in quo iustitia gratiam absumit, et omnibus districtum se exhibet. Iustitia erga eos clementiae non coniungetur; quemadmodum bonitas offensam [eorum] non mitigavit, ita [nec] iustitiam indulgentia [temperabit]. Iudex a misericordia procul aberit, sed iustitia magis provocabitur. Cui ergo misericordia prope accedit, ad eam ille se convertat, nec se ipsum iustitiae permittat, ne eius delicta ab eo requirens, ipsum condemnet. Eum autem cui misericordia adempta est, iustitia ad disquisitionem adducet; ab ea condemnabitur, atque ad supplicium procedet.

21. Audi ergo hoc argumentum, carissime, de retributione in fine facienda. Etenim pastor, diviso grege statutisque ovibus a dextris et a sinistris, bonos benigne excepit, et heredes regni eos constituit; malos autem a se correptos atque damnatos ad supplicium misit[1]. Et illi qui nuntios ad regem miserunt dicentes : *Ne sit iste rex super nos*[2]; cum rex accepto regno reversus fuerit, tunc demum coram eo hostes eius in-

ܟܐܢܐ. ܠܘܬ ܛܒ̈ܐ ܓܝܪ ܠܐ ܡܫܚܠܦ ܟܝܢܗ ܗܘܐ ܟܐܢܐ ܡܛܠ ܕܟܐܢܘܬܗ ܠܣܓܝ̈ܐܐ ܡܚܝܒ: ܘܠܘܬ ܚܛ̈ܝܐ ܡܫܚܠܦ ܟܝܢܗ: ܒܗܢܐ ܥܠܡܐ ܕܐܬܒܠܥܬ ܠܗ ܛܝܒܘܬܐ ܒܟܐܢܘܬܐ ܘܗܘܐ ܠܗ ܠܟܠ ܟܐܢܐ: ܘܠܐ ܡܬܚܠܛܐ ܛܝܒܘܬܐ ܥܡ ܟܐܢܘܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܐ ܥܒܕܐ ܛܝܒܘܬܐ ܠܣܘܪ̈ܚܢܐ ܘܟܐܢܘܬܐ ܠܛܝܒܘܬܐ. ܛܝܒܘܬܐ ܓܝܪ ܪܚܝܩܐ ܗܝ ܡܢ ܕܝܢܐ: ܘܟܐܢܘܬܐ ܕܝܢܐ ܗܝ ܡܬܚܪܝܐ. ܘܡܢ ܕܩܪܝܒܐ ܠܘܬܗ ܛܝܒܘܬܐ ܢܬܦܢܐ ܠܗ ܠܘܬܗ ܘܠܐ ܢܫܠܡܝܘܗܝ ܠܗ ܠܕܝܢ ܟܐܢܘܬܐ ܕܠܐ ܢܬܒܥܝܘܗܝ ܥܠ ܚܘܒ̈ܘܗܝ ܢܚܝܒܝܘܗܝ ܒܕܝܢܗ. ܘܡܢ ܕܛܝܒܘܬܐ ܪܚܝܩܐ ܡܢܗ ܟܐܢܘܬܐ ܡܥܠܐ ܠܗ ܠܒܘܨܝܐ: ܡܢܗ ܡܬܚܝܒ ܘܐܙܠ ܠܬܫܢܝܩܐ܀

ܫܡܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܦܚܡܐ ܗܢܐ ܕܦܘܪܥܢܐ ܕܒܚܪܬܐ ܗܘܐ. ܪܥܝܐ ܓܝܪ ܟܕ ܦܪܫ ܥܢܗ ܘܐܩܝܡ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܘܡܢ ܣܡܠܗ ܒܛܒܐ ܩܒܠ ܛܝܒܘܬܐ ܕܛܒ̈ܐ: ܘܥܒܕ ܝܪ̈ܬܐ ܐܢܘܢ ܡܠܟܘܬܐ. ܡܟܣܢܐ ܕܝܢ ܠܒܝ̈ܫܐ ܘܐܚܝܒܗܘܢ. ܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܬܫܢܝܩܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܫܕܪܘ ܐܝܙܓܕܐ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪܘ: ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܥܠܝܢ: ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܢܣܒ ܡܠܟܘܬܐ ܘܗܦܟ: ܘܩܕܡܘܗܝ

AB] — 1 A ܛܒܐ. — *Ib.* A add. ܛܒܐ [ܡܫܚܠܦ. Unde sensus : *erga bonos non mutat bonus indolem.* — 2 A *iustitia ipsa condemnat multos* ܕܟܐܢܘܬܐ ܠܣܓܝ̈ܐܐ ܡܚܝܒܐ. — 4 A ܘܐܬܒܠܥܬܗ. — 5 A *et eis iustum se exhibet* ܘܗܘܐ ܠܗܘܢ ܟܐܢܐ. — 6 A ܘܟܐܢܘܬܐ [ܥܡ ܟܐܢܘܬܐ. — 12 A ܕܠܐ ܢܬܒܥ [ܕܠܐ. — 17 A ܒܚܪܬܐ. — 23 A ܘܫܕܪ. — 24 A add. ܗܘ [ܒܬܪ. — 25 A ܘܩܕܡܘܗܝ ܗܘܘ.

ܘܐܝܠܝܢ ܪ̈ܥܘܬܐ ܕܠܐ ܐܬܒܛܝܠܘ ܠܗܘܢ ܥܠ ܥܢܐ ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܐ̈ܓܝܪܐ ܕܢܦܫܗܘܢ ܒܠܚܘܕ ܪ̈ܥܝܢ ܗܘܘ. ܡܬܟܬܫܢܘܬܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܢܒܝܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܐܘ ܪ̈ܥܘܬܐ ܕܡܘܒܕܝܢ ܘܡܒܕܪܝܢ ܥܢܐ ܕܡܪܥܝܬܝ. ܫܡܥܘ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ. ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܗܐ ܗܟܢ ܐܢܐ ܠܥܢܝ ܐܝܟ ܕܣܥܪ ܪܥܝܐ ܠܓܙܪܗ ܒܝܘܡܐ ܕܪܘܚܐ: ܘܐܬܒܥ ܐܢܐ ܠܥܢܝ ܡܢ ܐ̈ܝܕܝܟܘܢ. ܐܘ ܪ̈ܥܘܬܐ ܣܟ̈ܠܐ. ܥܡܪܐ ܕܥܢܐ ܠܒܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܒܣܪܐ ܕܦܛܝܡܬܐ ܐܟܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܥܢܐ ܠܐ ܪ̈ܥܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܘܕܟܪܝܗܐ ܠܐ ܐܣܝܬܘܢ ܘܕܬܒܝܪܐ ܠܐ ܚܒܫܬܘܢ: ܘܕܟܪܝܗܐ ܠܐ ܚܝܠܬܘܢ ܘܕܐܒܝܕܐ ܘܡܒܕܪܐ ܠܐ ܐܗܦܟܬܘܢ: ܘܚܣܝܢܬܐ ܘܡܫܡܢܬܐ ܠܐ ܢܛܪܬܘܢ: ܐܠܐ ܒܥܠܝܒܘܬܐ ܫܥܒܕܬܘܢ ܐܢܝܢ ܘܪܥܝܐ ܛܒܐ ܪ̈ܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܫܪܟܐ ܕܝܠܗ ܕܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܪ̈ܓܠܝܟܘܢ: ܘܡܝܐ ܒܨܝܠܝܐ ܫܬܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܫܪܟܐ ܕܝܠܗ ܕܠܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܪ̈ܓܠܝܟܘܢ: ܘܥܢܝ ܕܟܝܫ ܪܓܠܐ ܕܪ̈ܓܠܝܟܘܢ ܘܐܫܬܝܢ ܡܝܐ ܕܕܠܝܚ ܒܪ̈ܓܠܝܟܘܢ. ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܪ̈ܥܘܬܐ ܚܡܝܪܐ ܡܫܟ̈ܠܐ ܘܐ̈ܓܝܪܐ ܕܠܐ ܪܥܘ ܥܢܐ ܘܕܒܪܘ ܫܦܝܪ: ܘܠܐ ܦܪܩܘ ܐܢܝܢ ܡܢ ܕܐ̈ܒܐ. ܡܐ ܕܐܬܐ ܕܝܢ ܪܥܝܐ ܪܒܐ ܪܫ ܪ̈ܥܘܬܐ ܡܩܪܐ ܥܢܗ ܘܣܥܪ ܓܙܪܗ ܘܡܫܟܚ ܪ̈ܥܘܬܐ ܗܢܘܢ

3. Sed pastores qui curam non habent ovium, hi sunt mercenarii qui semetipsos solummodo pascebant. Eos ideo compellat propheta et dicit eis : *O pastores qui perditis et disperditis oves pascui mei! Audite sermonem Domini. Haec dicit Dominus : Ecce visitabo gregem meum, sicut visitat pastor gregem suum in die turbinis, et requiram oves meas de manibus vestris. O pastores stulti! lanam ovium induimini et carnem pinguium comeditis, gregem autem non pascitis. Quod aegrotum erat non sanastis, quod confractum erat non alligastis, quod infirmum erat non confortastis, et quod perierat et dispersum erat non reduxistis; robusta et pinguia non custodistis, sed cum austeritate subegistis eas. Pascua bona depascitis, et reliquias pedibus conculcatis; aquas dulces bibitis, et reliquam vestris pedibus turbatis. Et oves meae his quae conculcata pedibus vestris fuerunt pascuntur, et aquam pedibus vestris turbatam bibunt*[1]. En pastores cupidos et imbecillos, et mercenarios qui oves non paverunt, nec probe rexerunt, neque a lupis liberaverunt. Cum autem advenerit Pastor magnus, princeps pastorum, vocabit et visitabit oves suas, et gregem recognoscet; pastores etiam illos adducet, et, cum eis rationem po-

AB] — 13 A ܘܐܬܪ̈ܥܝܬܘܢ. — *Ib.* A om. ܘ... ܣܚܠܬܘܢ. — 16 A ܐܢܬ. — 17 B ܘܫܪܟܐ ܕܝܠܗ. — 19 B ܘܫܪܟܐ. 20 B ܘܕܝܫ [ܕܟܝܫ. — *Ib.* A om. ܕܟܝܫ. — 21 A ܕܪ̈ܓܠܝܟܘܢ. — *Ib.* A ܡܢܗ [ܡܝܐ. — 24 A ܐܢܬ. — 26 A ܗܘܢ [ܗܢܘܢ.

[1] Ezech. XXXIV, 2-4, 9, 10-12, 18, 19.

nens, eos e propriis operibus damnabit. Illos vero qui gregem bene rexerint, princeps pastorum laetificabit, vitaeque ac requietis heredes eos instituet. *O pastor stolide et stulte, cuius manui dextrae et oculo dextro gregem meum dereliqueram! quoniam de grege dixisti : Quod moritur moriatur, et quod perit pereat, et reliquae devorent carnem sociarum suarum; propterea oculum tuum dextrum excaecabo et brachium dextrum tuum arescere faciam. Oculus tuus dexter,* qui munus respexit, *excaecabitur, et manus tua,* quae non rexit in iustitia, *corrumpetur*[1]. *Vos autem oves meae, oves pascui mei, homines, estis, et ego Dominus Deus vester*[2]. *Ecce iam in optimos pinguesque pascuos conducam vos*[3].

4. *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis*[4]. Iterum ait : *Alias oves habeo, et illas oportet me huc adducere, et fiet unum ovile et unus pastor. Propterea me diligit Pater, quia ego trado animam meam pro ovibus*[5]. Et rursus : *Ego sum ostium ovium. Per me quicumque introierit vivet, et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet*[6]. O pastores! Pastori illi industrio, totius gregis Principi, similes efficiamini, qui tantam de grege suo

ܡܢܝ ܥܒܕܝܗܘܢ ܣܩܘܒܠܐ ܘܡܚܝܒ ܠܗܘܢ
ܒܥܒܕ̈ܝܗܘܢ: ܘܐܝܠܝܢ ܕܪܥܘ ܥܢܐ ܫܦܝܪ
ܡܚܕܐ ܠܗܘܢ ܪܒ ܪ̈ܥܘܬܐ ܘܡܘܪܬ ܠܗܘܢ
ܚܝܐ ܘܢܝܚܐ. ܐܘ ܪܥܝܐ ܒܨܝܪܐ ܘܣܟܠܐ
ܕܢܦܠ ܚܪܒ ܥܠ ܐܝܕܗ ܕܝܡܝܢܐ ܘܥܠ
ܥܝܢܗ ܕܝܡܝܢܐ܆ ܥܠ ܕܐܪܦܝܬ ܒܥܢܗ
ܥܠ ܥܢܐ: ܕܡܝܬܐ ܬܡܘܬ ܘܕܐܒܕܐ ܬܐܒܕ
ܘܫܪܝܐ ܕܡܫܬܚܪܐ ܗܝ ܬܐܟܘܠ ܒܣܪܐ
ܕܚܒܪܬܗ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܐ ܡܥܘܪ
ܐܢܐ ܥܝܢܟ ܕܝܡܝܢܐ ܘܡܘܒܫ ܐܢܐ
ܕܪܥܟ ܕܝܡܝܢܐ. ܥܝܢܟ ܕܒܫܘܚܕܐ ܚܙܬ
ܬܫܬܡܛܐ ܘܐܝܕܟ ܕܠܐ ܕܒܪܬ ܒܟܐܢܘܬܐ
ܬܫܬܪܐ. ܘܐܢܬܝܢ ܥܢ̈ܝ ܥܢܐ
ܕܡܪܥܝܬܝ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܐܢܬܝܢ: ܘܐܢܐ
ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܟܘܢ. ܗܐ ܡܢ ܗܫܐ
ܐܪܥܝܟܘܢ ܒܥܒܪ ܪܥܝܐ ܛܒܐ ܡܫܡܢܐ܀

ܘܪܥܝܐ ܛܒܐ ܣܐܡ ܢܦܫܗ ܥܠ ܐܦܝ
ܥܢܗ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܝܬ ܠܝ ܥܪ̈ܒܐ ܐܚܪ̈ܢܐ
ܘܐܦ ܠܗܘܢ ܘܠܐ ܠܝ ܠܡܝܬܝܘ ܐܢܘܢ ܠܟܐ:
ܘܬܗܘܐ ܥܢܐ ܟܠܗ ܚܕܐ ܘܚܕ ܪܥܝܐ. ܘܐܒܝ
ܡܛܠ ܗܢܐ ܪܚܡ ܠܝ ܕܝܗܒ ܢܦܫܝ ܐܢܐ
ܥܠ ܐܦܝ ܕܥܢܐ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ
ܬܪܥܗ ܕܥܢܐ: ܡܢ ܟܠ ܕܥܐܠ ܒܝ ܢܚܐ
ܘܢܦܘܩ ܘܢܥܘܠ ܘܪܥܝܐ ܢܫܟܚ. ܐܬܕܡܘ ܐܘ
ܪ̈ܥܘܬܐ ܠܗܢܐ ܪܥܝܐ ܚܦܝܛܐ ܪܒܐ ܕܥܢܗ

AB] — 3 B *vivificabit* ܡܚܝܐ [ܡܚܝܒ. — 9 AB ܡܥܘܪ. Ego ܡܥܘܪ conieci. — 12 A *in aequitate* ܒܟܐܢܘܬܐ [ܒܬܪܝܨܘܬܐ — 13 A add. *in ariditate* ܒܝܒܝܫܘܬܐ [ܬܫܬܪܐ. — *Ib.* B ܘܐܢܬܘܢ. — 14 B *curae meae* ܕܡܪܥܝܬܝ. — *Ib.* B ܐܢܬܘܢ. — 15 A om. ܗܐ. — *Ib.* A add. ܐܢܐ [ܗܫܐ. — 19 A ܐܦ. — *Ib.* B om. ܠܝ.

[1] Zach. XI, 9, 17. — [2] Ezech. XXXIV, 31. — [3] *Ib.* XXXIV, 14. — [4] Ioh. X, 11. — [5] *Ib.* X, 16, 17. — [6] *Ib.* X, 9.

ܡܪܥܝܬܐ: ܕܒܨܝܪܐ ܐܬܒܛܠ ܠܗ ܥܠ ܚܙܘܗ ܘܩܪܒ ܕܢܣܝܒܬܐ ܘܐܦܢܝ ܠܛܥܝ̈ܬܐ ܘܣܥܪ ܟܪ̈ܝܗܬܐ ܚܝܠ ܡܚܝ̈ܠܬܐ ܘܥܨܒ ܠܬ̈ܒܝܪܬܐ ܘܢܛܪ ܫܡܝܢ̈ܬܐ: ܢܦܫܗ ܐܫܠܡ ܥܠ ܐܦܘ̈ܗܝ ܕܥܢܐ. ܘܓܒܐ ܘܐܩܝܡ ܪ̈ܝܫܢܐ ܢܨܝ̈ܚܐ ܘܐܫܠܡ ܥܢܐ ܒܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܘܐܫܠܛ ܐܢܘܢ ܥܠ ܟܠܗ ܡܪܥܝܬܗ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ ܠܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ: ܪܥܝ ܠܝ ܥܢܝ ܘܐܡܪ̈ܝ ܘܢܩ̈ܘܬܝ. ܘܪܥܐ ܫܡܥܘܢ ܥܢܗ: ܘܫܠܡ ܙܒܢܗ ܘܐܫܠܡ ܠܟܘܢ ܡܪܥܝܬܐ ܘܐܙܠ. ܪܥܘ ܘܐܦ ܐܢܬܘܢ ܘܕܒܪܘ ܫܦܝܪ. ܪܥܝܐ ܓܝܪ ܕܒܛܝܠ ܠܗ ܥܠ ܥܢܗ ܒܥܒܕܐ ܐܚܪܢܐ ܠܐ ܥܒܝܕ ܠܒܗ: ܠܐ ܟܪܡܐ ܢܨܒ ܐܦܠܐ ܓܢܬܐ ܢܨܒ ܐܘ ܒܥܢ̈ܝܢܝ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܠܐ ܢܦܠ. ܠܐ ܡܫܟܚܢܢ ܚܙܝܢ ܪܥܝܐ ܕܫܒܩ ܥܢܗ ܒܕܒܪܐ ܘܗܘܐ ܬܓܪܐ: ܐܘ ܠܐ ܕܐܛܥܝ ܡܪܥܝܬܗ ܘܗܘܐ ܐܟܪܐ: ܐܠܐ ܐܢ ܫܒܩ ܚܙܘܗ ܘܥܒܕ ܗܠܝܢ ܡܪܥܝܬܗ ܐܫܠܡ ܒܝܕ ܕܐܒ̈ܐ܀

ܥܗܕ ܚܒܝܒܝ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܥܠ ܐܒܗ̈ܝܢ ܩܕܡ̈ܝܐ ܕܪܥܘ ܥܢܐ ܝܠܦܝܢ ܗܘܘ ܠܦܘܩܕܐ ܡܢܗ ܢܣܒܝܢ ܗܘܘ ܢܣܝܘܢܐ ܕܒܛܝܠܘܬܐ: ܘܗܝܕܝܢ ܡܬܓܒܝܢ ܗܘܘ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܢܐܠܦܘܢ ܘܢܚܙܘܢ ܕܐܝܟܢܐ ܒܛܝܠ ܠܗ ܠܪܥܝܐ ܥܠ ܡܪܥܝܬܗ. ܘܐܝܟ ܕܐܢܘܢ ܡܕܒܪܝܢ

curam habuit. Amotos reduxit, coegit errantes, visitavit infirmos, debiles confortavit, confractos sanavit, et pingues servavit; animam suam pro ovibus tradidit, et praelatos inclitos elegit et instituit, quibus oves commisit, eosque universo gregi praefecit. Ait enim Simoni Petro: *Pasce mihi oves meas, et agnos, et agnas*[1]. Et Simon gregem depavit, donec, impleto tempore suo, vobis illum traderet et discederet. Pascite igitur et vos gregem, et deducite recte. Pastor enim cui est cura de ovibus, nullum aliud opus exsequitur: nec vineam instituit, neque hortos conserit, nec mundi huius negotiis se immittit. Nusquam enim pastorem vidimus qui oves in agro dereliquerit ut mercator fieret; aut gregem palantem dimiserit, ut fieret arator. Aut si relicto grege talia ageret, lupis traderet oves.

5. Recordare, amice, eorum quae tibi scripsi de priscis patribus nostris qui prius pastorale munus didicerunt, unde sollicitudinis experientiam sumebant, deindeque ad rerum gubernaculum eligebantur, ut scirent ac viderent quomodo pastorem de ovibus curam oporteret habere, et sicut et ipsi gregem sollicite

AB] — 2 B ܘܩܪܒ. — 4 A ܘܢܛܪܗ. — 8 A ܐܡܪ. — 9 A ܘܡܫܠܡ [ܘܐܫܠܡ. — *Ib.* B om. ܠܟܘܢ. — 11 A ܘܐܦ. — 12 A om. ܠܗ. — 14 A ܠܐ ‖ ܘܐܦ. — *Ib.* A ܐܦܠܐ [ܘܐܦ. — 15 A om. ܠܐ primo. — *Ib.* A ܡܢ ܡܫܟܚܢܢ. — 19 A ܐܫܠܡ ܡܪܥܝܬܗ. — 23 A ܢܣܝܢܐ. — 24 A ܕܢܕܥܘܢ.

[1] Ioh. XXI, 15-17.

rexerant, ita in rebus administrandis perfecti existerent. Ioseph de grege electus est ut Aegyptios tempore angustiae gubernaret. Moyses similiter de grege est electus ad regendum depascendumque populum. David de grege abductus est ut rex super Israel constitueretur; et Amos a Domino de gregibus raptus, et propheta super populum suum constitutus; Elisaeus etiam a iugo aratorio electus, ut propheta esset in Israel. Nec reversus est Moyses ad oves suas, nec sibi commissum gregem dereliquit; neque ad oves patris sui rediit David, *sed populum pavit in innocentia cordis sui*[1]. Neque Amos iterum gregem pascendum aut ligna suscepit caedenda, verum munus suum propheticum gessit atque perfecit. Neque Elisaeus ad iugum suum reversus est, sed Eliae ministravit eiusque locum obtinuit. Procurator autem illius, cum agros et negotiationem, vineasque oliveta et culturam diligeret, discipulus eius noluit effici; ideo gregem ei non tradidit.

6. A vobis exposco, pastores, ne praelatos insipientes, aut stultos, cupidos, aut divitiarum amatores imponatis gregi. Qui pascit oves, de lacte earum nutriatur; et qui aratrum inducit, labore suo

ܗܘܘ ܒܡܫܡܠܝܢܘܬܐ: ܘܐܝܟܢܐ ܐܦ ܒܗܘܢܐ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܢܫܬܡܠܘܢ. ܝܘܣܦ ܓܒܝ ܐܬܓܒܝ ܡܢ ܥܢܐ ܕܢܕܒܪ ܠܡܨܪܝܐ ܒܙܒܢܐ ܕܐܘܠܨܢܐ: ܡܘܫܐ ܐܬܓܒܝ ܡܢ ܥܢܐ ܕܢܕܒܪ ܠܥܡܗ ܘܢܪܥܐ ܐܢܘܢ: ܕܘܝܕ ܐܬܕܒܪ ܡܢ ܒܬܪ ܥܢܐ ܕܢܗܘܐ ܡܠܟܐ ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܥܡܘܣ ܕܒܪܗ ܡܪܝܐ ܡܢ ܒܬܪ ܥܢܐ ܘܐܩܝܡܗ ܢܒܝܐ ܥܠ ܥܡܗ: ܘܐܦ ܐܠܝܫܥ ܐܬܕܒܪ ܡܢ ܒܬܪ ܦܕܢܐ ܕܢܗܘܐ ܢܒܝܐ ܒܐܝܣܪܝܠ. ܠܐ ܗܦܟ ܡܘܫܐ ܠܘܬ ܥܢܗ: ܘܠܐ ܫܒܩ ܡܪܥܝܬܐ ܕܐܫܬܠܡܬ ܠܗ. ܘܠܐ ܗܦܟ ܕܘܝܕ ܠܘܬ ܥܢܐ ܕܐܒܘܗܝ: ܐܠܐ ܪܥܐ ܠܥܡܗ ܒܬܡܝܡܘܬܐ ܕܠܒܗ. ܘܠܐ ܗܦܟ ܥܡܘܣ ܠܡܪܥܐ ܥܢܐ ܘܠܡܩܛܥ ܩܝܣܐ: ܐܠܐ ܢܒܝܘܬܗ ܕܒܪ ܘܫܡܠܝ. ܘܠܐ ܗܦܟ ܐܠܝܫܥ ܠܘܬ ܦܕܢܗ: ܐܠܐ ܫܡܫ ܠܐܠܝܐ ܘܩܡ ܒܕܘܟܬܗ: ܘܪܒܝܬܐ ܕܗܘܐ ܠܗ ܥܠ ܕܪܚܡ ܚܩܠܐ ܘܬܐܓܘܪܬܐ ܘܟܪܡܐ ܘܙܝܬܐ ܘܦܘܠܚܢܐ ܠܐ ܨܒܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ ܘܠܐ ܐܫܠܡ ܒܐܝܕܗ ܡܪܥܝܬܐ܀

ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟܘܢ ܪܥܘܬܐ ܕܠܐ ܬܩܝܡܘܢ ܠܡܪܥܝܬܐ ܪܥܝܢܐ ܣܟܠܐ ܫܛܝܐ ܘܐܦܠܐ ܪܚܡܝ ܩܢܝܢܐ. ܟܠ ܡܢ ܕܪܥܐ ܥܢܐ ܢܬܬܪܣܐ ܡܢ ܚܠܒܗ: ܘܡܢ ܕܕܒܪ

AB] — 3 A ܘܒܪܕ ܡܫܠܐ. — 9 A add. ܕܠܟܢ [ܥܠ. — 10 A ܒܡܠܟܐ] ܒܡܠܟ. — 16 A *sycomoros* ܫܩܡܐ] ܩܝܣܐ. — 22 A ܒܐܝܕܗ. — 23 A ܥܘܠܐ.

[1] Ps. LXXVIII (LXXVII), 72.

ܦܐܪܐ ܡܢ ܥܡܠܗ ܢܬܦܢܩ܆ ܟܗܢܐ ܡܢ ܡܕܒܚܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܦܠܓܘ܆ ܘܠܘܝܐ ܢܣܒܘܢ ܡܥܣܪܘܬܗܘܢ. ܡܢ ܕܐܟܠ ܡܢ ܚܠܒܐ ܠܥܢܗ ܥܠ ܡܪܥܝܬܗ ܢܗܘܐ܆ ܘܕܡܬܦܢܩ ܡܢ ܥܡܠܐ ܕܦܕܢܗ ܢܗܘܐ ܚܦܝܛ ܒܦܘܠܚܢܗ܆ ܟܗܢܐ ܕܡܢ ܡܕܒܚܐ ܦܠܓܝܢ ܢܫܡܫܘܢ ܡܕܒܚܐ ܒܐܝܩܪܐ܆ ܘܠܘܝܐ ܕܢܣܒܝܢ ܡܥܣܪܐ ܦܠܓܘܬܐ ܒܐܝܣܪܝܠ ܠܝܬ ܠܗܘܢ. ܐܘ ܬܠܡܝܕܐ ܕܪܥܝܐ ܕܝܠܢ ܪܒܐ. ܠܐ ܬܬܕܡܘܢ ܠܐܓܝܪܐ܆ ܡܛܠ ܕܐܓܝܪܐ ܠܐ ܒܛܝܠ ܠܗ ܥܠ ܥܢܐ. ܐܝܟ ܐܬܕܡܘ ܠܪܥܝܐ ܒܣܝܡܐ ܕܠܐ ܚܒܒ ܠܗ ܢܦܫܗ ܡܢ ܥܢܗ. ܪܒܘ ܛܠܝܐ ܘܐܬܪܒܘ ܒܬܘܠܬܐ ܘܚܒܘ ܐܡܪܐ ܘܒܥܘܒܝܟܘܢ ܢܬܪܒܘܢ܆ ܘܟܕ ܬܐܙܠܘܢ ܠܘܬ ܪܒ ܪܥܝܐ ܬܩܪܒܘܢ ܠܗ ܥܢܟܘܢ ܟܠܗ ܒܫܠܡܘܬܐ ܘܢܬܠ ܠܟܘܢ ܡܕܡ ܕܐܫܬܘܕܝ܆ ܕܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ܆ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܩܠܝܠܬܐ ܣܦܩܢ ܠܪܥܝܐ ܘܠܡܕܒܪܢܐ ܛܒܐ܀

fruatur; sacerdotes convenit in sacrificio partem habere, et levitas decimas tollere. Qui autem de lacte vult comedere, gregi debet animum attendere; qui cupit labore aratri potiri, arationi sedulo incumbat; sacerdotes qui sacrificium participant, sacrificio honorabiliter inserviant; et levitae qui decimas percipiunt, partem in Israel ne habeant. O pastores, pastoris nostri magni discipuli, nolite mercenariis similes effici! mercenarius enim de ovibus non curat; sed similes estote Pastori nostro dulcissimo, qui animam suam prae grege non dilexit. Iuvenes instituite, educate virgines, agnos diligite, et in vestro alantur gremio, ut quando coram Principe pastorum adveneritis, universum gregem vestrum ei repraesentetis integrum, illeque vobis quod pollicitus est tribuat : *Ubi sum ego et vos eritis*[1]. Haec vero pauca pastoribus et rectoribus bonis sufficient.

ܡܢ ܠܥܠ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܟܬܒܬ ܥܘܗܕܢ ܕܥܕܬܐ ܕܝܐܝܢ ܠܟܠܗ ܡܪܥܝܬܐ܆ ܒܗܢܐ ܕܝܢ ܡܐܡܪܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܥܠ ܪܥܘܬܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܕܥܢܐ. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ܆ ܐܝܟ ܕܫܐܠܬܢܝ ܒܚܒܝܒܘܬܐ ܕܐܓܪܬܟ܀

7. Supra, carissime, mores universo gregi convenientes tibi descripsi et retuli; in hoc autem sermone, de pastoribus et rectoribus gregis tibi scripsi. Has commentationes tibi tradidi, prout a me carissimis tuis literis expostulasti.

AB] — 6 A add. ܒܚܘܒܐ [ܚܦܝܛ. — 11 A add. ܗܘܐ [ܐܓܝܪܐ. — 12 A add. ܢܦܫܗ [ܥܢܐ. — *Ib.* A add. ܠܟܘܢ [ܐܬܕܡܘ. — 13 B ܒܣܝܡܐ. — 18 A ܕܐܝܟ [ܕܐܫܬܘܕܝ. — *Ib.* A ܐܦ. — 19 B om. ܬܗܘܘܢ. — 22 A ܕܝܐܝܢ. — 23 A om. ܠܟ. — 24 A ܪܥܘܬܐ.

[1] Ioh. XII, 26.

8. Dominus domus thesauro regio me praeposuit, et amplas mihi facultates ibi ostendit, quas cum vidissem, mente captus sum prae thesauri illius magnitudine; et cum intuitus essem, oculos meos hebetaverunt, rapuerunt sensum, et cogitationes multis modis abstraxerunt. Qui ex eo sumit, ditescit ipse et alios locupletat; ad omnia de quibus interrogatur pervium facilemque se praebet. Etiam si plures inde sumant, [thesaurus] non minuitur, et si dederint omnia quae acceperunt, magis augebitur quod habent. Quod gratis receperunt, gratis etiam dare oportet, quemadmodum illud acceperunt, non autem pretio vendere; nihil enim est quod illi possit aequiparari. Thesaurus nunquam deficit, nec satiantur qui hauriunt ex eo; bibentes adhuc sitiunt, edentes adhuc esuriunt. Si quis non sitiat non potest bibere, nec qui non esurit manducare. Multi eius esurie satiantur, et siti eius fontes emanant. Similis enim est ille qui ad Dei cultum accedit, homini sitienti qui fonti appropinquans, bibit sitimque compescit, nec fons decrescit. Terra indigens aquatione de fonte haurit, sed nil minuuntur aquae; et terram, postquam bibit, iterum oportet irrigari; fons vero aquae lapsu non imminuitur. Ita se habet

ܐܦ ܡܪܐ ܐܫܠܛܢܝ ܒܒܝܬ ܓܙܐ ܕܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܚܘܝܢܝ ܦܬܝܐ ܣܝܡܬܐ: ܟܕ ܚܙܝܬ ܐܢܝܢ ܐܫܬܒܝ ܠܗ ܡܕܥܝ ܒܓܙܐ ܪܒܐ: ܟܕ ܚܪܬ ܒܗ ܐܥܡܛܝ ܥܝ̈ܢܝ ܚܛܦܘ ܡܣܬܟܠܢܘܬܝ: ܘܡܥܘ ܪ̈ܥܝܢܝ ܒܦܢ̈ܝܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܡܢ ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܥܬܪ ܘܡܥܬܪ ܠܐܚܪ̈ܢܐ ܡܬܦܢܐ ܠܟܠ ܕܫܐܠܝܢ ܠܗ: ܘܐܢ ܢܣܒܘܢ ܡܢܗ ܣܓܝܐܐ ܡܕܡ ܠܐ ܚܣܪ: ܘܐܢ ܢܬܠܘܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܢܣܒܘ ܕܝܠܗܘܢ ܡܣܓܐ ܣܓܐ. ܕܢܣܒܘ ܡܓܢ ܢܬܠܘܢ ܡܓܢ ܐܝܟ ܕܢܣܒܘ. ܒܕܡܝܐ ܓܝܪ ܠܐ ܡܙܕܒܢ ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܡܕܡ ܕܫܘܐ ܠܗ. ܠܐ ܓܝܪ ܓܙܐ ܚܣܪ: ܘܠܐ ܡܣܬܦܩܝܢ ܫܬܝܢ: ܨܗܝܢ ܡܬܡܬܝܢ ܘܐܟܠܝܢ ܟܦܢܝܢ. ܡܢ ܕܠܐ ܨܗܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܫܬܐ: ܘܡܢ ܕܠܐ ܟܦܢ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܐܟܠ. ܟܦܢܗ ܡܣܒܥ ܣܓܝܐܐ ܘܨܗܘܬܗ ܢܒܥ ܡܢܗ ܡܒܘܥܐ. ܕܡܐ ܓܝܪ ܠܒܪܢܫܐ ܕܩܪܒ ܠܬܫܡܫܬܗ ܕܐܠܗܐ ܠܓܒܪܐ ܨܗܝܐ ܘܩܪܒ ܠܡܒܘܥܐ ܘܫܬܐ ܘܣܒܥ: ܘܡܒܘܥܐ ܡܕܡ ܠܐ ܚܣܪ. ܘܐܪܥܐ ܕܣܢܝܩܐ ܠܫܩܝܐ ܡܢ ܡܒܘܥܐ ܫܐܒܐ ܡܢ ܡܒܘܥܐ ܘܠܐ ܒܨܪܝܢ ܡܝܐ: ܘܐܪܥܐ ܟܕ ܫܬܝܐ ܬܘܒ ܣܢܝܩܐ ܗܝ ܠܡܫܩܝܐ: ܘܡܒܘܥܐ ܠܐ ܡܬܒܨܪ ܡܢ ܡܪܕܝܬܗ. ܗܟܢܐ ܗܝ ܝܕܥܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܕܟܕ ܟܠܗܘܢ

AB] — 1 A ܐܦ ܡܪܐ [ܕܡܠܟܐ. — 3 B ܐܫܬܒܝ. — *Ib.* A pariter ܪܒܐ cum punctis secunda manu additis. — *Ib.* A ܒܓܙܐ. — 9 A ܡܕܡ ܗܘ. — *Ib.* A add. ܗܘ [ܟܠ. — 14 A ܡܣܬܦܩܝܢ ܫܬܝܢ. ܨܗܝܢ ܘܐܟܠܝܢ. ܟܦܢܝܢ — 21 A ܘܣܒܥ. — 26 A add. ܡܕܡ [ܘܡܒܘܥܐ.

ܒܢ̈ܝ ܐ̱ܢܫܐ ܢܣܒܘܢ ܡܢܗ ܡܕܡ ܚܣܝܪܘܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܘܐܦ ܠܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܡܢ ܒܢ̈ܝ ܒܣܪܐ: ܠܐ ܕܢܣܒ ܡܢܗ ܡܨܐ ܠܡܫܩܠ: ܘܠܐ ܟܕ ܝܗܒ ܡܕܡ ܚܣܪ. ܢܘܪܐ ܟܕ ܐܚܕ ܒܫܪܓܐ ܡܢ ܝܩܕܢܐ ܒܫܪ̈ܓܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢܗܪ ܐܝܟ ܡܢܗ ܠܐ ܝܩܕܢܐ ܚܣܪ ܟܕ ܐܚܕ ܡܢܗ: ܘܠܐ ܫܪܓܐ ܚܣܪ ܕܠܫܪ̈ܓܐ ܡܢܗܪ. ܠܐ ܡܫܟܚ ܚܕ ܓܒܪ ܐ̱ܢܫܐ ܠܡܫܩܠ ܟܠܗ ܓܙܗ ܕܡܠܟܐ ܘܐܦ ܠܐ ܨܗܝܐ ܟܕ ܫܬܐ ܡܢ ܡܒܘܥܐ ܡܚܣܪ ܠܗܘ ܡܒܘܥ: ܘܐܦܠܐ ܟܕ ܩܐܡ ܐ̱ܢܫ ܥܠ ܛܘܪܐ ܪܡܐ ܡܕܪܟ ܒܥܝܢܗ ܩܪܝܒܐ ܘܪܚܝܩܐ: ܘܐܦ ܠܐ ܟܕ ܟܘܟܒ̈ܐ ܕܫܡܝܐ ܩܐܡ ܘܡܢܐ ܡܫܟܚ ܕܢܕܪܟ ܚ̈ܝܠܘܗܝ ܕܫܡܝܐ: ܘܐܦ ܠܐ ܟܕ ܢܩܪܘܒ ܠܦܘܠܚܢܗ ܕܐܠܗܐ ܟܠܗ ܡܫܟܚ ܠܡܫܩܠ: ܘܐܦ ܟܕ ܛܒ ܣܓܝ ܢܣܒ ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܕܒܨܪܬ ܠܗ: ܘܐܦܠܐ ܟܕ ܝܗܒ ܡܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ ܓܡܝܪܐ ܠܗ ܡܢܗ ܘܡܚܒܠ ܠܓܡܪܗ. ܡܬܕܟܪ ܚܒܝܒܝ ܡܕܡ ܕܒܡܠܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܟܬܒܬ ܠܟ: ܕܡܢ ܕܢܣܒ ܡܓܢ ܡܓܢ ܘܠܐ ܠܗ ܕܢܬܠ ܐܝܟ ܕܢܣܒ: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܢ: ܕܡܓܢ ܢܣܒܬܘܢ ܡܓܢ ܗܒܘ. ܡܢ ܓܝܪ ܕܨܒܐ ܡܢ ܡܕܡ ܕܢܣܒ ܐܘ ܕܢܟܠܐ ܡܫܬܩܠ ܠܗ ܡܢܗ.

scientia Dei. Etiam si omnes homines ex ea capiant, nullam patitur imminutionem, nec filii carnis eam unquam exhaurient. Qui ex ea sumit, [totum] non poterit absumere, et cum [aliis] dederit, nihil deficiet. Si ignem ex incendio lucerna comprendis, unde plures lucernas inflammes, non deminuitur incendium ex quo eum sumis, nec deficit lucerna ex qua plures alias accendis. Non potest universum regis thesaurum unus homo tollere, nec sitiens, dum laticem haurit, fontem extenuare; nec vir in summo vertice constitutus proxima et remota oculo pariter attingere; nec si stellas caeli stans dinumeret virtutes caelorum poterit adsequi : ita neque ille qui ad cultum Dei accedit, [thesaurum] universum potest tollere; et licet multa valde abstulerit, non videtur fuisse rem imminutam, nec, si omnia quae accepit dederit, ullo modo absumptam aut penitus confectam. Et recordare, carissime, eorum quae in primo sermone de Fide tibi conscripsi, eum nempe qui gratuito accepit vicissim debere gratuito dare, quemadmodum accepit, ut Dominus dicit : *Quod gratis accepistis gratis date*[1]; nam si quis voluerit ea quae sumpsit retinere, ea etiam quae accepit, ab ipso auferentur. Propterea, carissime, quae-

AB] — 1 A ܢܣܒܘܢ. — 3 A om. ܡܢܗ. — 13 B ܘܪܚܝܩܐ [ܘܩܪܝܒܐ. — 15 A ܡܫܟܚ ܠܐ. — 19 A om. ܡܢ.

[1] Matth. x, 8.

cumque nunc de thesauro illo indeficienti tollere potui, ad te misi, eaque, licet ad te dimiserim, apud me tamen cuncta remanent; thesaurus enim nunquam deminuitur, cum sit Dei sapientia; dispensator autem est Dominus noster Iesus Christus, quemadmodum ipse testatus est dicens : *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*[1]. Dum vero sapientiae est dispensator, ipse etiam Sapientia est, sicuti ait Apostolus : *Christum Dei virtutem et Sapientiam ipsius*[2]. Haec est Sapientia illa inter plurimos dispertita, nec tamen ullo modo imminuta, sicut supra tibi ostendi de Christi spiritu prophetas accepisse, quamvis nullo modo Christus attenuetur.

9. Decem tractatus ad te scripsi, carissime, quod a me petisti gratis tibi exposui, et quae me non rogasti tibi tradidi. Nomen tuum percontatus sum, et scripsi tibi; interrogationem tuam mihi proposui et respondi, prout demonstrationem tibi exhibere potui. Ea quae ad te scripsi iugiter meditare, et operam impende in lectione Scripturarum quae in Ecclesia Dei recitantur. Hi decem exigui libelli quos ad te mandavi alius alium continuat, et alius alii innititur. Noli ergo alios ab aliis disiungere. Ab olaf

ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܒܝܒܝ ܐܝܟ ܕܐܫܟܚܬ ܠܡܫܩܠ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܡܢ ܗܘ ܓܙܐ ܕܠܐ ܚܣܪ܆ ܫܕܪܬ ܠܟ ܘܫܒܩܬܗ܆ ܘܟܕ ܠܟ ܫܒܩܬ ܟܠܗ ܐܝܬܝܗ ܠܘܬܝ. ܓܙܐ ܓܝܪ ܠܐ ܚܣܪ܆ ܕܚܟܡܬܗ ܗܝ ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ܆ ܘܪܒ ܒܝܬܐ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܗܘ ܣܗܕ܆ ܘܐܡܪ܆ ܕܟܠ ܡܕܡ ܐܫܬܠܡ ܠܝ ܡܢ ܐܒܝ. ܡܕܝܢ ܕܗܘܐ ܪܒܝܬܐ ܕܚܟܡܬܐ ܐܦ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ܆ ܕܡܫܝܚܐ ܚܝܠܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܘܚܟܡܬܗ. ܗܕܐ ܗܝ ܚܟܡܬܐ ܐܬܦܠܓܬ ܠܣܓܝܐܐ ܘܡܕܡ ܠܐ ܚܣܪܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܥܠ ܐܚܘܝܬܟ܆ ܕܡܢ ܪܘܚܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܣܒܘ ܢܒܝܐ ܘܡܫܝܚܐ ܡܕܡ ܠܐ ܐܬܒܨܪ܀

ܥܣܪܐ ܡܐܡܪܝܢ ܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܡܕܡ ܕܫܐܠܬܢܝ ܕܠܐ ܡܓܢ ܐܘܕܥܬܟ܆ ܘܡܕܡ ܕܠܐ ܒܥܝܬ ܡܢܝ ܝܗܒܬ ܠܟ. ܫܐܠܬ ܫܡܟ ܘܟܬܒܬ ܠܟ܆ ܘܫܐܠܬܟ ܡܢ ܢܦܫܝ ܫܐܠܬܟ܆ ܘܐܬܠܬܟ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܐܫܟܚܬ ܠܡܦܩܘܬܟ. ܗܠܝܢ ܡܕܡ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܐܬܗܓܐ ܒܗܝܢ ܒܟܠ ܥܕܢ ܘܩܘܡ ܒܩܪܝܢܐ ܕܟܬܒܐ ܗܠܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܒܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܗܠܝܢ ܥܣܪܐ ܟܬܒܝܢ ܙܥܘܪܐ ܕܫܕܪܬ ܠܟ ܚܕ ܡܢ ܚܕ ܢܣܒܝܢ ܘܚܕ ܥܠ ܚܕ ܣܡܟܝܢ܆ ܡܢ ܗܪܟܐ ܠܐ

AB] — 6 A ܘܪܒ ܒܝܬܐ ܘܡܕܒܪܢܐ. — 10 A ܚܝܠܗ ܕ. — 12 B ܚܣܪ. — 17 A ܠܐ. — 19 A ܘܫܐܠܬܟ ܠܢܦܫܝ — *Ib.* B ܫܐܠܬܟ ܡܢ ܢܦܫܝ ܫܐܠܬܟ ܘܐܬܠܬܟ. — 22 A ܥܠ. — 26 A ܢܣܒܝܢ.

[1] Matth. xi, 27. — [2] I Cor. i, 24.

ܐܦܩܦܬ ܐܢܘܢ. ܡܢ ܐܠܦ ܡܛܪܬܐ ܠܬܘ ܟܬܒܬ ܠܟ: ܐܬܘܬܐ ܒܬܪ ܚܒܪܬܗ. ܩܪܝ ܘܐܠܦ ܐܢܬ ܘܐܚܐ ܒܢܝ ܩܝܡܐ ܘܒܢܝ ܗܝܡܢܘܬܢ ܐܝܠܝܢ ܕܪܚܝܩܐ ܡܢܗܘܢ ܡܡܝܩܢܘܬܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܥܠ ܟܬܒܬ ܠܟ: ܘܥܗܕ ܠܡܥܗܕ ܕܐܘܕܥܬ ܠܟ: ܕܡܠܝܢ ܗܠܝܢ ܠܐ ܕܒܪܬܗܝܢ ܠܫܘܠܡܐ ܡܛܝܬ ܐܢܝܢ ܐܠܐ ܠܒܪ ܡܢ ܫܘܠܡܐ: ܘܠܐ ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܘܣܦܩܢ: ܐܠܐ ܗܠܝܢ ܩܒܠ ܡܢܝ ܕܠܐ ܚܪܝܢܐ ܘܠܐܚܝܢ ܒܢܝ ܦܝܣܐ ܒܥܝ ܒܗܝܢ: ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܡܩܒܠ ܐܢܬ ܕܡܒܢܝܐ ܒܢܝܢܐ ܩܒܠ: ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܠܝܘܠܦܢܐ ܐܚܪܢܐ ܒܢܝܐ ܥܠܘܗܝ ܡܥܢܝ ܘܣܬܘܪܝܗܝ: ܡܛܠ ܕܠܡܒܢܝܐ ܚܪܝܢܐ ܠܐ ܡܫܟܚ. ܐܢܐ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܐܝܟ ܦܣܘܠܐ ܟܐܦܐ ܠܒܢܝܢܐ ܩܪܒܬ: ܘܐܪܕܟܠܐ ܚܟܝܡܐ ܢܓܠܦܘܢ ܘܢܣܝܡܘܢ ܒܒܢܝܢܐ: ܘܟܠܗܘܢ ܦܥܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܠܥܠܝܢ ܒܒܢܝܢܐ ܐܓܪܐ ܡܢ ܡܪܐ ܒܝܬܐ ܢܣܒܘܢ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܪܥܘܬܐ܀

ad iud tibi scripsi, littera litteram subsequènte. Lege et disce cum fratribus monachis, et fidei nostrae sectatoribus, qui derisionem procul a se removerunt, quemadmodum superius ad te scripsi[1]. Et recordare me tibi significavisse verba illa ad finem me non perduxisse, sed citra finem [reliquisse]. Non autem illa dumtaxat sufficient, verum etiam postquam haec a me sine iurgio acceperis, fratres nostros, suasioni pervios, de iisdem interroga; cumque ea quae aedificent audieris, haec recipe; ea vero quibus aliae doctrinae superstruuntur confuta et penitus destrue; nequit enim iurgium aedificare quidquam. Ego vero, carissime, tanquam lapidarius lapides in aedificium admovi, quos architecti sapientes exsculpent atque in aedificium collocabunt; et omnes operarii qui huic aedificio laborem impenderint, mercedem a Domino domus accipient.

Explicit Demonstratio de Pastoribus.

AB] — 1 B ܐܦܩܦܬ. — 3 A ܘܐܠܦ. — 5 A add. ܐܚܝ ܚܒܝܒܝ. — 7 A add. ܗܘܐ ܐܠܐ. — 8 A add. ܐܠܐ ܠܒܪ. — Ib. A add. ܗܘܐ ܘܠܐ. — 12 A om. ܐܚܪܢܐ. — 15 B om. ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ. — 19 A ܡܢ ܡܪܐ ܒܝܬܐ ܢܣܒܘܢ. — 20 B add. conclusionem sequentem atramento rubro scriptam : *Completae sunt Sapientis Persae Demonstrationes priores, decem numero. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in saecula saeculorum. Amen.* ܫܠܡ ܬܚܘܝܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܚܟܝܡܐ ܦܪܣܝܐ ܕܗܘܝܢ ܒܡܢܝܢܐ ܥܣܪ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ. — *Ib.* B desinit et sequitur *B* qui incipit col. 332 lin. 12 v. ܗܘܐ.

[1] Cf. Demonstr. VI, § 20.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܓܙܘܪܬܐ

DEMONSTRATIO XI

DE CIRCUMCISIONE

1. Quando benedixit Abraham Deus, et omnium fidelium, iustorum atque rectorum caput eum constituit, non tantummodo gentis unius patrem posuit eum Deus; verum populorum multorum, dicens ei : *Non vocabitur nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham, quia multitudinis gentium te patrem constitui*[1]. Audi ergo, amice carissime, loquentis propositum, ac fundamentum disputationis quam instituere decet adversus gentem illam quae nobis praeivit. Etenim apud semetipsos existimant esse se Abrahae semen, nec recogitant vocatos se fuisse *principes Sodomae et populum Gomorrhae*[2]*; quorum pater Amorrhaeus, et mater Hethaea*[3]; *argentum reprobatum*[4], *et filios rebelles*[5]. Moyses, dux eorum, adversum ipsos testificatus est, et dixit eis : *Rebelles fuistis a die qua novi vos*[6]: hoc etiam in testimonii carmine iteravit : *Vinea vestra de vinea Sodomae est et de traduce Gomorrhae; uvae*

ܟܕ ܒܪܟ ܐܠܗܐ ܠܐܒܪܗܡ ܘܣܡܗ ܪܫܐ ܠܟܠܗ ܡܗܝܡܢܐ ܘܙܕܝܩܐ ܘܬܪܝܨܐ: ܠܐ ܗܘܐ ܐܒܐ ܠܚܕ ܥܡܐ ܣܡܗ ܐܠܗܐ ܐܠܐ ܠܥܡܡܐ ܣܓܝܐܐ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܐ ܢܬܩܪܐ ܫܡܟ ܐܒܪܡ ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܫܡܟ ܐܒܪܗܡ ܡܛܠ ܕܐܒܐ ܠܣܓܝܐܘܬ ܥܡܡܐ ܣܡܬܟ. ܡܟܝܠ ܫܡܥ ܚܒܝܒܐ ܣܘܟܠܗ ܕܡܡܠܠܐ ܘܫܬܐܣܬܐ ܕܕܪܫܐ ܕܙܕܩ ܠܡܬܚܪܝܘ ܠܘܩܒܠ ܥܡܐ ܗܘ ܕܩܕܡܢ ܕܣܒܪܝܢ ܓܝܪ ܒܢܦܫܗܘܢ ܕܙܪܥܗ ܐܢܘܢ ܕܐܒܪܗܡ: ܘܠܐ ܡܣܬܟܠܝܢ ܕܐܬܩܪܝܘ ܠܗܘܢ ܪܫܢܐ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ: ܘܐܒܘܗܘܢ ܐܡܘܪܝܐ ܘܐܡܗܘܢ ܚܬܝܬܐ: ܘܟܣܦܐ ܕܡܣܠܝܐ ܘܒܢܝܐ ܡܪܘܕܐ. ܘܡܘܫܐ ܡܕܒܪܢܗܘܢ ܣܗܕ ܒܗܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܡܡܪܡܪܢܐ ܗܘܝܬܘܢ ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܝܕܥܬܟܘܢ. ܘܬܘܒ ܐܦ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܐܫܢܝ ܥܠܝܗܘܢ ܟܕ ܐܡܪ ܡܢ ܓܦܬܐ ܕܣܕܘܡ: ܓܦܬܟܘܢ ܘܢܨܒܬܟܘܢ ܥܢܒܝܗܘܢ ܘܣܓܘܠܝܗܘܢ ܡܪܝܪܐ ܠܗܘܢ. ܘܬܘܒ

A]

[1] Gen. xvii, 5. — [2] Is. i, 10. — [3] Ezech. xvi, 45. — [4] Ier. vi, 30. — [5] Is. xxx, 1. — [6] Deut. ix, 24.

ܠܗ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܥܠ ܥܡܡܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܐܛܢܢܟܘܢ ܒܥܡ ܕܠܐ ܥܡ ܘܒܥܡܐ ܣܟܠܐ ܐܪܓܙܟܘܢ. ܘܒܝܕ ܐܫܥܝܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܟܕ ܐܡܪ ܕܢܨܒܬ ܟܪܡܐ ܘܥܒܕܬܗ: ܘܣܟܝܬ ܥܢܒܐ ܥܒܕ ܠܗ ܒܘܫܐ. ܘܐܡܪ ܐܦ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܥܠ ܟܢܘܫܬܐ ܕܥܡܐ ܕܐܢܐ ܢܨܒܬܟܝ ܫܒܘܫܐ ܕܟܠܗ ܙܪܥܐ ܕܩܘܫܬܐ: ܘܐܝܟ ܐܬܗܦܟܬܝ ܘܡܪܕܬܝ ܒܝ ܐܝܟ ܓܦܬܐ ܢܘܟܪܝܬܐ. ܚܙܩܝܐܝܠ ܗܘ ܥܠ ܓܦܬܐ: ܕܫܒܘܫܘܗܝ ܐܟܠܬ ܢܘܪܐ ܘܡܘܚܗ ܝܒܫ: ܘܠܐ ܟܕ ܐܙܠܐ ܠܥܒܕܐ. ܢܨܝܒܬܐ ܗܘܬ ܫܒܘܫܐ ܙܪܥܐ ܕܩܘܫܬܐ ܐܒܗܝܗܘܢ ܩܕܡܝܐ: ܘܒܢܝܐ ܐܬܗܦܟܘ ܠܗܘܢ ܠܥܒܕܐ ܛܢܦܐ ܕܐܡܘܪܝܐ. ܡܢ ܟܠ ܥܡܡܝܢ ܟܕ ܥܒܕܘ ܟܐܢܘܬܐ ܐܬܩܪܝܘ ܒܢܝܐ ܘܝܪܬܐ ܠܐܒܪܗܡ ܐܒܘܗܘܢ: ܘܟܕ ܥܒܕܘ ܥܒܕܐ ܛܢܦܐ ܕܥܡܡܐ ܢܘܟܪܝܐ: ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܣܕܘܡܝܐ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ ܐܝܟ ܕܐܫܥܝܐ ܗܘ ܡܣܗܕ ܥܠܝܗܘܢ ܫܡܥܘ ܗܟܝܠ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܩܛܝܢܐ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ. ܘܐܠܐ ܚܘܝܢܝ ܚܟܝܡܐ ܐܝܠܝܢ ܩܛܝܢܐ ܘܥܡܐ ܗܘܘ ܒܣܕܘܡ ܘܒܥܡܘܪܐ ܒܝܘܡܝ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ.܀ ܕܡܢ ܝܘܡܝ ܠܘܛ ܗܦܝܟܢ ܒܪܘܓܙܐ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܠܐ ܡܬܒܢܝܢ. ܚܙܩܝܐܝܠ

vestrae uvae amarae, et botri vestri absinthium[1]. Sed et in hymno illo testimonii populum gentium designavit, cum eis dixit : *Provocabo vos in populo qui non est populus, et in gente stulta irritabo vos*[2]. Per Isaiam etiam Sanctissimus testatus est dicens : *Vineam plantavi, et sulcavi eam, et tulit loco uvarum labruscas*[3]. Ait quoque Ieremias propheta contra synagogam populi : *Ego te plantavi surculis omnis seminis veritatis; tu vero aversa es, et contra me rebellasti, sicut vitis aliena*[4]. Item Ezechiel adversus vineam testificatur : *Ramos eius comedit ignis, et medulla eius arefacta est, neque amplius ad opus profuit*[5]. Surculis fuerat plantata, ex semine veritatis, qui sunt patres eorum priores; filii vero ad opera impudica Amorrhaeorum se converterunt. Cum quidem inter omnes populos iustitiam facerent, vocati sunt filii et heredes Abrahae; quando turpe opus egerunt gentium alienarum, Sodomitae ac populus Gomorrhae effecti sunt, sicut Isaias de ipsis testificatur : *Audite ergo verbum Domini, principes Sodomae et populus Gomorrhae*[6]. Sed ostende mihi, sapiens, quinam fuerint Sodomae et Gomorrhae principes et populus in diebus Isaiae prophetae, cum a diebus Lot, [Dei] furore sint eversae, et usque in saeculum aedificari non de-

A] — 9 A ܐܬܗܦܟܬܝ. — *Ib.* A ܘܡܪܕܬܝ.

[1] Deut. XXXII, 32. — [2] *Ib.* XXXII, 21. — [3] Is. V, 2. — [4] Ier. II, 21. — [5] Ezech. XV, 4. — [6] Is. I, 10.

beant. Demonstrat autem Ezechiel Sodomae peccatum, eamque sororem Ierosolymae appellat, cum huic dicit: *Sodoma, soror tua, ipsa cum filiabus suis non fecit opera prava sicut fecisti tu et filiae tuae. Haec fuit iniquitas Sodomae et filiarum eius: aegrotos et miseros manu non sublevarunt; talia autem in eis opera videns, subverti eas*[1]. Cum autem Sodoma Gomorrhaque et vicinae earum iampridem fuerint eversae, cur dicit Isaias: *Audite principes Sodomae et populus Gomorrhae*[2]? nisi ut ipsi reprehendantur quos compellat, quod Sodomitarum opera egerint et frequentaverint. Circumcisi sunt, tanquam incircumcisi; electi fuerunt, et [postmodum] reprobati, licet glorientur se esse circumcisos, et electos, et prae omnibus populis notos.

2. Compertum enim cuicumque sapienti est circumcisionem sine fide nihil prodesse nec quidquam proficere. Antecessit namque circumcisionem fides, et signaculum[3] circumcisio; data est enim in foedus Abrahae, sicut ait ad illum Deus: *Hoc est pactum meum quod observabitis, omnem masculum circumcidentes*[4]. Et quamdiu illi placuit qui eam dederat, observata cum praeceptis legis proderat et vivificabat. Quando autem lex non fuit iam custodita, circumcisio nihil valuit. Ieroboam

ܡܚܘܐ ܠܚܘܒܗ̇ ܕܣܕܘܡ ܘܡܩܪܐ ܠܗ̇ ܚܬܗ̇ ܕܐܘܪܫܠܡ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ̇: ܕܣܕܘܡ ܚܬܟܝ ܗ̇ܝ ܘܒܢ̈ܬܗ̇ ܠܐ ܥܒ̈ܕܝ ܥܒ̈ܕܐ ܒܝ̈ܫܐ ܐܝܟ ܕܥܒܕܬܝ ܐܢܬܝ ܘܒܢ̈ܬܟܝ. ܗܢܐ ܗܘ ܥܘܠܗ̇ ܕܣܕܘܡ ܘܕܒܢ̈ܬܗ̇ ܕܠܟܪ̈ܝܗܐ ܘܠܡܣܟ̈ܢܐ ܠܐ ܐܣܒ̈ܝ: ܟܕ ܚܙܝܬ ܥܒ̈ܕܐ ܗܠܝܢ ܒܗܝܢ ܗܦܟܬ ܐܢܝܢ. ܟܕ ܣܕܘܡ ܘܥܡܘܪܐ ܘܫܒܒ̈ܬܗܝܢ ܗܦܝ̈ܟܢ ܗܘܝ ܡܢ ܩܕܝܡ ܠܡܢܐ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ: ܕܫܡܥܘ ܪ̈ܫܢܐ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ. ܐܠܐ ܢܬܟܣܘܢ ܕܠܗܘܢ ܩܪܐ ܡܛܠ ܕܥܒܕܘ ܘܐܬܢܣܒܘ ܒܥܒ̈ܕܐ ܕܣܕܘܡܝ̈ܐ. ܓܙܝܪ̈ܝܢ ܐܝܟ ܥܪ̈ܠܝܢ: ܓܒܝ̈ܢ ܗܘܘ ܘܐܣܬܠܝܘ ܠܗܘܢ: ܡܫܬܒܗܪܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܓܙܝܪ̈ܝܢ ܘܓܒܝ̈ܢ ܘܝܕܝ̈ܥܝܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ܀

ܝܕܝܥܐ ܕܝܢ ܓܝܪ ܗܘܐ ܠܟܠ ܕܡܣܬܟܠ: ܕܓܙܘܪܬܐ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܝܬ ܠܗ ܝܘܬܪܢܐ. ܡܥܕܪܢܘܬܐ ܡܕܡ ܡܢܗ̇ ܘܩܕܡܬܐ ܕܝܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܓܙܘܪܬܐ ܘܓܙܘܪܬܐ ܠܚܬܡܐ: ܘܡܛܠ ܐܬܝܗܒܬ ܠܐܒܪܗܡ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܐܠܗܐ: ܕܗܢܐ ܩܝܡܝ ܕܬܛܪܘܢ ܟܕ ܬܓܙܪܘܢ ܟܠ ܕܟܪܐ. ܘܟܡܐ ܕܫܦܪ ܠܗܘ ܕܝܗܒܗ̇ ܐܬܢܛܪܬ ܥܡ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܢܡܘܣܐ ܐܘܬܪܬ ܘܐܚܝܬ: ܘܟܕ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܐܬܢܛܪ ܠܗ ܓܙܘܪܬܐ ܡܕܡ ܠܐ ܐܘܬܪܬ. ܝܘܪܒܥܡ

A] — 6 A ܐܝܟ.

[1] Ezech. XVI, 48-50. — [2] Is. I, 10. — [3] Baptismus, scilicet, signaculum fidei. — [4] Gen. XVII, 10.

ܒܪ ܢܒܛ ܡܢ ܒܢܝ ܝܘܣܦ ܡܢ ܫܒܛܐ ܕܐܦܪܝܡ ܓܙܝܪ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܩܕܝܫܐ ܠܐܒܪܗܡ ܘܙܗܪ ܡܘܫܐ ܒܢܡܘܣܐ: ܘܟܠ ܡܠܟܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܗܠܟܘ ܒܢܡܘܣܗ ܕܝܘܪܒܥܡ ܓܙܝܪܝܢ ܗܘܘ ܘܦܪܝܫܝܢ: ܘܒܪܡ ܛܒ ܠܐ ܢܛܪܘܗ ܒܫܡܗܘܢ ܡܛܠ ܚܛܗܝܗܘܢ. ܡܢܐ ܐܘܬܪ ܝܘܪܒܥܡ ܒܓܙܘܪܬܗ ܘܟܠ ܡܠܟܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܗܠܟܘ ܒܦܘܩܕܢܘܗܝ. ܐܘ ܠܐ ܡܢܐ ܝܘܬܪܢܐ ܘܗܢܝܢܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܢܫܐ ܒܪ ܚܙܩܝܐ ܕܡܛܠ ܚܛܗܘܗܝ ܕܣܓܝܢ ܗܘܘ ܠܐ ܐܨܒܝ ܐܠܗܐ ܠܡܚܣ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ.

ܒܟܠ ܕܪܝܢ ܘܫܪܒܢ ܐܠܗܐ ܝܗܒ ܦܘܩܕܘܗܝ ܒܕܪ ܕܪ ܐܝܟ ܕܫܦܪ ܠܗ ܘܐܬܢܛܪܘ ܒܕܪܝܗܘܢ ܘܐܫܬܚܠܦܘ. ܠܐܕܡ ܓܝܪ ܦܩܕܗ ܕܡܢ ܐܝܠܢܐ ܕܝܕܥܬܐ ܕܛܒܬܐ ܘܕܒܝܫܬܐ ܠܐ ܢܐܟܘܠ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܛܪ ܦܘܩܕܢܐ ܡܦܩܕܐ ܐܬܚܝܒ. ܚܢܘܟ ܕܫܦܪ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܠܐ ܗܘܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܢ ܐܝܠܢܐ ܢܛܪ: ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܫܬܢܐ ܠܚܝܐ: ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܗܝܡܢ. ܘܠܐ ܕܫܦܪ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܢ ܐܝܠܢܐ ܠܐ ܢܐܟܘܠ. ܘܢܘܚ ܕܢܛܪ ܐܬܡܝܡܘܬܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܦܘܪܩܢܗ ܡܢ ܪܘܓܙܐ ܕܡܒܘܠܐ: ܘܐܩܝܡ ܠܗ ܩܝܡܐ ܕܠܐ ܢܬܘܒ ܡܢ ܒܬܪܗ ܕܢܚܒܠܝܘܗܝ ܘܢܚܪܒܘܢ: ܩܝܡܐ ܕܩܫܬܐ ܒܥܢܢܐ ܒܝܢ ܐܠܗܐ ܠܐܪܥܐ ܘܠܟܠܗ ܒܣܪ. ܘܟܕ ܚܒ ܡܢ

A] — 22 A ܒܦܘܩܕܢ (sic).

filius Nabat, de filiis Ioseph, e tribu Ephraim, circumcisionem acceperat, prout Abrahae iusserat Sanctisimus, et Moyses in lege monuerat. Omnes pariter reges Israel qui iuxta legem Ieroboam ambulaverunt, circumcisi erant et segregati; verumtamen, propter eorum peccata, bona fama de ipsis non est servata. Quid profecit Ieroboam cum circumcisione sua, et cuncti reges qui praecepta eius secuti sunt? Sed cuius fuit profectus utilitatisve Manasse, filio Ezechiae, propter cuius iniquitates innumeras non potuerit Deus amplius Ierosolymae parcere?

3. Omnibus generationibus et tribubus praecepta sua dedit Deus in generatione et progenie, sicut ei placuit; sed aliquando observata, postea immutata fuere. Adae enim edixit ne comederet de arbore scientiae boni et mali; et quod praeceptum statutumque non servavit, condemnatus est. Henoch autem qui ante Deum placuit, non quidem quod praeceptum de arbore illa servaverit, ad vitam meruit transferri, sed propter fidem suam; placuit igitur, minime vero ob praeceptum servatum de arbore non comedendi. Noe, quia innocentiam et iustitiam custodivit, ab ira diluvii ereptus est, et foedus statuit

[Dominus] cum ipso et progenie eius post eum, ut crescerent et multiplicarentur, ponens in nubibus arcum, foedus inter Deum et terram omnemque carnem. In nullo autem ex his foederibus circumcisio data est. Abraham deinde, cum elegit eum Dominus, non propter circumcisionem vocatus et electus est, et nomen accepit ut pater esset omnium gentium, sed propter fidem; nec nisi postquam credidit iussus est circumcidi. Si enim per circumcisionem vita daretur, prius Abraham circumcidendo circumcisus fuisset, deindeque credisset. Et si in plenitudinem vitae mundi data fuisset circumcisio, declararet utique Scriptura : Circumcisus est Abraham, et sua ei reputata est circumcisio ad iustitiam. Verum ita est scriptum : *Credidit Abraham Deo, et reputata est ei sua fides in iustitiam*[1]. Illi enim qui crediderunt, quamvis circumcisi non fuerint, vitam obtinuerunt; eis autem qui circumcisi sunt nec crediderunt, sua eis circumcisio nil profuit. Abel, Henoch, Noe, Sem, Iaphet coram Deo placuerunt, non quidem ob circumcisionem, sed quod unus quisque eorum praecepta sibi secundum tempus iniuncta servaverunt, et crediderunt eumdem illum esse qui in generationibus singulis prout lubet mandata edicit. Melchisedech, sacerdos Dei summi, Abrahae benedixit, quanquam incircumcisus. Notum est autem minorem a maiore benedici.

ܗܠܝܢ ܩܝܡܐ ܓܙܘܪܬܐ ܠܐ ܐܬܝܗܒܬ.
ܘܐܒܪܗܡ ܟܕ ܓܒܝܗ ܠܐ ܗܘܐ ܒܓܙܘܪܬܐ
ܩܪܝܗ ܘܓܒܝܗ ܘܩܒܠ ܫܡܐ ܕܢܗܘܐ ܐܒܐ
ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ: ܐܠܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ: ܘܡܢ
ܒܬܪ ܕܗܝܡܢ ܦܩܕܗ ܕܢܓܙܘܪ.
ܐܠܘ ܓܝܪ ܓܙܘܪܬܐ ܗܘܬ ܚܝܐ: ܠܩܕܡ
ܓܙܪ ܓܙܪ ܗܘܐ ܐܒܪܗܡ ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܡܗܝܡܢ
ܗܘܐ. ܘܐܠܘ ܠܡܠܝܘܬ ܚܝܐ ܕܥܠܡܐ
ܡܬܝܗܒܐ ܗܘܬ ܓܙܘܪܬܐ ܡܚܘܝܐ ܗܘܐ ܟܬܒܐ:
ܕܓܙܪ ܐܒܪܗܡ ܘܐܬܚܫܒܬ ܠܗ ܓܙܘܪܬܗ
ܠܙܕܝܩܘ. ܐܠܐ ܗܟܢܐ ܟܬܝܒ: ܕܗܝܡܢ
ܐܒܪܗܡ ܒܐܠܗܐ ܘܐܬܚܫܒܬ ܠܗ
ܗܝܡܢܘܬܗ ܠܙܕܝܩܘܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܓܝܪ
ܕܗܝܡܢܘ ܟܕ ܠܐ ܓܙܝܪܝܢ ܚܝܘ: ܘܓܙܝܪܘ ܘܠܐ
ܗܝܡܢܘ ܠܐ ܐܘܬܪܬ ܐܢܘܢ ܓܙܘܪܬܗܘܢ.
ܗܒܝܠ ܚܢܘܟ ܢܘܚ ܫܝܡ ܝܦܬ ܠܐ
ܗܘܐ ܓܙܘܪܬܐ ܫܦܪܘ ܩܕܡ ܐܠܗܐ: ܐܠܐ ܟܕ
ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܕܢܛܪܘ ܦܘܩܕܢܝܗܘܢ
ܒܙܒܢܝܗܘܢ ܘܗܝܡܢܘ ܕܚܕ ܗܘ ܦܩܕ
ܦܘܩܕܢܐ ܒܕܪ ܕܪ ܐܝܟ ܕܨܒܐ. ܡܠܟܝܙܕܩ
ܟܘܡܪܐ ܗܘܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ: ܒܪܟ ܠܐܒܪܗܡ
ܟܕ ܠܐ ܓܙܝܪ ܗܘܐ ܡܝܕܥܐ ܕܝܢ ܙܥܘܪܐ ܕܒܪܝܟ
ܡܢ ܕܪܒ ܡܢܗ ܡܬܒܪܟ܀

A]

[1] Gen. xv, 6.

ܡܛܠ ܗܟܝܠ ܫܡܥ ܚܒܝܒܝ ܘܐܚܘܝܟ ܓܙܘܪܬܐ ܠܐܝܢܐ ܦܘܪܫܢܐ ܐܬܝܗܒܬ. ܟܕ ܗܝܡܢ ܓܝܪ ܐܒܪܗܡ ܘܢܦܩ ܡܢ ܐܘܪ ܕܟܠܕܝܐ ܘܐܬܐ ܠܡܥܡܪ ܒܚܪܢ ܠܐ ܦܩܕܗ ܐܠܗܐ ܠܡܓܙܪ: ܘܟܕ ܥܡܪ ܒܐܪܥܐ ܕܟܢܥܢ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥ ܫܢܝܢ ܠܐ ܓܙܪ ܡܛܠ ܕܥܕܠܐ ܝܠܝܕ ܗܘܐ ܠܗ ܒܪ ܡܘܠܟܢܐ ܕܡܢܗ ܙܕܝܩܐ ܘܡܠܟܐ ܘܟܗܢܐ ܘܡܫܝܚܐ ܡܬܝܠܕܝܢ: ܐܠܐ ܟܕ ܗܘܐ ܒܪ ܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥ ܫܢܝܢ ܐܘܕܥܗ ܩܕܝܫܐ ܕܡܫܡܠܐ ܡܐܐ ܫܢܝܢ ܒܪܐ ܡܬܝܠܕ ܠܗ: ܘܗܝܕܝܢ ܓܙܪܗ ܘܟܕ ܗܘܐ ܒܪ ܡܐܐ ܫܢܝܢ ܐܬܝܠܕ ܠܗ ܐܝܣܚܩ. ܘܦܩܕܗ ܕܢܓܙܘܪ ܒܣܪܐ ܕܥܘܪܠܘܬܗ ܪܘܫܡܐ ܘܐܬܐ ܕܩܝܡܐ: ܕܟܕ ܢܣܓܐ ܙܪܥܗ ܢܗܘܐ ܦܪܝܫ ܡܢ ܟܠ ܥܡܡܐ ܕܡܗܠܟ ܒܝܢܬܗܘܢ ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܬܚܠܛ ܒܥܒܕܝܗܘܢ ܛܢܦܐ. ܓܙܪ ܐܒܪܗܡ ܒܣܪܐ ܕܥܘܪܠܘܬܗ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥ ܫܢܝܢ: ܘܓܙܪ ܠܐܝܫܡܥܝܠ ܒܪܗ ܟܕ ܬܠܬܥܣܪܐ ܫܢܝܢ: ܘܠܝܠܝܕܝ ܒܝܬܗ ܘܙܒܝܢܝ ܟܣܦܗ ܓܙܪ ܐܒܪܗܡ ܒܝܘܡܐ ܗܘ. ܐܝܟ ܕܡܠܠ ܥܡܗ ܐܠܗܐ. ܘܒܬܪ ܕܓܙܪ ܐܬܒܛܢ ܐܝܣܚܩ ܘܐܬܝܠܕ ܘܐܬܓܙܪ ܒܝܘܡܐ ܬܡܝܢܝܐ. ܘܐܬܚܙܝܬ ܓܙܘܪܬܐ ܒܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ

4. Audi ergo, carissime, et tibi ostendam quo consilio circumcisio data fuerit. Cum credidit Abraham, et de Ur Chaldeorum egressus est, advenitque ut in Harran habitaret, circumcisionem ei Dominus non praecepit; nec magis per viginti quatuor annos quos in terra Chanaan exegit circumcisus est; nondum enim ei natus erat filius promissionis, e quo iusti, et reges, et sacerdotes, et uncti erant orituri. Sed cum natus esset annos nonaginta novem, praenuntiavit ei Sanctissimus impleto anno centesimo filium ei nasciturum esse; et tunc circumcidit eum [Deus]; et postquam factus fuit filius centum annorum, Isaac ei natus est. Iussit autem [Deus] eum circumcidere carnem praeputii sui, in signum et notam foederis, ut cum multiplicaretur semen eius, ab omnibus populis inter quos ambularet segregaretur, ne impuris eorum operibus commisceretur. Circumcidit igitur Abraham carnem praeputii sui, cum natus esset nonaginta et novem annos; circumcidit quoque Ismaelem filium suum, tredecim annos natum, et domus suae vernaculos atque emptitios circumcidit Abraham illa die sicut dixerat ei Deus. Et postquam ipse circumcisus fuit, conceptus natusque est Isaac, qui die octava circumcisus est.

A] — 10 A ܗ [ܬ. — 22 A ܘܠܝܠܝܕ.

Et observata est circumcisio in Abrahae semine, Isaac et Ismael, Iacob et liberis eius, Esau et filio eius, centum nonagintaque annis, donec Iacob in Aegyptum ingressus est. Eam quoque in Aegypto filii Iacob ducentis viginti et quinque servaverunt annis, quoad in desertum egressi sunt. Sed et Lot videns Abraham patruum suum seipsum circumcidisse, filium suum et ipse circumcidit postquam ab illo recessit; et circumcisionem infideles in consuetudinem retinuerunt.

5. Porro si per circumcisionem vita daretur, ergo filii Ismael filiique Ceturae, filii Lot et filii Esau pariter vitam habuerunt; circumcisi enim erant, verumtamen idola colebant plurima. Sed Ieremias propheta aperte mihi ostendit omnes circumcisos esse, et iram virtute circumcisionis suae non effugere. Ait enim : *Ecce visitabo super omnem circumcisum in praeputio; super Aegyptios et super Iudaeos, super Moab, super Edom, super filios Ammon, et super omnes qui barbam attonsam habent, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde*[1]. Si sua Iudaeis circumcisio profuit, quare ergo reputantur cum Aegyptiis et Idumaeis, Moabitis et Ammonitis, et iis qui barbam attondunt, qui omnes sunt filii Hagar et Ceturae? Sed notum est

ܒܐܝܣܚܩ ܘܒܐܝܫܡܥܝܠ ܘܒܝܥܩܘܒ ܘܒܒܢܘܗܝ ܘܒܥܝܣܘ ܘܒܒܪܗ ܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܫܢܝܢ ܥܕܡܐ ܕܥܠ ܝܥܩܘܒ ܠܡܨܪܝܢ: ܘܒܡܨܪܝܢ ܢܛܪܘܗ ܒܢܝ ܝܥܩܘܒ ܡܐܬܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ ܥܕܡܐ ܕܢܦܩܘ ܠܡܕܒܪܐ. ܘܐܦ ܠܘܛ ܟܕ ܚܙܐ ܕܐܒܪܗܡ ܕܕܗ ܓܙܪ: ܐܦ ܗܘ ܓܙܪ ܠܒܢܘܗܝ ܡܢ ܒܬܪ ܕܦܪܫ ܡܢ ܠܘܬܗ: ܘܐܚܕܘܗ ܠܓܙܘܪܬܐ ܒܥܝܕܐ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ܀

ܐܢ ܕܝܢ ܓܙܘܪܬܐ ܐܝܬܝ ܚܝܐ: ܩܢܝܢ ܒܢܝ ܐܝܫܡܥܝܠ ܘܒܢܝ ܩܛܘܪܐ ܘܒܢܝ ܠܘܛ ܘܒܢܝ ܥܝܣܘ ܐܦ ܗܢܘܢ ܚܝܐ ܕܗܐ ܓܙܝܪܝܢ: ܟܕ ܓܙܝܪܝܢ ܦܠܚܝܢ ܠܦܬܟܪܐ ܣܓܝܐܐ. ܐܠܐ ܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܚܘܝܢܝ ܥܠܝܢܐܝܬ ܕܟܠ ܓܙܝܪܐ ܕܠܐ ܡܘܬܪܐ ܠܓܙܘܪܬܗܘܢ ܐܝܟ ܡܢ ܪܘܓܙܐ ܓܙܘܪܬܗܘܢ ܠܐ ܡܬܦܨܝܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܗܐ ܦܩܕ ܐܢܐ ܥܠ ܟܠ ܓܙܝܪ ܒܥܘܪܠܘܬܐ: ܥܠ ܡܨܪܝܐ ܘܥܠ ܝܗܘܕܝܐ ܘܥܠ ܡܘܐܒ ܘܥܠ ܐܕܘܡ ܘܥܠ ܒܢܝ ܥܡܘܢ ܘܥܠ ܟܠ ܡܩܦܣܝ ܦܐܬܐ ܕܝܬܒܝܢ ܒܡܕܒܪܐ: ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܥܘܪܠܝܢ ܘܟܠܗ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܥܘܪܠܝܢ ܒܠܒܗܘܢ. ܐܢ ܐܘܬܪܬܗ ܠܗ ܓܙܘܪܬܐ ܠܝܗܘܕܝܐ ܠܡܢܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܥܡ ܡܨܪܝܐ ܘܥܡ ܐܕܘܡܝܐ ܘܡܘܐܒܝܐ ܘܥܡܘܢܝܐ ܘܡܩܦܣܝ ܦܐܬܐ ܕܗܢܘܢ ܒܢܝ ܗܓܪ

A] — 23 A ܘܡܩܦܣܝ.

[1] Ier. IX, 25, 26.

ܘܥܒ̈ܕܝ ܦܘܩܕ̈ܢܐ. ܐܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܗܝ ܓܙܘܪܬܗܘܢ ܗܘܬ ܠܗ ܥܘܪܠܘܬܐ: ܕܗܐ ܐܦ ܥܠ ܝܗܘܕܐ ܦܩܕ ܪܘܓܙܐ ܐܝܟ ܕܥܠ ܥܡܡܐ ܟܠܗܘܢ ܓܙܝܪܝ ܒܥܘܪܠܘܬܐ. ܟܕ ܚܙܐ ܓܝܪ ܩܕܝܫܐ ܕܐܡܪܝܢ: ܕܒܗܕܐ ܚܝܝܢ ܕܒܢܝ ܐܒܪܗܡ ܐܢܚܢ ܘܓܙܝܪܝ ܐܢܚܢ: ܘܩܕܠܗܘܢ ܩܫܝܐ ܠܐ ܐܪܟܢܘ ܠܫܘܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܒܝܕ ܢܒܝܐ: ܓܙܘܪܘ ܥܘܪܠܘܬܐ ܕܠܒܟܘܢ ܘܩܕܠܟܘܢ ܬܘܒ ܠܐ ܬܩܫܘܢ. ܡܬܚܙܝܐ ܗܝ ܕܡܢ ܕܥܘܪܠܐ ܒܠܒܗ ܠܐ ܓܙܝܪ ܘܐܦ ܓܙܘܪܬܐ ܕܒܣܪܐ ܡܕܡ ܠܐ ܡܘܬܪܐ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܐ ܐܘܬܪܬ ܠܟܠ ܡܢ ܕܓܙܝܪ ܒܥܘܪܠܘܬܐ܀

ܘܠܡܦܣ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܕܪܘܫܡܐ ܗܝ ܓܙܘܪܬܐ ܐܝܟ ܕܢܬܦܪܫܘܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܛܢܦܐ: ܚܙܝ ܕܟܕ ܢܦܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܘܗܠܟܘ ܒܡܕܒܪܐ ܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܠܐ ܓܙܪܘ ܡܛܠ ܕܚܕ ܗܘܘ ܥܡܐ ܘܠܐ ܡܬܚܠܛܝܢ ܗܘܘ ܒܥܡܡܐ ܢܘܟܪܝܐ: ܠܡܢ ܠܐ ܪܫܡ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܕܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܪܥܝܢ ܗܘܘ. ܪܫܡ ܕܝܢ ܠܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܠܐ ܗܘܘ ܕܝܠܗ ܦܪܫ ܠܗ ܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ ܠܒܢܝܢܫܐ: ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܕܥܒܕܝܢ ܥܒܕܐ ܒܝܫܐ ܕܛܢܦܘܬܐ ܫܒܩ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܥܒܕܝܗܘܢ. ܘܪܫܡ ܐܢܘܢ ܠܥܡܗ ܠܐ ܗܘܐ ܕܠܒܢܝܢܫܐ ܢܛܪ

circumcisionem illorum praeputium factam esse[1], nam furorem super Iudam etiam mandavit [Deus], sicut super omnes qui circumcisi erant in praeputio. Videns enim Sanctissimus eos dicere : Ideo vivimus quia filii sumus Abrahae et circumcisi sumus ; eosque cervicem suam duram legis servitio non flectere, dixit eis per prophetam : *Circumcidite praeputium cordis vestri, et cervicem vestram ne induretis amplius*[2]. Perspectum enim est incircumcisum in praeputio cordis sui e carnis etiam circumcisione nullum fructum percipere, sicuti nihil profuit omnibus qui circumcisi erant in praeputio.

6. Sed ut persuasum habeas, carissime, circumcisionem signum fuisse quo a gentibus contaminatis [Iudaei] discernerentur, vide quomodo ex Aegypto educti, quadraginta annos in deserto iter fecerint, nec fuerint circumcisi, quippe cum unus essent populus, nec gentibus alienis commisceri possent. Non igitur eos ibi [circumcisione] signavit, quia seorsum pascebant. Semen autem Abrahae signavit, non quod gentes omnes non essent ditionis suae ; sed Abrahae semen circumcisione sibi segregavit, dum ceteras gentes nefanda idololatriae facinora exsequentes dereliquit propter opera eorum ; et populum signavit, non quidem

A]

[1] Rom. II, 25. — [2] Deut. X, 16.

ut sibi ipsi notum faceret eos semen esse Abrahae, nam ipsos etiamsi non signasset, nihilominus dispexisset; verum ut unusquisque alium agnosceret, nec mentitis causis se obtegerent. Etenim fieri potuisset aliquando, nisi notati essent, ut aliqui ex eis deprehensi fuissent idolis servientes, aut scortantes, moechantes et furantes, et transgredientes Legem; in talibusque sceleribus deprehensi infitiati fuissent et negassent esse se filios Abrahae, ut mortem possent vitare, et paenam non solvere; iudicium namque mortis indixerat, in lege conscriptum, adversus eos qui talia commisissent. Si quis igitur transgressor legis repertus fuisset, in uno ex his sceleribus delinquens, non se potuisset amplius mendaci excusatione tueri quod non esset filius Abrahae nec de eius semine; nam eum qui contradicens esset inventus, e circumcisione sua agnovissent, et secundum delicti eius mensuram paenam de eo sumpsissent. Nisi autem eo consilio data fuit, necesse erat eos in deserto circumcidi; sed cum a ceteris gentibus essent segregati ac seorsum in deserto pascerent, non fuerunt signati. At quando Iordanem transierunt, praecepit Dominus Iosue filio Nun, eique dixit : *Nunc iterum circumcide filios Israel se-*

ܕܙܪܥܗ ܐܢܘܢ ܕܐܒܪܗܡ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܟܕ ܠܐ ܢܪܫܘܡ ܐܢܘܢ ܗܘ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܗܘܢ: ܐܠܐ ܕܢܕܥܘܢ ܗܢܘܢ ܚܕ ܠܚܕ ܘܠܐ ܢܬܛܫܘܢ ܒܥܠܠܬܐ ܕܕܓܠܘܬܐ. ܡܛܠ ܕܡܫܟܚܐ ܗܘܐ ܕܒܙܒܢ ܠܡܗܘܐ ܐܝܟ ܠܐ ܐܬܪܫܡܘ ܕܟܕ ܢܫܬܟܚܘܢ ܡܢܗܘܢ ܕܦܠܚܝܢ ܠܦܬܟܪܐ ܐܘ ܙܢܝܢ ܘܓܝܪܝܢ ܘܓܢܒܝܢ ܘܥܒܪܝܢ ܩܝܡ ܕܠܒܪ ܡܢ ܢܡܘܣܐ: ܦܪܥܝܢ ܗܘܘ ܐܝܠܝܢ ܡܢܗܘܢ ܕܒܗܠܝܢ ܡܫܬܟܚܝܢ ܘܟܦܪܝܢ ܗܘܘ: ܕܠܐ ܗܘܝܢ ܒܢܝ ܐܒܪܗܡ: ܐܝܟ ܕܠܐ ܢܬܩܛܠܘܢ ܘܢܩܒܠܘܢ ܡܘܬܐ ܒܕܝܢܐ: ܘܓܙܪ ܕܝܢܐ ܕܡܘܬܐ ܕܟܬܝܒ ܒܢܡܘܣܐ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܡܬܚܝܒܝܢ. ܐܠܐ ܡܢ ܕܡܫܬܟܚ ܕܥܒܪ ܢܡܘܣܐ ܡܫܬܟܚ ܗܘܐ ܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܚܛܝܬܐ ܗܘܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܢܬܛܫܐ ܒܥܠܠܬܐ ܕܕܓܠܘܬܐ: ܕܠܐ ܗܘܝܘ ܡܢ ܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ: ܡܛܠ ܕܐܦ ܡܫܬܟܚ ܕܗܘܐ ܦܪܘܫܝܢ ܠܗ ܡܢ ܓܙܘܪܬܗ ܘܡܚܒܝܢ ܠܗ ܡܫܘܡ ܒܕܝܢܐ ܐܝܟ ܙܕܩܐ ܕܣܟܠܘܬܗ. ܡܛܠ ܕܐܢ ܠܐ ܗܘܐ ܒܗܢܐ ܬܪܥܝܬܐ ܐܬܝܗܒܬ ܓܙܘܪܬܐ ܡܥܒܪܐ ܗܘܐ ܕܐܦ ܒܡܕܒܪܐ ܢܬܓܙܪܘܢ: ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܦܪܝܫܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܥܡܡܐ ܘܠܚܘܕܝܗܘܢ ܪܥܝܢ ܗܘܘ ܒܡܕܒܪܐ ܠܐ ܐܬܪܫܡܘ: ܘܟܕ ܥܒܪܘ ܝܘܪܕܢܢ ܦܩܕ ܡܪܝܐ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܐܡܪ

A] — 4 A ܕܓܠܘܬܐ.

ܠܗ: ܘܗܦܘܟ ܓܙܘܪ ܠܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ ܬܢܝܢܘܬ. ܘܡܛܠܡܢܐ ܐܡܪ ܠܗ ܠܝܫܘܥ ܕܬܢܝܢܘܬ ܢܓܙܘܪ ܐܢܘܢ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܓܙܝܪܝܢ ܗܘܘ ܒܠܒܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܢܒܝܐ: ܓܙܘܪܘ ܥܘܪܠܘܬܐ ܕܠܒܟܘܢ ܘܩܕܠܟܘܢ ܬܘܒ ܠܐ ܬܩܫܘܢ. ܘܗܦܟ ܬܘܒ ܝܫܘܥ ܓܙܪ ܐܢܘܢ ܘܪܫܡ ܐܢܘܢ ܒܒܣܪܗܘܢ ܬܢܝܢܘܬ. ܘܐܠܐ ܐܝܟܢܐ ܡܫܬܡܥܐ ܠܟ ܡܠܬܐ: ܓܙܪ ܝܫܘܥ ܠܥܡܐ ܬܢܝܢܘܬ. ܕܗܐ ܠܐ ܓܙܝܪܝܢ ܗܘܘ ܒܒܣܪܗܘܢ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܬܪ ܕܓܙܪ ܐܢܘܢ ܝܫܘܥ ܣܗܕ ܟܬܒܐ: ܕܟܠܗܘܢ ܓܙܪ ܝܫܘܥ ܠܟܠ ܕܐܬܝܠܕܘ ܒܡܕܒܪܐ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܓܙܝܪ ܗܘܐ ܟܠ ܚܕ ܕܒܡܕܒܪܐ ܐܬܝܠܕܘ܀

ܚܙܝ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܘܐܬܕܡܪ ܒܗܕܐ ܕܓܙܝܪܐ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܡܝܬܘ ܒܡܕܒܪܐ ܡܛܠ ܚܛܗܝܗܘܢ ܥܠ ܕܡܪܡܪܘ ܪܘܚܗ ܕܩܕܝܫܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܗܝ. ܡܦܪܫܐ ܕܐܠܘ ܗܝܡܢܘ ܠܐ ܡܬܟܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܕܢܥܠܘܢ ܠܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ. ܘܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܘܟܠܒ ܒܪ ܝܘܦܢܐ ܣܓܝܘ ܡܢ ܫܬܡܐܐ ܐܠܦܝܢ ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܘܥܠܘ ܠܐܪܥܐ ܘܝܪܬܘܗ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܡܕܒܪܐ ܕܐܬܝܠܕܘ ܟܕ ܠܐ ܓܙܝܪܝܢ ܚܝܘ ܘܥܠܘ ܠܡܐܪܬ ܐܪܥܐ: ܘܓܙܪ ܐܢܘܢ ܟܕ ܥܒܪܝܢ ܠܐܪܥܐ ܕܟܢܥܢܝܐ: ܘܐܬܥܒܕ ܠܗܘܢ ܐܬܪܐ ܓܙܪܬܗܘܢ܀

A]

cundo[1]. Quare autem mandavit Iosue eos secundo circumcidere? nisi quod iam essent in corde suo circumcisi, quemadmodum per prophetam dixit : *Circumcidite praeputium cordis vestri, et cervicem vestram ne induretis amplius*[2]. Eos igitur denuo circumcidit Iosue ac secundo signavit, nempe in carne eorum. Sin minus quomodo verbum illud intelliges : *Populum Iosue secundo circumcidit,* qui nondum circumcisi fuerant in carne? Postquam enim eos Iosue circumcidit, testatur Scriptura circumcidisse Iosue omnes in deserto natos, *quia nullus circumcisus fuerat ex eis qui nati sunt in deserto*[3].

7. Vide autem, carissime, et admirare quomodo circumcisi, ex Aegypto egressi, in deserto mortui sint propter peccata sua, quia Spiritum Sanctissimi exacerbaverunt, neque ei crediderunt. Manifestum est eos si credidissent ab ingressu terrae promissionis non fuisse prohibitos. Nam Iosue filius Nun, et Caleb filius Iephone longiorem vitam duxerunt quam sexcenta millia hominum qui ex Aegypto sunt educti; terram introierunt et hereditaverunt. Qui autem in deserto nati sunt et crediderunt, quamvis incircumcisi, vixerunt et ingressi sunt terram, ut eam hereditarent; cumque Cha-

[1] Ios. v, 2. — [2] Deut. x, 16. — [3] Ios. v, 5, 6.

nanaeorum regionem essent intraturi circumcidit eos. Ita duae circumcisiones eis adscribuntur.

8. Quare autem cum iram adducit super omnes circumcisos cum praeputio, Aegyptios etiam connumerat? nam de semine non erant Abrahae, sicuti Moabitae et Ammonitae, filii Lot, qui filius erat fratris Abrahae, Idumaei quoque, filii Esau, simulque hi qui barbam attondunt, incolae deserti, qui filii sunt Ismaelis et filii Ceturae; et Iuda, Iacobi propago, qui omnes semen sunt domus Abrahae. Aegyptii, quamvis infideles, circumcisionis adsciverunt consuetudinem a filiis Israel, dum isti inter eos commorabantur; iterumque eam a Ioseph receperunt, qui cum sibi nati essent Manasse et Ephraim, eos circumcidit; quod cum a Ioseph didicissent, coeperunt circumcidere, nam imperium Ioseph in re quacumque exsequebantur in Aegypto. Sunt vero, carissime, qui dicunt filiam Pharaonis cum Moysem reperit, cum e foedere carnis suae ut unum e filiis Israel agnovisse. Aliter autem res se habet, ut sensu sermonis apparet; foedus enim circumcisionis Moysi ab Aegyptiorum circumcisione nihilo differebat; et si quis nesciat Aegyptios circumcisos fuisse, id ab Ieremia discat. Pharaonis autem filia, cum Moysem in-

ܡܛܠܡܢܐ ܕܝܢ ܡܝܬܐ ܪܘܓܙܐ ܥܠ ܟܠ
ܓܙܝܪܘ ܒܥܘܪܠܘܬܐ ܚܫܒ ܐܦ ܠܡܨܪܝܐ
ܕܠܐ ܗܘܘ ܡܢ ܙܪܥܗ ܕܐܒܪܗܡ ܐܝܟ ܡܘܐܒܝܐ
ܘܥܡܘܢܝܐ ܕܒܢܝ ܠܘܛ ܐܢܘܢ ܒܪ ܐܚܘܗܝ
ܕܐܒܪܗܡ: ܘܐܝܟ ܐܕܘܡܝܐ ܕܗܢܘܢ ܒܢܝ
ܥܝܣܘ: ܘܐܝܟ ܩܪܝܚܝ ܦܐܬܐ ܕܥܡܪܝ
ܡܕܒܪܐ ܕܐܝܠܝܢ ܒܢܝ ܐܝܫܡܥܝܠ
ܘܒܢܝ ܩܛܘܪܐ: ܘܝܗܘܕܐ ܙܪܥܗ ܕܝܥܩܘܒ:
ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܙܪܥܐ ܐܢܘܢ ܕܒܝܬ ܐܒܪܗܡ
ܘܡܨܪܝܐ ܩܒܠܘܗ ܠܓܙܘܪܬܐ ܒܥܝܕܐ ܕܠܐ
ܗܝܡܢܘ ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܟܕ ܥܡܪܝܢ
ܒܝܢܬܗܘܢ: ܘܩܒܠܘܗ ܬܘܒ ܡܢ ܝܘܣܦ
ܟܕ ܐܬܝܠܕܘ ܠܗ ܡܢܫܐ ܘܐܦܪܝܡ ܓܙܪ
ܐܢܘܢ: ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܝܠܦܘ ܡܢ ܝܘܣܦ
ܘܫܪܝܘ ܓܙܪܝܢ ܡܛܠ ܕܦܘܩܕܢܗ ܕܝܘܣܦ
ܒܟܠ ܡܕܡ ܡܫܬܡܠܐ ܗܘܐ ܒܗ ܒܡܨܪܝܢ.
ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܐܢܫܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܐܡܪܝܢ
ܕܒܪܬܗ ܕܦܪܥܘܢ ܟܕ ܐܫܟܚܬܗ ܠܡܘܫܐ ܡܢ
ܩܝܡܐ ܕܒܒܣܪܗ ܐܫܬܘܕܥܬܗ ܕܡܢ ܒܢܝ
ܐܝܣܪܝܠ ܗܘ: ܠܐ ܗܘܐ ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗ ܐܝܟ
ܕܡܬܚܙܝܐ ܒܣܘܟܠܗ ܕܡܠܬܐ: ܡܛܠ
ܕܩܝܡܐ ܕܓܙܘܪܬܗ ܕܡܘܫܐ ܠܐ ܡܕܡ ܦܪܝܫ
ܗܘܐ ܡܢ ܓܙܘܪܬܐ ܕܒܢܝ ܡܨܪܝܢ. ܘܡܢ ܕܠܐ
ܝܕܥ ܕܡܨܪܝܐ ܓܙܝܪܝܢ ܐܢܘܢ ܢܐܠܦ
ܡܢ ܐܪܡܝܐ. ܡܛܠ ܕܒܪܬܗ ܕܦܪܥܘܢ ܟܕ

A] — 10 A ܒܥܝܕܐ.

ܐܫܟܚܬܗ ܠܫܘܦܝܐ ܚܙܬ ܕܛܐܦ ܒܢܗܪܐ ܝܕܥܬ ܕܡܢ ܒܢܝ ܥܒܪܝܐ ܗܘ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܦܩܝܕ ܗܘܐ ܥܠ ܡܨܪܝܐ ܕܒܢܗܪܐ ܢܫܕܘܢ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܦܪܥܘܢ ܥܠ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܐܡܪ: ܕܟܠ ܒܪܐ ܕܟܪܐ ܕܡܬܝܠܕ ܒܢܗܪܐ ܢܫܬܕܐ: ܘܝܕܥܬ ܕܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܥܒܝܕܐ ܗܘܬ ܗܕܐ: ܘܚܙܬ ܕܒܩܒܘܬܐ ܕܩܝܣܐ ܣܝܡ: ܝܕܥܬ ܕܡܛܠ ܕܠܐ ܐܫܟܚܘ ܐܢܫܘܗܝ ܕܢܛܫܘܢܝܗܝ ܥܒܕܘ ܠܗ ܩܒܘܬܐ ܘܫܕܘܗܝ ܒܢܗܪܐ. ܡܛܠ ܕܐܠܘ ܥܡ ܓܙܘܪܬܐ ܦܪܝܫܝܢ ܗܘܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܡܨܪܝܐ ܠܐ ܥܪܠܝܢ: ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܡܘܫܐ ܠܡܬܪܒܝܘ ܠܘܬ ܦܪܥܘܢ. ܡܛܠ ܕܬܚܘܡܘܬܗ ܕܒܣܪܗ ܕܛܠܝܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܡܢܟܝܠ ܕܒܣܪܗ. ܡܢ ܕܒܪܬܗ ܕܦܪܥܘܢ ܥܒܪܐ ܗܘܬ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܘܦܘܩܕܢܐ ܕܐܒܘܗ̇: ܐܦܠܐ ܒܟܠܗ̇ ܡܨܪܝܢ ܠܘܬ ܡܬܩܝܡ ܦܘܩܕܢܗ ܘܢܡܘܣܗ ܕܦܪܥܘܢ܀

ܘܐܚܘܝܟ ܬܘܒ ܚܒܝܒܝ ܐܦ ܥܠ ܒܢܝ ܩܛܘܪܐ ܕܐܦ ܗܢܘܢ ܡܬܚܡܝܢ ܐܝܟ ܚܕ ܒܢܝ ܐܝܫܡܥܝܠ. ܟܕ ܓܝܪ ܐܬܟܢܫܘ ܡܕܝܢܝܐ ܕܗܢܘܢ ܒܢܝ ܩܛܘܪܐ ܥܡ ܒܢܝ ܩܕܡ ܕܗܢܘܢ ܒܢܝ ܐܝܫܡܥܝܠ ܘܐܬܘ ܠܡܬܟܬܫܘ ܥܡ ܐܝܣܪܝܠ ܒܝܘܡܝ ܓܕܥܘܢ ܒܪ ܝܘܐܫ: ܒܫܠܡܘܬܐ ܕܚܕܐ ܠܗܘܢ ܕܢܫܥܒܕܘܢ ܠܐܝܣܪܝܠ: ܘܐܬܒܪܘ ܒܐܝܕܝ ܓܕܥܘܢ ܒܬܠܬܡܐܐ ܓܒܪܝܢ. ܗܕܐ

A]

[1] Ex. 1, 22.

venit, videns eum flumini innatantem, novit eum de filiis esse Hebraeorum, quod non Aegyptii iussi fuerant in amnem proiici, quemadmodum de filiis Israel edixerat Pharao, dicens : *Omnis filius masculus qui natus fuerit, in flumen proiiciatur*[1]; illa porro intellexit id timore edicti factum fuisse; puerumque cernens in arca lignea positum, suspicata est suos eum occultare nequivisse, atque ideirco hanc ei arcam parasse, et flumini tradidisse. Si vero filii Israel circumcisione fuissent ab Aegyptiis incircumcisis separati, non potuisset Moyses apud Pharaonem educari, quod foedus carnis huius pueri semper fuisset agnitum. Iam quod filia Pharaonis legem et edictum patris sui violabat, [dicendum] non in universa Aegypto legem et edictum Pharaonis fuisse promulgata.

9. Nunc tibi ostendere volo, amice, filios etiam Ceturae filiis Ismael conterminos exstitisse. Cum enim congregati sunt Madianitae, qui filii sunt Ceturae, cum filiis orientis, filiis scilicet Ismael, et venerunt ut armis adversus Israel contenderent, sub diebus Gedeonis filii Ioas, Israelem sic coniuncti voluerunt una subiicere; a Gedeone autem cum trecentis ducibus cladem acceperunt. Hoc tibi

volui de filiis Ceturae ostendere, ipsos scilicet cum filiis Ismael sedem habuisse in deserto. A tempore enim quo dimisit Abraham Hagar et Ismael, ipse et filii eius incolae deserti fuerunt. Ita enim scriptum est : *Habitavit in deserto, didicitque arcum tendere*[1]; *ut esset manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum; et super fines omnium fratrum suorum habitavit*[2]. Ex uno latere, ab oriente scilicet [Israelis] habitaverunt filii Esau, qui sunt Idumaei; nam quando Israel de Aegypto egressus est, regionem Edom, montem Esau, circumierunt. E regione autem, Ammonitae et Moabitae fines eorum ab aquilone circumscribebant; filiique Ceturae terminos occupabant in oriente cum Idumaeis, filiis Esau. Cum enim dimisit Abraham filios Ceturae primum ad orientem compulit eos. Filii Hagar autem universam plagam australem obtinuerunt. Idumaei filii Esau, ad orientem horum omnium habitaverunt, usque ad Bosram. Praeceperat siquidem Dominus Moysi : *Terrae filiorum Esau non appropinquabitis; neque enim dabo vobis ex omni terra eorum quantum calcat pedis vestigium, quia Esau dedi montem Seir. Sed pecunia emetis ab eis panem quem comedetis, et aquam comparabitis ab eis pecunia, et bibetis*[3]. Et fecit Moyses sicut ei

ܕܐܚܘܝܟ ܥܠ ܒܢܝ̈ ܩܛܘܪܐ ܕܥܡ ܗܢܘܢ ܥܡ ܒܢܝ̈ ܐܝܫܡܥܝܠ ܒܡܕܒܪܐ ܗܘܘ ܥܡܡܘܪܗܘܢ: ܡܢ ܙܒܢܐ ܓܝܪ ܕܫܪܐ ܐܒܪܗܡ ܠܗܓܪ ܘܠܐܝܫܡܥܝܠ ܒܡܕܒܪܐ ܗܘܐ ܥܡܡܘܪܗ ܕܐܝܫܡܥܝܠ ܘܕܒܢܘܗܝ. ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ: ܕܝܬܒ ܒܡܕܒܪܐ ܘܝܠܦ ܗܘܐ ܩܫܬܐ: ܕܢܗܘܐ ܐܝܕܗ ܒܟܠ ܘܐܝܕܐ ܕܟܠ ܒܗ: ܘܥܠ ܬܚܘܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܚܘܗܝ ܥܡܪ. ܡܢ ܚܕ ܓܒܗ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܥܡܪܘ ܒܢܝ̈ ܥܫܘ ܕܗܢܘܢ ܐܕܘܡܝ̈ܐ: ܡܛܠ ܕܟܕ ܢܦܩ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܐܬܟܪܟܘ ܐܪܥܐ ܕܐܕܘܡ ܛܘܪܐ ܕܥܫܘ: ܘܐܦ ܥܡܘܢܝ̈ܐ ܘܡܘܐܒܝ̈ܐ ܡܬܚܡܝܢ ܗܘܘ ܬܚܘܡܝܗܘܢ ܡܢ ܓܪܒܝܐ: ܡܫܬܠܛܝܢ ܠܬܚܘܡܐ ܒܢܝ̈ ܩܛܘܪܐ ܒܡܕܢܚܐ ܥܡ ܐܕܘܡܝ̈ܐ ܒܢܝ̈ ܥܫܘ: ܡܛܠ ܕܟܕ ܫܪܐ ܐܒܪܗܡ ܠܒܢܝ̈ ܩܛܘܪܐ ܩܕܡܐܝܬ ܠܡܕܢܚܐ ܫܕܪ ܐܢܘܢ: ܘܒܢܝ̈ ܗܓܪ ܐܚܕܘ ܐܪܥܐ ܕܬܝܡܢܐ: ܘܐܕܘܡܝ̈ܐ ܒܢܝ̈ ܥܫܘ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܪܘ ܥܕܡܐ ܠܒܨܪܐ: ܡܛܠ ܕܐܦ ܦܩܕ ܡܪܝܐ ܠܡܘܫܐ. ܕܠܐܪܥܐ ܕܒܢܝ̈ ܥܫܘ ܠܐ ܬܬܩܪܒܘܢ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܬܠ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܡܢ ܐܪܥܗܘܢ ܐܦܠܐ ܡܕܪܟ ܦܣܬܐ ܕܪܓܠܐ: ܡܛܠ ܕܠܥܫܘ ܝܗܒܬ ܠܛܘܪܐ ܕܣܥܝܪ: ܐܠܐ ܒܟܣܦܐ ܙܒܢܘ ܡܢܗܘܢ ܠܚܡܐ ܘܐܟܘܠܘ ܘܡܝܐ ܙܒܢܘ ܡܢܗܘܢ

A] — 20 A ܘܐܕܘܡܝ̈ܐ.

[1] Gen. xxi, 20. — [2] *Ib.* xvi, 12. — [3] Deut. ii, 5, 6.

ܒܡܫܡܥܐ ܘܐܫܬܡܥ. ܘܡܫܡܥܐ ܫܡܥ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܠܗ ܡܪܝܐ: ܘܠܐ ܐܠܨ ܠܒܢܝ ܥܫܘ ܐܠܐ ܟܕ ܡܛܐ ܠܪܩܡ ܕܓܐܝܐ ܫܕܪ ܐܝܙܓܕܐ ܒܡܠܐ ܕܫܠܡܐ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܐܕܘܡ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܗܟܢܐ ܐܡܪ ܐܚܘܟ ܝܥܩܘܒ: ܕܐܢܬ ܝܕܥܬ ܟܠܗ ܠܥܡܠܐ ܕܐܕܪܟܢ ܒܐܘܪܚܐ ܘܕܐܒܐܫܘܢ ܡܨܪܝܐ: ܘܗܫܐ ܐܚܢܢ ܒܪܩܡ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܣܘܦ ܬܚܘܡܟ. ܗܫܐ ܢܥܒܪ ܒܐܪܥܟ: ܒܐܘܪܚ ܡܠܟܘܬܐ ܢܐܙܠ: ܠܚܡܐ ܙܒܢܘ ܠܢ ܕܢܐܟܘܠ ܘܐܦ ܡܝܐ ܕܢܫܬܐ ܐܢܚܢܢ ܘܒܥܝܪܢ ܢܬܠ ܕܡܝܗܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܐܝܣܪܝܠ: ܠܐ ܬܥܒܪ ܒܬܚܘܡܝ ܕܠܐ ܒܚܪܒܐ ܐܦܘܩ ܠܐܘܪܥܟ. ܘܣܛܐ ܠܗ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢܗܘܢ ܟܕ ܚܙܐ ܕܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ. ܘܟܕ ܥܒܪܘ ܥܠ ܬܚܘܡܗܘܢ ܢܣܒܘ ܡܢܗܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܒܨܪ ܕܒܡܕܒܪܐ ܘܐܚܕܘܗ ܘܥܒܕܘܗ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܓܘܣܐ. ܘܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܣܬܟܠ ܗܢܐ ܕܒܨܪ ܕܒܢܝ ܥܫܘ ܗܘܬ ܕܗܢܘܢ ܐܕܘܡܝܐ ܡܢ ܩܕܡ ܢܠܦ ܡܢ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܩܕܝܫܐ ܟܕ ܐܬܐ ܡܢ ܐܕܘܡ ܘܣܡܩܝܢ ܢܚܬܘܗܝ ܡܢ ܒܨܪ: ܕܕܝܫ ܐܢܘܢ ܘܡܕܫ ܐܢܘܢ ܒܪܘܓܙܐ ܡܢ ܒܢܝ ܥܫܘ ܥܠ ܕܠܐ ܩܒܠ ܠܐܚܘܗܝ ܘܢܛܪ ܠܥܠܡ ܪܘܓܙܗ. ܘܡܢ ܕܠܐ ܐܦ ܡܬܛܦܝܣ ܥܠ ܒܨܪ

Dominus praeceperat. Filios Esau non coegit; cum autem in Recem superbam advenit, nuntios misit cum verbis pacificis ad regem Edom, et ait illi : *Sic dicit frater tuus Iacob : Nosti omnem laborem qui apprehendit nos in itinere, et quod oppresserunt nos Aegyptii. Ecce in urbe Recem sumus, quae est in extremis finibus tuis; transeamus nunc per terram tuam; via regia gradiemur; panem vendite nobis quem manducemus; etiam aquarum quas nos et pecora nostra bibemus, solvemus pretium. Et respondit ad Israel : Per terminos meos non transibis, alioquin cum gladio in occursum tuum egrediar*[1]. Divertit igitur Israel ab eis, videns eos non adquiescere. Verum cum fines eorum praeteriissent, ceperunt ab iis filii Israel Bosram, quae est in deserto, eamque occupaverunt et civitatem refugii constituerunt[2]. Qui vult sibi exploratum esse Bosram filiorum Esau, qui sunt Idumaei, prius fuisse, ab Isaia discat, cum Sanctissimum vidit *venientem de Edom, rubeis vestibus de Bosra, eos proterentem et conculcantem*[3], ut de filiis Esau ultionem repeteret, eo quod fratrem suum non excepit, iram suam usque in finem servans[4]. Si quis adhuc non vult admittere Bosram Idumaeis olim serviisse, hoc aliud e Genesi audiat, de regibus qui regna-

A]

[1] Num. xx, 14-18. — [2] Ios. xxi, 27. — [3] Is. lxiii, 1, 3, 4. — [4] Amos i, 11.

verunt in Edom : *Regnavit Iobab, filius Zara, de Bosra*[1]. Ait Isaias iterum : *Ecce super Idumaeos descendet [gladius meus], super populum damnatum in iudicio*[2]. Et David ait : *Super Edom solvam calceamenta mea*[3], *eo quod corrupit Esau misericordiam suam in saeculum, et iram suam usque in finem reservavit*[4], nec fratrem suum per terminos suos sivit transire. Propterea in iudicio damnatus est, quia inimicitiam suam in aeternum servavit. Cumque declinavit Israel ab Esau fratre suo, nuntios misit ad Moabitas, filios Lot, ut per fines eorum transgrederentur. Non autem obaudiverunt neque adsensi sunt, verum Balaam, filium Beor, conduxerunt ut eis malediceret; quiaque eos per fines suos cum pace transire non permisit, praecepit Sanctissimus ne intraret Ammonita et Moabita in ecclesiam Domini, ne post decimam quidem generationem, quod panem et aquam Israeli per viam non praebuissent, eosque vexatos ac defessos aggressi essent. De Aegyptiis autem et Idumaeis praecepit ne eos Israel repelleret, Aegyptios quia advena fuerat in terra eorum, Idumaeos quia fratres eorum erant.

10. Cuncta illa tibi exposui et edisserui, ut scires Ismaelem in omnium fratrum suorum finibus habitasse, ac

ܕܐܕܘܡܝܐ ܡܠܟܐ ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܢܥܡܬܐ
ܠܗܘܢ ܡܢ ܒܢܝܐ ܗܝ ܐܡܪܝܢ ܡܠܟܐ
ܕܐܕܘܡ: ܕܐܡܠܟ ܝܘܒܒ ܒܪ ܙܪܚ ܡܢ ܒܨܪܐ.
ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܐܫܥܝܐ: ܕܗܐ ܥܠ ܐܕܘܡܝܐ
ܢܚܬܐ ܥܠ ܥܡܐ ܕܐܬܚܝܒ ܒܕܝܢܐ.
ܘܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܥܠ ܐܕܘܡ ܐܫܪܐ ܡܣܐܢܝ:
ܡܛܠ ܕܚܒܠ ܥܣܘ ܪܚܡܘܗܝ ܠܥܠܡ
ܘܠܥܠܡ ܢܛܪ ܪܘܓܙܗ ܘܠܐ ܫܒܩ ܠܐܚܘܗܝ
ܕܢܥܒܪ ܒܬܚܘܡܘܗܝ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܬܚܝܒ
ܒܕܝܢܐ ܕܢܛܪ ܐܝܒܘܬܗ ܠܥܠܡ. ܘܟܕ ܣܛܐ
ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܥܣܘ ܐܚܘܗܝ ܫܕܪ ܐܝܙܓܕܐ
ܠܘܬ ܡܘܐܒܝܐ ܒܢܝ̈ ܠܘܛ ܐܝܟ ܕܢܥܒܪܘܢ
ܒܬܚܘܡܗܘܢ: ܘܠܐ ܫܡܥܘ ܘܠܐ ܐܬܛܦܝܣܘ:
ܐܠܐ ܐܓܪܘ ܠܗܘܢ ܠܒܠܥܡ ܒܪ ܒܥܘܪ
ܠܡܠܛܘ ܐܢܘܢ. ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܫܒܩ ܐܢܘܢ
ܕܢܥܒܪܘܢ ܠܡܥܒܪ ܒܬܚܘܡܗܘܢ ܦܩܕ
ܩܕܝܫܐ ܕܠܐ ܢܥܘܠ ܥܡܘܢܝܐ ܘܡܘܐܒܝܐ
ܠܥܕܬܗ ܕܡܪܝܐ ܘܐܦܠܐ ܒܕܪܐ ܕܥܣܝܪܝܐ:
ܥܠ ܕܠܐ ܩܕܡܘ ܒܠܚܡܐ ܘܡܝܐ
ܠܐܝܣܪܝܠ ܒܐܘܪܚܐ ܘܐܪܕܘ ܐܢܘܢ
ܒܫܢܩܐ: ܗܘܘ ܡܠܗܝܢ ܘܐܙܠܝܢ. ܡܛܠ
ܡܨܪܝܐ ܘܐܕܘܡܝܐ ܦܩܕ ܕܠܐ ܢܪܚܩܘܢ
ܐܢܘܢ ܐܝܣܪܝܠ: ܠܡܨܪܝܐ ܕܥܡܪ
ܒܐܪܥܗܘܢ: ܘܐܕܘܡܝܐ ܕܐܚܝܢ ܗܢܘܢ܀

ܘܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܦܪܫܬ ܘܚܘܝܬܟ
ܕܬܕܥ ܕܐܝܫܡܥܝܠ ܥܠ ܐܦܝ̈
ܕܟܠܗܘܢ ܐܚܘܗܝ ܫܪܐ ܗܘܐ ܒܪܐ

A] — 2 A ܡܠܟܐ. — 27 A ܐܚܘܗܝ.

[1] Gen. XXXVI, 33. — [2] Is. XXXIV, 5. — [3] Ps. CVIII (CVII), 9 (10), et LX (LIX), 8. — [4] Amos. I, 11.

ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ: ܘܠܒܢܝ ܩܛܘܪܐ ܝܗܒ ܐܒܪܗܡ ܡܘܗܒܬܐ ܘܫܕܪ ܐܢܘܢ ܠܘܬ ܐܝܫܡܥܐܝܠ ܐܚܘܗܘܢ: ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܝܪܬܐ ܥܡ ܐܝܣܚܩ ܒܪ ܡܘܠܟܢܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܓܙܘܪܬܐ ܐܝܟ ܚܝܐ: ܐܦ ܒܢܝ ܐܝܫܡܥܐܝܠ ܘܒܢܝ ܩܛܘܪܐ ܘܒܢܝ ܠܘܛ ܡܘܐܒܝܐ ܘܥܡܘܢܝܐ ܘܒܢܝ ܥܣܘ ܐܕܘܡܝܐ ܘܡܨܪܝܐ ܐܦ ܗܢܘܢ ܝܬܝܪ ܢܫܬܒܗܪܘܢ: ܕܗܐ ܐܦ ܗܢܘܢ ܓܙܝܪܝܢ ܘܦܠܚܝܢ ܠܦܬܟܪܐ ܣܓܝܐܐ. ܡܟܝܠ ܝܕܝܥܐ ܗܝ ܕܠܝܬ ܗܢܝܐܐ ܒܓܙܘܪܬܐ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܠܐ ܟܠ ܕܓܙܪ ܒܥܘܪܠܘܬܐ ܕܠܒܗ ܡܗܝܡܢ ܘܚܝܐ ܗܘ ܘܒܪܐ ܠܐܒܪܗܡ: ܡܫܬܡܠܝܐ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܐܠܗܐ ܠܐܒܪܗܡ: ܕܐܒܐ ܠܣܘܓܐܐ ܕܥܡܡܐ ܣܡܬܟ܀

ܒܟܠ ܙܒܢ ܓܝܪ ܐܫܬܚܠܦ ܢܡܘܣܐ ܘܩܝܡܐ. ܡܢ ܩܕܝܡ ܓܝܪ ܫܚܠܦ ܐܠܗܐ ܩܝܡܐ ܕܐܕܡ ܘܝܗܒ ܐܚܪܢܐ ܠܢܘܚ: ܝܗܒ ܐܦ ܠܐܒܪܗܡ: ܫܚܠܦ ܕܐܒܪܗܡ ܝܗܒ ܚܕܬܐ ܠܡܘܫܐ: ܡܛܠ ܐܬܢܛܪ ܕܡܘܫܐ ܝܗܒ ܐܚܪܢܐ ܒܕܪܐ ܐܚܪܝܐ: ܩܝܡܐ ܕܠܐ ܡܫܬܚܠܦ. ܠܐܕܡ ܩܝܡܐ ܕܡܢ ܐܝܠܢܐ ܠܐ ܢܐܟܘܠ: ܠܢܘܚ ܩܫܬܐ ܒܥܢܢܐ: ܠܐܒܪܗܡ ܡܢ ܕܓܒܝܗ ܒܝܗ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܗ: ܘܡܢ ܒܬܪܟܢ ܓܙܘܪܬܐ ܐܬܐ ܘܪܘܫܡܐ

tanquam *onagrum hominum*[1] exstitisse. Filiis Ceturae largitus est Abraham munera, misitque eos ad Ismaelem fratrem eorum, ne fierent heredes cum Isaac, filio promissionis. Si igitur per circumcisionem vita daretur, filii quoque Ismael, et filii Ceturae, et filii Lot, Moabitae et Ammonitae, et Idumaei, filii Esau, et Aegyptii, magis etiam gloriati fuissent. Sed licet circumcisi sint, idola plurima colunt. Manifestum est ergo nullum esse absque fide in circumcisione profectum; sed quicumque in praeputio cordis sui circumcisus fuerit credens, ille vivet, filiusque erit Abrahae, et complebitur verbum quod dixit ad Abraham Deus : *Patrem multitudinis gentium te constitui*[2].

11. Lex autem atque foedus omnino fuere mutata. Primum enim pactum Adae mutavit, et aliud imposuit Noe; aliud etiam Abrahae quod mutavit ut novum Moysi daret. Cumque mosaicum foedus non observaretur, aliud dedit in generatione ultima pactum, deinceps non immutandum. Adae enim legem statuerat ut de arbore vitae non comederet, Noe arcum in nubibus, Abrahae iam propter fidem electo dedit postea circumcisionem, notam ac signaculum posteris. Moyses agnum [paschae] habuit, propi-

A] — 3 A ܠܐܝܫܡܥܐܝܠ. — 4 A ܝܪܬܐ. — 6 A ܒܢܝ (sic).

[1] Gen. xvi, 12. — [2] *Ib.* xvii, 5.

tiationem pro populo. Omnia autem haec foedera erant aliud ab alio diversa. Porro circumcisio quam probat [illorum] foederum dator, ea est de qua dixit Ieremias : *Circumcidite praeputium cordis vestri* [1]. Quod si firmum fuit pactum quod constituit Abrahae Deus, firmum etiam et fidele istud est, nec poterit legem ultra ponere, sive ab iis qui extra legem sunt, sive a subiectis Legis initium ducentem [2]. Nam legem Moysi dedit cum observantiis et praeceptis suis, et cum eam non servarent, Legem et praecepta eius irrita fecit; promisit se testamentum novum daturum, quod dixit a priori diversum fore [3], licet unus sit dator amborum. Atque hoc est testamentum quod se pollicitus est daturum : *Omnes cognoscent me a minimo ex eis usque ad maximum eorum* [4]. Et in hoc testamento non est ultra circumcisio carnis et signum populi. Pro certo scimus, carissime, Deum in variis generationibus constituisse leges, quae donec ei placuit in usu fuerunt, et postmodum antiquatae sunt, quemadmodum Apostolus ait quod *in multis similitudinibus olim substitit regnum Dei in singulis temporibus* [5]. Sapientibus autem et intelligentibus apertum perspicuumque est

ܠܒܢܝ̈ܗܘܢ: ܘܩܝ̈ܡܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܢܚܪܘܣ
ܟܠ ܥܡܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܩܝ̈ܡܐ
ܚܕ ܠܚܒܪܗ ܠܐ ܕܡܝܢ. ܓܙܘܪܬܐ ܕܝܢ
ܕܫܒܚ ܠܗ ܝܗܘܒ ܩܝ̈ܡܐ ܗܝ ܗܝ ܕܐܡܪ
ܐܪܡܝܐ: ܓܙܘܪܘ ܥܘܪܠܘܬܐ ܕܠܒܟܘܢ.
ܐܢ ܕܝܢ ܫܪܝܪ ܩܝܡܐ ܕܩܝܡ ܐܠܗܐ
ܠܐܒܪܗܡ: ܐܦ ܗܢܐ ܫܪܝܪ ܘܡܗܝܡܢ
ܘܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܢܡܘܣܐ ܕܢܬܬܠ
ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܠܒܪ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܐܘ ܡܢ ܕܫܬܐܣܘܗܝ ܕܢܡܘܣܐ. ܝܗܒ
ܓܝܪ ܢܡܘܣܐ ܠܡܘܫܐ ܥܡ ܢܛܘܪܘܬܗ
ܘܦܘܩܕܢܘܗܝ: ܘܟܕ ܠܐ ܢܛܪܘܗܝ ܠܢܡܘܣܐ
ܘܦܘܩܕܢܘܗܝ ܒܛܠܗ: ܡܠܟ ܠܡܬܠ
ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܘܐܡܪ ܕܠܐ ܐܝܟ ܩܕܡܝܬܐ ܗܝ
ܟܕ ܗܘ ܚܕ ܝܗܘܒܐ ܕܬܪܬܝܗܝܢ. ܘܗܕܐ ܕܝܢ
ܕܝܬܩܐ ܕܐܫܬܘܕܝ ܠܡܬܠ: ܕܟܠܗܘܢ
ܢܕܥܘܢܢܝ ܡܢ ܙܥܘܪܝܗܘܢ ܘܥܕܡܐ
ܠܪܘܪܒܢܝܗܘܢ. ܘܒܗܕܐ ܕܝܬܩܐ
ܠܝܬ ܓܙܘܪܬܐ ܕܒܣܪܐ ܘܪܘܫܡܐ ܕܥܡܐ.
ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܫܪܝܪܐܝܬ ܚܒܝܒܝ ܕܒܕܪ
ܕܪ ܣܡ ܐܠܗܐ ܢܡܘ̈ܣܐ: ܘܡܫܡܫܝܢ
ܗܘܘ ܥܕ ܕܫܦܪ ܠܗ ܘܐܬܒܛܠܘ ܐܝܟ
ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܒܦܘܪܫ ܒܟܠ ܕܡܘ̈ܬ
ܩܡܐ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܒܟܠ ܙܒܢܝ̈ܢ.
ܠܚܟܝ̈ܡܐ ܘܠܒܝ̈ܢܐ ܕܡܣܬܟܠܝܢ ܓܠܝܐ

A] — 4 A ܗܘ. ܕܢܬܠ. — 5 A ܫܬܐܣܘܗ.

[1] Ier. IV, 4. — [2] Sensus est post datum N. T., non posse Deum legem quamdam novam sive inter gentes, sive rursus in populo iudaico instituere, sed N. T. firmum esse mansurum, « quia nemo amplius est qui mutare possit et amplificare ». S. Ephrem in Marc. I, 15 (Moesinger, *Evangelii concordantis expositio facta a Sancto Ephraemo, doctore Syro*, Venetiis, 1876, cap. V, p. 57). — [3] Ier. XXXI, 31. — [4] *Ib.* XXXI, 34. — [5] Hebr. I, 1.

ܐܝܟ ܗܘܐ ܡܬܓܙܪܢܐ ܕܟܠ ܒܪ ܩܝܡܐ ܕܡܢ ܡܢܡܟܐ ܐܢܘܢ ܡܢܗ؛ ܓܙܘܪܬܐ ܡܥܕܪܐ ܡܛܠ ܙܢܝܘܬܗ ܘܦܚܙܘܬܗ ܓܙܝܪ ܘܠܐ ܡܣܬܟܠ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܠܘ ܓܝܪ ܡܬܦܣܩܝܢ ܗܘܘ ܐܝܠܝܢ ܕܕܠܚܝܢ ܠܟܘܢ. ܐܠܗܢ ܕܝܢ ܫܪܝܪ ܘܡܗܝܡܢܝܢ ܛܒ ܦܘܩܕܢܘܗܝ: ܘܟܠ ܩܝܡ ܒܙܒܢܗ ܫܪܝܪ ܘܐܫܬܪܪ: ܘܓܙܝܪܝ ܒܠܒܗܘܢ ܚܝܝܢ ܘܡܬܓܙܪܝܢ ܬܢܝܢܘܬ ܥܠ ܝܘܪܕܢܢ ܕܫܪܪܐ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ܀

ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܓܙܪ ܠܥܡܐ ܒܣܦܣܪܐ ܕܛܪܢܐ ܬܢܝܢܘܬ ܟܕ ܥܒܪ ܝܘܪܕܢܢ ܗܘ ܘܥܡܗ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܓܙܪ ܠܥܡܡܐ ܕܗܝܡܢܘ ܒܗ ܒܬܢܝܢܘܬ ܓܙܘܪܬܐ ܕܠܒܐ ܘܐܥܡܕܘ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܐܬܓܙܪܘ ܒܣܝܦܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܠܬܗ ܕܚܪܝܦܐ ܐܝܟ ܡܢ ܣܝܦܐ ܕܬܪܝܢ ܦܘܡܘܗܝ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܐܥܒܪ ܠܥܡܐ ܠܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܡܠܟ ܐܪܥܐ ܕܚܝܐ ܠܟܠ ܕܥܒܪ ܒܝܘܪܕܢܢ ܕܫܪܪܐ ܘܗܝܡܢܘ ܘܓܙܪ ܥܘܪܠܘܬܐ ܕܠܒܗܘܢ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܐܩܝܡ ܟܐܦܐ ܠܣܗܕܘܬܐ ܒܐܝܣܪܐܝܠ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܠܫܡܥܘܢ ܩܪܝܗܝ ܟܐܦܐ ܫܪܝܪܬܐ ܘܐܩܝܡܗ ܣܗܕܐ ܡܗܝܡܢܐ ܒܝܢܬ ܥܡܡܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܥܒܕ ܦܨܚܐ ܒܥܪܒܬܐ ܕܝܪܝܚܘ ܒܐܪܥܐ

omnem qui de foedere est, si post circumcisionem libidine ac protervitate deiiciatur, circumcisum quidem esse, non autem Apostoli verba intelligere : *Utinam genitalibus exscindantur illi qui vos conturbant*[1]. Porro verax est Deus noster, et praecepta eius fidelissima; et foedus quodcumque in tempore suo firmum et verum comprobatum est, et qui circumcisi sunt corde vivunt atque iterum circumciduntur super Iordanem verum, qui est baptismus remissionis peccatorum.

12. Iesus filius Nun populum secundo circumcidit cultro lapideo, quando Iordanem transiit ipse cum populo suo; Iesus Salvator noster secundo circumcidit circumcisione cordis gentes quae in eum crediderunt et baptismo ablutae sunt, et circumcisae sunt *gladio quod est verbum eius, penetrabilius omni gladio ancipiti*[2]. Iesus filius Nun populum ad terram promissionis transmisit; Iesus Salvator noster terram vitae promisit omnibus qui verum Iordanem transierint, et crediderint, et praeputio cordis sui fuerint circumcisi. Iesus filius Nun lapides erexit in testimonium in Israel; Iesus Salvator noster Simonem vocavit Petram firmam, eumque testem fidelem inter gentes constituit. Iesus filius Nun Pascha celebravit in campestribus Ierichuntis, in terra ma-

A] — 22 A ܘܗܝܡܢܘ. — 23 A ܐܩܝܡ ܟܐܦܐ.

[1] Galat. v, 12. — [2] Hebr. iv, 12.

ledicta, et manducavit populus panem de terra; Iesus Salvator noster pascha fecit cum discipulis suis in civitate Ierusalem cui maledixit [dicens]: *Non relinquetur in ea lapis super lapidem*[1]; et sacramentum ibi dedit in pane vitae. Iesus filius Nun Achan cupidum condemnavit, qui furtum fecerat et recondiderat; Iesus Salvator noster iudicavit Iudam avarum, qui furatus est et abstrusit pecuniam de marsupio quod habebat. Iesus filius Nun gentes contaminatas delevit; Iesus Salvator noster destruxit Satanam et exercitum eius. Iesus filius Nun solem in caelo detinuit, Iesus Salvator noster solem occidere fecit in meridie, quando cruci fixerunt eum. Iesus filius Nun salvator populi, Iesus Salvator gentium vocatus est. Beati igitur qui in cordis praeputio sunt circumcisi, et ex aquis renati sunt circumcisionis secundae; isti hereditatem accipient cum Abraham, duce fideli[2], ac patre omnium gentium, quoniam ei fides sua ad iustitiam reputata est.

Explicit Demonstratio de Circumcisione.

ܠܝܛܬܐ ܘܐܟܠܗ ܥܡܐ ܡܢ ܥܒܘܪܐ ܕܐܪܥܐ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܥܒܕ ܦܨܚܐ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܒܐܘܪܫܠܡ ܡܕܝܢܬܐ ܕܠܛܗ̇ ܕܠܐ ܬܫܬܒܩ ܒܗ̇ ܟܐܦ ܥܠ ܟܐܦ: ܘܝܗܒ ܬܡܢ ܐܪܙܐ ܒܠܚܡܐ ܕܚܝܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܚܝܒ ܠܥܟܪ ܪܚܡܢܐ ܕܓܢܒ ܘܛܫܝ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܚܝܒ ܠܝܗܘܕܐ ܪܚܡܢܐ ܕܓܢܒ ܘܛܫܝ ܟܣܦܐ ܡܢ ܓܠܘܣܩܡܐ ܕܐܚܝܕ ܗܘܐ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܚܪܒ ܥܡܡܐ ܛܡܐܐ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܣܚܦ ܠܣܛܢܐ ܘܠܚܝܠܘܗܝ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܐܩܝܡ ܫܡܫܐ ܒܫܡܝܐ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܘܩܢ ܐܥܪܒ ܫܡܫܐ ܒܛܗܪܐ ܟܕ ܙܩܦܘܗܝ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܦܪܘܩܐ ܕܥܡܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܬܩܪܝ ܦܪܘܩܐ ܕܥܡܡܐ. ܘܛܘܒܝܗܘܢ ܠܓܙܝܪܝ ܠܒܐ ܡܢ ܥܘܪܠܘܬܐ ܡܬܝܠܕܝܢ ܡܢ ܡܝܐ ܓܙܘܪܬܐ ܬܢܝܢܝܬܐ: ܕܗܢܘܢ ܝܪܬܝܢ ܥܡ ܐܒܪܗܡ ܪܫܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܐܒܐ ܕܟܠ ܥܡܡܝܢ: ܕܐܬܚܫܒܬ ܠܗ ܗܝܡܢܘܬܗ ܠܙܕܝܩܘܬܐ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܓܙܘܪܬܐ܀

A] — 8 A ܠܗ̇.

[1] Matth. xxiv, 2. — [2] ܪܫܐ ܡܗܝܡܢܐ *duce fideli*, legi potest cum versione armeniaca ܪܫܐ ܕܡܗܝܡܢܐ: *capite credentium* գլխուն հաւատացելոց (Antonelli, p. 308).

ܬܚܘܝܬܐ ܕܦܨܚܐ

DEMONSTRATIO XII

DE PASCHATE

ܠܡܘܫܐ ܦܩܕ ܩܕܝܫܐ ܕܟܠ ܦܨܚܐ ܕܢܥܒܕ ܒܐܪܒܥܣܪܐ ܒܝܪܚܐ ܩܕܡܝܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ ܠܡܘܫܐ: ܕܦܩܘܕ ܠܟܢܘܫܬܐ ܕܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܢܣܒܘܢ ܠܗܘܢ ܐܡܪܐ ܚܕ ܒܪ ܫܢܬܐ ܐܡܪܐ ܕܠܝܬ ܒܗ ܡܘܡܐ: ܡܢ ܐܡܪܐ ܘܡܢ ܓܕܝܐ ܢܣܒܘܢ: ܘܢܥܒܕܘܢ ܦܨܚܐ ܠܡܪܝܐ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ ܠܡܘܫܐ: ܕܢܣܒܘܢ ܐܡܪܐ ܡܢ ܒܥܣܪܐ ܒܝܪܚܐ ܘܢܗܘܐ ܢܛܝܪ ܠܗܘܢ ܥܕܡܐ ܠܐܪܒܥܣܪܐ ܒܗ ܒܝܪܚܐ: ܘܢܟܣܘܢܝܗ ܒܡܥܪܒܝ ܫܡܫܐ ܘܢܙܠܘܢ ܡܢ ܕܡܗ ܥܠ ܬܪܥܐ ܕܒܬܝܗܘܢ ܡܢ ܡܚܒܠܢܐ ܕܠܐ ܢܥܘܠ ܠܘܬܗܘܢ ܟܕ ܥܒܪ ܡܚܒܠܢܐ ܒܗ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ: ܘܢܐܟܠܘܢܝܗ ܠܐܡܪܐ ܡܣܬܪܗܒܐܝܬ ܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ. ܘܗܟܢܐ ܠܡ ܢܐܟܠܘܢܝܗ: ܟܕ ܚܨܝܗܘܢ ܐܣܝܪܝܢ ܘܡܣܐܢܝܗܘܢ ܒܪܓܠܝܗܘܢ ܘܚܘܛܪܝܗܘܢ ܒܐܝܕܝܗܘܢ. ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ ܕܡܣܬܪܗܒܐܝܬ ܢܐܟܠܘܢܝܗ: ܘܠܐ ܠܡ ܢܐܟܠܘܢ ܡܢܗ ܟܕ ܚܝ ܘܐܦ ܠܐ ܟܕ

1. Sanctissimus Moysi praecepit ut pascha decimo quarto die mensis primi celebraret. Ita namque ei dixit : *Manda coetui filiorum Israel, ut sibi tollant agnum unum anniculum, agnum absque macula; ex agnis vel haedis accipient* [*eum*], *et facient pascha Domino universi filii Israel*[1]. Moysi quoque edixit ut agnum illum tollerent statim a decimo die mensis, quem apud se usque ad quartum decimum adservarent, et ad solis occasum immolarent, ac portas domorum sanguine eius aspergerent contra percussorem, ne ad eos ingrederetur, cum populabundus per terram Aegypti transiret; deinde ut universa congregatio agnum comederent festinanter, eoque ritu eum manducarent : succinctis lumbis, pedibusque calceatis, et baculos in manibus habentes; monuitque eos ut comederent festinanter, nec manducarent ex eo crudum quid, neve elixatum aqua, sed tan-

A] ·

[1] Ex. xii, 3, 5, 6.

tum assatum igni; iterum ut nil de eo extra domum efferrent, ac tandem os in eo non comminuerent. Sicque egerunt filii Israel, et manducaverunt pascha quarto decimo die mensis primi, qui est Nisan, mensis florum[1], mensis primus anni.

2. Vide autem, carissime, mysteria quae in paschatis celebratione Sanctissimus instituit, cum omnia praecepta sua docuit eos dicens: *In una domo manducabitur, nec quidquam de eo extra domum efferetis*[2]. Hoc quoque eis Moyses mandavit: *Quando ingressi fueritis terram quam dedit vobis Dominus, pascha celebrabitis in tempore suo. Non poteris immolare pascha in qualibet urbium tuarum; sed in loco tantummodo quem elegerit sibi Dominus Deus tuus, tu et domus tua laetaberis in sollemnitate tua*[3]. Hoc etiam praecepit eis: *Advena et mercenarius de pascha non comedent; et servus emptus pecunia quem possederis, quando circumcisa fuerit caro praeputii eius, comedet de pascha*[4].

3. Magna et miranda sunt illa mysteria, carissime. Si dum in terra sua degebat Israel, pascha non poterat celebrare nisi Ierosolymae duntaxat, hodie in omnibus gentibus et linguis dispersi, inter contaminatos et incircumcisos panem suum

ܡܒܫܠܐ ܡܒܫܠ ܒܡܝܐ ܐܠܐ ܟܕ ܡܛܘܝ
ܒܢܘܪܐ: ܘܠܐ ܢܦܩܘܢ ܡܢܗ ܠܒܪ ܡܢ ܒܝܬܐ:
ܘܓܪܡܐ ܠܐ ܢܬܒܪܘܢ ܒܗ. ܘܥܒܕܘ ܗܟܢܐ
ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ: ܘܐܟܠܘ ܦܨܚܐ ܒܐܪܒܥܣܪܐ
ܒܝܪܚܐ ܩܕܡܝܐ ܕܗܘ ܢܝܣܢ: ܒܝܪܚܐ
ܕܗܒܒܐ ܝܪܚܐ ܩܕܡܝܐ ܝܪܚܐ ܕܫܢܬܐ܀

ܚܙܝ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܐܪ̈ܙܐ ܗܠܝܢ ܕܩܒܥ
ܩܕܝܫܐ ܒܡܥܒܕ ܦܨܚܐ. ܘܦܩܕ ܐܢܘܢ ܟܠ
ܗܠܝܢ ܢܡܘܣܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܒܒܝܬܐ
ܚܕ ܢܬܐܟܠ ܘܠܐ ܬܦܩܘܢ ܡܢܗ ܠܒܪ
ܡܢ ܒܝܬܐ. ܘܡܘܫܐ ܦܩܕ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ:
ܕܟܕ ܬܥܠܘܢ ܠܐܪܥܐ ܕܝܗܒ ܠܟܘܢ
ܡܪܝܐ ܬܥܒܕܘܢ ܦܨܚܐ ܒܙܒܢܗ
ܠܐ ܬܫܟܚ ܠܡܕܒܚܘ ܦܨܚܐ ܒܚܕܐ ܡܢ
ܩܘܪܝܟ: ܐܠܐ ܐܢ ܒܐܬܪܐ ܕܢܓܒܐ ܠܗ
ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܐܢܬ ܘܒܝܬܟ: ܬܚܕܐ
ܒܥܐܕܟ. ܘܦܩܕ ܬܘܒ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ:
ܕܬܘܬܒܐ ܘܐܓܝܪܐ ܠܐ ܢܐܟܘܠ ܡܢܗ ܡܢ
ܦܨܚܐ: ܘܥܒܕܐ ܙܒܝܢ ܟܣܦܐ ܕܢܗܘܐ
ܠܟ ܟܕ ܓܙܪ ܒܣܪܐ ܕܥܘܪܠܘܬܗ
ܗܝܕܝܢ ܢܐܟܘܠ ܡܢ ܦܨܚܐ܀

ܪܘܪܒܝܢ ܐܢܘܢ ܘܬܡܝܗܝܢ ܐܪ̈ܙܐ ܗܠܝܢ
ܚܒܝܒܝ. ܐܢ ܟܕ ܒܐܪܥܗ ܗܘܐ ܐܝܣܪܝܠ
ܠܐ ܫܠܝܛ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܥܒܕ ܦܨܚܐ ܐܠܐ ܐܢ
ܒܐܘܪܫܠܡ ܒܠܚܘܕ: ܝܘܡܢܐ ܕܒܟܠܗܘܢ
ܥܡ̈ܡܐ ܘܠܫܢ̈ܐ ܡܒܕܪܝܢ ܒܝܬ ܛܡ̈ܐܐ

A] — 4 A ܘܐܟܠܘ. — 7 A ܐܪ̈ܙܐ.

[1] Ad verbum: *Mensis florum, mensis primus mensis anni.* Ita versio armeniaca: *mensis florum, mensis primus mensis anni* *ամիս ծաղկաց. ամիս առաջին ամսոյն ամի* (Antonelli p. 336). — [2] Ex. XII, 46. — [3] Deut. XVI, 5 seqq. — [4] Ex. XII, 44, 45.

ܡܟܘܬܐ ܘܐܟܠܝܢ ܠܚܡܗܘܢ ܒܛܡܐܘܬܐ ܒܝܢܝ ܥܡܡܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܚܙܩܝܐܝܠ ܟܕ ܚܘܝܗ ܐܬܐ ܕܢܐܟܘܠ ܠܚܡܗ ܒܛܡܐܘܬܐ ܩܒܠ ܘܐܡܪ: ܐܘ ܡܪܐ ܡܪܘܬܐ. ܢܦܫܝ ܠܐ ܗܘܬ ܡܣܝܒܐ: ܘܠܐ ܥܠ ܠܦܘܡܝ ܒܣܪܐ ܛܡܐܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܚܙܩܝܐܝܠ: ܕܗܕܐ ܬܗܘܐ ܐܬܐ: ܗܟܢܐ ܢܐܟܠܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܚܡܗܘܢ ܒܛܢܦܘܬܐ ܒܝܢܝ ܥܡܡܐ ܕܐܒܕܪ ܐܢܘܢ ܠܬܡܢ. ܐܢ ܗܟܝܠ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ ܡܢ ܠܥܠ ܕܟܕ ܒܐܪܥܗ ܗܘܐ ܐܝܣܪܝܠ ܠܐ ܫܠܝܛ ܗܘܐ ܠܗ ܒܟܠ ܐܬܪ ܠܡܕܒܚܘ ܦܨܚܐ ܐܠܐ ܩܕܡ ܚܕ ܡܕܒܚܐ ܒܐܘܪܫܠܡ: ܝܘܡܢܐ ܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܥܒܕ ܐܪܙ ܦܨܚܐ ܕܗܘܐ ܒܝܢ ܥܡܡܐ ܢܘܟܪܝܐ ܡܒܕܪܝܢ. ܡܛܠ ܠܝܬ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ. ܡܣܗܕܐ ܢܒܝܘܬܐ ܗܟܢܐ ܥܠܝܗܘܢ: ܕܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ ܢܬܒܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܕܠܐ ܕܒܚܐ ܘܕܠܐ ܡܕܒܚܐ ܘܕܠܐ ܠܒܫ ܐܦܘܕܐ ܘܣܐܡ ܒܣܡܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗ ܠܐܘܪܫܠܡ: ܕܐܒܛܠ ܚܕܘܬܗ̇ ܘܥܐܕܝܗ̇ ܘܪܝܫ ܝܪܚܝܗ̇ ܘܫܒܬܗ̇. ܘܥܠ ܩܒܘܬܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܥܘܕ ܢܐܡܪܘܢ ܬܘܒ ܩܒܘܬܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܕܡܪܝܐ: ܘܠܐ ܢܬܕܟܪܘܢܗ̇ ܘܠܐ ܬܬܥܒܕ ܬܘܒ. ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܕܠܐ ܢܬܕܟܪܘܢܗ̇ ܘܠܐ ܬܬܥܒܕ ܘܠܐ ܬܣܩ ܥܠ ܠܒܐ: ܠܡܢܐ ܗܘ ܡܡܪܚܝܢ ܠܡܥܒܕܗ̇. ܘܡܘܫܐ ܩܕܡ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ: ܕܐܢܐ ܐܛܢ

comedunt in immunditia inter gentes, sicut de eis dixit Ezechiel quando ostendit ei [Dominus] signum ut manducaret panem suum in immunditia, ille autem rogavit et dixit : *O Domine dominorum! anima mea non est polluta; neque ingressa est in os meum caro immunda*[1]. Et dixit ad Ezechiel : Hoc erit [in] signum : *sic comedent filii Israel panem suum in contaminatione inter gentes in quas dispergam eos*[2]. Si ergo, ut superius dicebam, dum in terra sua erat Israel, non licebat eis ubilibet immolare pascha, sed solummodo ante altare unum in Ierusalem; hodie quomodo possunt mysterium paschatis celebrare, cum sint inter gentes alienas disiecti? Non habent igitur facultatem; et quidem ita de eis testificatur [Deus] per prophetam : *Dies multos sedebunt filii Israel absque sacrificiis et absque altari, absque eo qui ephodum induat atque incensa apponat*[3]. Iterum dixit ad Ierusalem : *Cessare faciam gaudia eius, et sollemnitates eius, et neomenias, et sabbatum eius*[4]. Et de arca testimonii ait : *Non dicent amplius : Arca testimonii Domini; nec recordabuntur illius, nec fiet ultra*[5]. Quoniam ergo dixit : Non recordabuntur illius, nec fiet, neque ascendet ad cor; quare eam audent restituere? Moyses quoque de eis praedixit : *Provocabo eos in populo qui non est popu-*

A] — 20 A ܘܪܝܫ ܝܪܚܗ.

[1] Ezech. IV, 14. — [2] *Ib.* IV, 13. — [3] Os. III, 4. — [4] *Ib.* II, 11. — [5] Ier. III, 16.

lus, et in gente stulta irritabo eos[1]. Nunc abs te requiro, sapiens disputator populi, qui verba legis non intelligis, ostende mihi quando illud completum fuerit, cum scilicet provocavit populum Deus per populum qui non erat populus, et quando per gentem insipientem irritaverit eos? Sed si zelo concitaris per populum gentium, verbum Scripturae ipse comples quod olim tibi Moyses in libro suo consignavit. Et si pascha ubilibet, advena factus ipse, peragis, illud celebras contra praeceptum; etenim conscriptus est adversum vos libellus repudii.

4. Et si non credis, audi Ieremiam prophetam dicentem : *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam; dedi dilectam animae meae in manu inimicorum eius, et avis picta facta est mihi in hereditatem*[2]. Quae est avis illa picta? te interrogo. Avis picta est ecclesia gentium. Et vide quomodo vocet eam pictam : videlicet propterea quod de linguis multis est congregata, et de populis longinquis coacta. Si adhuc non probas gentes hereditatem Dei factas fuisse, audi iterum quid loquatur Ieremias vocans gentes, Israelem autem reprobans. Ait enim : *State super vias, inspicite, et interrogate de semitis mundi, et videte quae sit via optima, et ambulate in ea. Et dixistis : Non ambu-*

ܒܥܡ ܕܠܐ ܥܡ ܘܒܥܡܐ ܣܟܠܐ ܐܪܓܙ
ܐܢܘܢ. ܗܫܐ ܡܢܟ ܡܫܐܠ ܐܢܐ ܐܘ ܕܪܘܫܐ
ܚܟܝܡܐ ܕܥܡܐ ܕܠܐ ܡܣܬܟܠ ܒܡܠܝ
ܢܡܘܣܐ. ܚܘܝܢܝ ܐܡܬܝ ܡܫܬܡܠܝܐ ܗܕܐ
ܕܐܩܢܝ ܐܠܗܐ ܠܥܡܗ ܒܥܡ ܕܠܐ ܥܡ:
ܘܒܥܡܐ ܣܟܠܐ ܐܡܬܝ ܐܪܓܙ ܐܢܘܢ܀
ܐܠܐ ܐܢ ܐܬܛܢܢ ܒܥܡܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ:
ܡܠܬܐ ܕܟܬܒܐ ܡܫܠܡ ܐܢܬ ܕܩܕܡ
ܡܫܐ ܪܫܡ ܠܟ ܒܣܦܪܐ. ܘܐܢ
ܠܡܢ ܦܨܚܐ ܒܐܬܪ ܐܬܪ ܥܒܕ ܐܢܬ ܐܬܬܘܬܒܬ:
ܥܒܪܬ ܦܘܩܕܢܐ ܠܒܪ ܡܢ ܦܘܩܕܢܘܗܝ: ܡܛܠ
ܕܟܬܝܒ ܥܠܝܟܘܢ ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܢܐ܀

ܘܐܠܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ ܫܡܥ ܠܐܪܡܝܐ
ܢܒܝܐ ܕܐܡܪ: ܫܒܩܬ ܒܝܬܝ ܫܒܩܬ
ܝܪܬܘܬܝ ܝܗܒܬ ܚܒܝܒܬܐ ܕܢܦܫܝ ܒܐܝܕܝ
ܒܥܠܕܒܒܝܗ: ܘܗܘܬ ܠܝ ܦܪܚܬܐ ܨܒܝܥܬܐ ܠܝ
ܝܪܬܘܬܝ. ܡܢܐ ܗܝ ܦܪܚܬܐ ܨܒܝܥܬܐ. ܫܐܠ
ܡܫܐܠ ܐܢܐ. ܦܪܚܬܐ ܓܝܪ ܨܒܝܥܬܐ ܐܝܬܝܗ
ܥܕܬܐ ܕܥܡܡܐ. ܚܙܝ ܐܝܟܢܐ ܩܪܐ ܠܗ
ܨܒܝܥܬܐ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܠܫܢܐ ܣܓܝܐܐ
ܡܟܢܫܐ ܘܡܢ ܥܡܡܐ ܪܚܝܩܐ ܡܩܪܒܐ.
ܘܐܠܐ ܐܢ ܡܬܛܦܝܣ ܐܢܬ ܕܗܘܘ ܥܡܡܐ
ܝܪܬܘܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܫܡܥ ܬܘܒ ܐܝܟܢܐ ܐܡܪ
ܐܪܡܝܐ ܟܕ ܩܪܐ ܠܥܡܡܐ ܘܡܣܠܐ
ܠܐܝܣܪܝܠ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܩܘܡܘ ܥܠ
ܐܘܪܚܬܐ ܘܚܙܘ ܘܫܐܠܘ ܥܠ ܫܒܝܠܝ
ܥܠܡܐ: ܘܚܙܘ ܐܝܕܐ ܐܘܪܚܐ ܛܒܬܐ ܘܗܠܟܘ

A] — 2 A om. ܐܢܐ. Ego cum Wright conieci. — 15 A ܒܐܝܕܘܗܝ.

[1] Deut. XXXII, 21. — [2] Ier. XII, 7, 9.

ܒܗ. ܘܐܡܪܘ: ܕܠܐ ܐܙܠܝܢ ܚܢܢ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܐܩܝܡܬ ܥܠܝܟܘܢ ܕܘܩܐ ܕܬܫܡܥܘܢ ܩܠܐ ܕܫܝܦܘܪܐ. ܘܐܡܪܘ: ܕܠܐ ܫܡܥܝܢ ܚܢܢ. ܟܕ ܕܝܢ ܠܐ ܫܡܥܘܗܝ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܐܦܢܝ ܠܗ ܠܘܬ ܥܕܬܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܫܡܥܘ ܥܡܡܐ ܘܕܥܘ ܥܕܬܐ ܕܒܗܘܢ. ܘܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܐܬܕܟܪ ܥܕܬܟ ܕܩܢܝܬ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܫܡܥܘ ܥܡܡܐ ܡܕܡ ܕܥܒܕܬ ܘܕܥܘ ܪ̈ܚܝܩܐ ܓܢܒܪܘܬܝ. ܬܘܒ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܥܠ ܥܕܬܐ ܕܒܥܡܡܐ ܥܬܝܕܐ ܕܬܗܘܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܢܗܘܐ ܒܚܪܬܐ ܕܝܘܡܬܐ ܡܬܩܢ ܛܘܪܐ ܕܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܒܪܝܫ ܛܘܪܐ ܘܪܡ ܡܢ ܪ̈ܡܬܐ: ܘܢܚܙܘܢ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܡܛܠܢܐ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܕܫܡܥܘ ܥܡܡܐ ܡܕܡ ܕܥܒܕܬ ܘܕܥܘ ܪ̈ܚܝܩܐ ܓܢܒܪܘܬܝ: ܐܬܙܝܥܘ ܚܛܝ̈ܐ ܒܨܗܝܘܢ ܘܐܚܝܕܬܐ ܢܦܠܬ ܥܠ ܥܘ̈ܠܐ. ܡܢܐ ܗܝ ܗܕܐ: ܕܡܫܡܥ ܥܒܕܘܗܝ ܕܝܠܗ ܘܡܘܕܥ ܠܪ̈ܚܝܩܐ ܓܢܒܪܘܬܗ ܘܡܙܝܥ ܠܚܛܝ̈ܐ ܒܨܗܝܘܢ ܘܡܪܡܐ ܐܚܝܕܬܐ ܒܥܘ̈ܠܐ. ܗܐ ܐܡܪ ܠܥܡܡܐ ܡܩܪܐ ܒܗܘܢ ܠܥܡܐ: ܘܡܘܕܥ ܠܪ̈ܚܝܩܐ ܓܢܒܪܘܬܗ ܟܕ ܡܝܬܐ ܪܘܓܙܐ ܕܕܝܢܐ ܠܥܡܗ: ܘܡܙܝܥ ܠܚܛܝ̈ܐ ܕܨܗܝܘܢ ܕܡܬܩܪܝܐ ܗܘܬ ܡܕܝܢܬ ܩܘܕܫܐ: ܘܡܪܡܐ ܐܚܝܕܬܐ ܒܥܘ̈ܠܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܢܒ̈ܝܐ

labimus[1]. Iterum ait : *Constitui super vos speculatores, ut vocem tubae audiatis. Et dixerunt : Non audiemus*[2]. Cum ergo filii Israel non audirent eum, ad ecclesiam gentium se convertit. Dixit enim : *Audite, gentes, et cognosce, congregatio quae in eis est*[3]. David quoque dixit : *Memor esto congregationis tuae quam possedisti ab initio*[4]. Et Isaias : *Audite, populi, quae fecerim, et cognoscite, qui longe estis, potentiam meam*[5]. Idem iterum loquitur de ecclesia quae in gentibus est futura, et ait : *Erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium, altior collibus, eumque spectabunt omnes gentes*[6]. Quare dixit Isaias : *Audite, populi, quae fecerim, et cognoscite, qui longe estis, potentiam meam; conterriti sunt in Sion peccatores, et tremor super impios cecidit*[7]? Quid hoc rei est, quod opera sua audienda praebeat, et potentiam suam iis qui longe sunt manifestet, peccatores in Sion conterreat, et impiis immittat timorem? Gentes advocat, ut per eas irritet populum; iis qui longe sunt potentiam suam manifestat, cum adducit iram illius qui iudicabit populum suum; et conterret peccatores Sion, quae vocabatur *civitas Sancti*[8]; formidinem incutit impiis, qui sunt prophetae mendaces, quemadmo-

A]

1 Ier. vi, 16. — 2 *Ib.* vi, 17. — 3 *Ib.* vi, 18. — 4 Ps. lxxiv (lxxiii), 2. — 5 Is. xxxiii, 13. — 6 *Ib.* ii, 2. — 7 *Ib.* xxxiii, 13, 14. — 8 *Ib.* lii, 1.

dum de prophetis Ierosolymae dicit : *Ab eis prodivit impietas in universam terram*[1].

5. Audisti, carissime, quae tibi de illo paschate exposui, cuius mysterium priori populo datum est, veritas autem hodie inter gentes praedicatur. Valde namque simplicium et imperitorum mentes exagitantur de celebratione et observatione magni illius diei sollemnitatis. Porro verus agnus Salvator noster est, [agnus] anniculus, absque macula, ut de ipso dicit propheta : *In eo non est iniquitas, nec dolus inventus est in ore illius; attamen voluit eum Dominus conterere et passioni tradere*[2]. Et eum anniculum nominat, quia [velut] infans erat a peccatis [immunis], sicut ipse discipulis suis dixit : *Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli illi, non intrabitis in regnum caelorum*[3]. Et Isaias dicit de iusto : *Infans qui peccaverit, filius centum annorum, morietur ut maledicatur*[4].

6. Manducavit igitur Salvator noster cum discipulis suis pascha in nocte sacrata diei quarti decimi; et cum discipulis suis signum paschatis in veritate complevit. Postquam enim abiit Iudas ab eis, accepit panem, et benedixit, deditque discipulis suis, et dixit eis : *Hoc est Corpus meum; accipite et comedite ex eo omnes.* Etiam super vinum ita benedixit et dixit eis : *Hic est Sanguis meus, novum testa-*

ܕܢܒܝܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܥܠ ܢܒܝܐ ܕܐܘܪܫܠܡ: ܕܡܢܗܘܢ ܢܦܩܬ ܚܢܦܘܬܐ ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ܀

ܫܡܥܬ ܚܒܝܒܝ ܥܠ ܦܨܚܐ ܗܢܐ ܕܐܡܪܬ ܠܟ ܕܐܬܝܗܒ ܐܪܙܗ ܠܥܡܐ ܩܕܡܝܐ ܘܫܪܪܗ ܡܬܟܪܙ ܝܘܡܢܐ ܒܥܡܡܐ. ܣܓܝ ܓܝܪ ܡܬܕܘܕܝܢ ܪܥܝܢܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܦܫܝܛܐ ܘܗܕܝܘܛܐ ܥܠ ܗܢܐ ܝܘܡܐ ܪܒܐ ܕܥܐܕܐ: ܕܐܝܟܢܐ ܠܗܘܢ ܢܥܒܕܘܢ ܘܢܛܪܘܢ. ܐܡܪܐ ܓܝܪ ܕܫܪܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܦܪܘܩܢ: ܒܪ ܫܢܬܐ ܕܠܝܬ ܒܗ ܡܘܡܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܥܠܘܗܝ ܢܒܝܐ: ܕܠܝܬ ܒܗ ܥܘܠܐ ܐܦ ܠܐ ܢܟܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܦܘܡܗ: ܐܠܐ ܡܪܝܐ ܨܒܐ ܕܢܡܟܟܝܘܗܝ ܘܢܚܫܝܘܗܝ. ܘܩܪܝܗܝ ܒܪ ܫܢܬܐ: ܡܛܠ ܕܛܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܚܛܗܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܕܐܠܐ ܬܬܦܢܘܢ ܘܬܗܘܘܢ ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܛܠܝܐ ܠܐ ܬܥܠܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ ܥܠ ܙܕܝܩܐ: ܕܛܠܝܐ ܕܚܛܐ ܒܪ ܡܐܐ ܫܢܝܢ ܢܡܘܬ ܕܢܬܠܛܛ܀

ܐܟܠ ܗܟܝܠ ܦܪܘܩܢ ܦܨܚܐ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܒܠܠܝܐ ܕܢܛܪܐ ܕܐܪܒܥܣܪܐ. ܘܐܬܐ ܕܦܨܚܐ ܒܫܪܪܐ ܥܒܕ ܥܡܗܘܢ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܒܬܪ ܕܢܦܩ ܝܗܘܕܐ ܡܢ ܠܘܬܗܘܢ ܢܣܒ ܠܚܡܐ ܘܒܪܟ ܘܝܗܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܗܢܘ ܦܓܪܝ: ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ. ܘܐܦ ܥܠ ܚܡܪܐ ܗܟܢܐ ܒܪܟ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܗܢܘ ܕܡܝ

A] — 7 A ܕܒܥܡܐ.

[1] Ier. XXIII, 15. — [2] Is. LIII, 9, 10. — [3] Matth. XVIII, 3. — [4] Is. LXV, 20.

ܕܝܬܝܩܐ ܚܕܬܐ ܕܚܠܦ ܣܓܝܐܐ
ܡܫܬܐܕ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ: ܗܟܢܐ
ܗܘܝܬܘܢ ܥܒܕܝܢ ܠܕܘܟܪܢܝ
ܐܡܬܝ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܥܕܠܐ
ܢܬܐܚܕ ܡܪܢ. ܘܟܕ ܐܡܪ ܗܠܝܢ
ܩܡ ܡܢ ܬܡܢ ܕܥܒܕ ܦܨܚܐ ܘܝܗܒ
ܦܓܪܗ ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܘܕܡܗ ܠܡܫܬܝܐ:
ܘܐܙܠ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܠܗܝ ܕܘܟܬܐ
ܕܐܬܬܐܚܕ ܒܗ. ܡܢ ܕܝܢ ܕܐܟܠ ܦܓܪܗ
ܘܫܬܐ ܕܡܗ ܐܬܚܫܒ ܠܗ ܥܡ ܡܝܬܐ.
ܡܪܢ ܒܐܝܕܘܗܝ ܢܦܫܗ ܦܓܪܗ ܝܗܒ
ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܘܥܕ ܠܐ ܢܙܕܩܦ ܝܗܒ
ܕܡܗ ܠܡܫܬܝܐ ܘܐܬܬܐܚܕ ܒܠܠܝܐ
ܕܐܪܒܥܣܪܐ ܘܐܬܕܝܢ ܥܕܡܐ ܠܫܬ
ܫܥܝܢ: ܘܒܥܕܢܐ ܕܫܬ ܫܥܝܢ
ܚܝܒܘܗܝ ܘܐܩܝܡܘ ܙܩܝܦܘܗܝ ܟܕ ܕܐܢܝܢ
ܠܗ ܗܘܘ ܠܐ ܡܠܠ ܘܦܬܓܡ ܚܕ ܠܐ
ܝܗܒ ܠܕܝܢܘܗܝ. ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܕܢܡܠܠ ܘܢܬܠ ܦܬܓܡܐ: ܐܠܐ ܠܐ ܡܫܟܚܢܐ
ܗܘܐ ܠܗܘ ܕܥܡ ܡܝܬܐ ܡܬܚܫܒ
ܢܡܠܠ. ܘܡܢ ܫܬ ܫܥܝܢ ܠܬܫܥ ܗܘܐ
ܠܗ ܚܫܘܟܐ: ܘܐܫܠܡ ܪܘܚܗ ܠܐܒܘܗܝ
ܠܬܫܥ ܫܥܝܢ: ܘܗܘܐ ܥܡ ܡܝܬܐ

mentum, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Similiter facite in meam commemorationem, quando congregabimini[1]. Porro nondum comprehensus fuerat Dominus. Hisque dictis, surrexit e loco ubi pascha fecerat et Corpus suum in escam dederat, Sanguinemque in potum, et ivit cum discipulis suis ad locum ubi comprehensus est. Qui autem corpus suum manducavit, et bibit suum sanguinem[2], cum mortuis reputatur. Dominus autem suismet manibus Corpus suum praebuit manducandum, et priusquam crucifigeretur Sanguinem suum potandum dedit. Captus est nocte decima quarta, et usque ad horam sextam iudicatus est, et tempore sextae horae condemnaverunt illum et in crucem erexerunt. Cum vero eum iudicarent, nil locutus est, neque ullum verbum iudicantibus se protulit. Loqui utique poterat et responsum dare; at impossibile erat eum qui cum mortuis reputabatur loqui. A sexta hora ad nonam usque, tenebrae factae sunt, et spiritum suum Patri hora nona commendavit, et cum mortuis fuit ea nocte

A] — 8 A ܠܗ [ܥܡ. Ego ܥܡ conieci.

[1] Matth. XXVI, 26, 28. Luc. XXII, 19, 20. Tatian. XLV, p. 80. Formulam liturgicam in Praefatione § 14 dixi hic ab Aphraate referri. W. Wright iudicaverat supplendum ܕ ante ܕܝܠܝ, ut communior lectio restitueretur : *Hic est Sanguis meus novi testamenti.* At codicis nostri scripturae favent nonnullae liturgiae (Vid. *Anaphoram duodecim apostolorum*. Cod. syr. Paris. 71, fol. 133 *b*) : sed in primis textus Evangelii Tatiani arabici XLV. Matth. XXVI, 28. Tatian. pp. 180-181 et 80), ac tandem versio armeniaca : Այս արիւն իմ, նոր կտակարանք. *Hic Sanguis meus novum testamentum* (Antonelli, p. 342). — [2] Vid. Praef. § 12.

qua dies decimus quintus illuxit, nocte nempe sabbati, et toto illo die, cum tribus horis parasceves. Et nocte qua illuxit prima sabbati, eadem hora qua Corpus et Sanguinem suum dederat discipulis, a mortuis surrexit.

7. Iam vero nobis ostende, sapiens, qui sint hi tres dies tresque noctes quibus Salvator noster apud mortuos versatus est? Videmus quidem tres horas in parasceve, noctem qua illuxit sabbatum, totumque diem illum sabbati; et nocte primae sabbati surrexit. Mihi ergo constitue hice tres dies et tres noctes ubinam sint. Nam per diem et noctem integros [tantummodo], videtur ibi mansisse; re autem vera, sicut Salvator dixit : *Sicut fuit Ionas filius Amathi in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, ita erit Filius hominis in corde terrae*[1]. Siquidem a tempore quo dedit Corpus suum in escam et Sanguinem suum in potum, tres dies et tres noctes veniunt. Noctis enim erat tempus quando exivit Iudas ab eis, et undecim discipuli Corpus Salvatoris manducaverunt Sanguinemque biberunt; en igitur noctem unam, eam in qua parasceve illuxit. Et usque ad horam sextam eum iudicaverunt; en ergo diem unum et noctem unam. Et tres horae quibus tenebrae factae sunt, nempe a sexta hora

ܕܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܚܡܫܬܥܣܪ ܒܠܠܝܐ ܕܫܒܬܐ ܘܟܠܗ ܝܘܡܐ ܘܬܠܬ ܫܥܝܢ ܕܥܪܘܒܬܐ: ܘܒܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܚܕܒܫܒܐ ܒܗܝ ܫܥܬܐ ܕܝܗܒ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ܀

ܡܚܘܐ ܠܢ ܗܟܝܠ ܚܟܝܡܐ. ܐܝܢܘܢ ܐܢܘܢ ܗܠܝܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܬܠܬ ܠܠܘܢ ܕܗܘܐ ܦܪܘܩܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܕܗܐ ܚܙܝܢ ܚܢܢ ܕܬܠܬ ܫܥܝܢ ܕܥܪܘܒܬܐ: ܘܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܫܒܬܐ: ܘܝܘܡܐ ܟܠܗ: ܘܒܠܠܝܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܩܡ ܠܗ. ܚܘܝܢ ܐܝܢܘܢ ܠܝ ܗܠܝܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܬܠܬ ܠܠܘܢ ܐܝܟܢܐ ܐܢܘܢ. ܕܗܐ ܝܘܡܐ ܘܠܠܝܐ ܓܡܝܪ ܡܬܚܙܝܢ ܗܘܐ ܐܠܐ ܒܫܪܪܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܦܪܘܩܢ: ܕܐܝܟ ܕܗܘܐ ܝܘܢܢ ܒܪ ܡܬܝ ܒܟܪܣܗ ܕܢܘܢܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܬܠܬ ܠܠܘܢ: ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܒܠܒܗ ܕܐܪܥܐ. ܡܢ ܟܕ ܓܝܪ ܝܗܒ ܦܓܪܗ ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܘܕܡܗ ܠܡܫܬܝܬܐ ܗܘܝܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܬܠܬ ܠܠܘܢ. ܠܠܝܐ ܓܝܪ ܗܘܐ ܟܕ ܢܦܩ ܝܗܘܕܐ ܡܢ ܠܘܬܗܘܢ ܘܐܟܠܘ ܚܕܥܣܪ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܦܓܪܗ ܕܦܪܘܩܢ ܘܐܫܬܝܘ ܕܡܗ: ܗܐ ܡܚܘܐ ܚܕ ܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܥܪܘܒܬܐ. ܘܥܕܡܐ ܠܫܬ ܫܥܝܢ ܕܐܬܕܝܢ: ܗܐ ܡܚܘܐ ܝܘܡܐ ܚܕ ܘܠܠܝܐ ܚܕ. ܘܬܠܬ ܫܥܝܢ ܕܗܘܐ ܚܫܘܟܐ ܕܡܢ ܫܬ ܫܥܝܢ ܠܬܫܥ:

A] — 17 A ܕܐܢܫܐ secunda manu additum.

[1] Matth. xii, 40. ܒܪ ܡܬܝ *filius Matthaei* dicitur, loco nominis hebraici בֶּן אֲמִתַּי *filius Amathi*.

ܘܬܠܬ ܫܥܝܢ ܕܒܬܪ ܚܫܘܟܐ: ܗܐ ܬܪܝܢ
ܝܘܡܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܠܠܘܬܐ. ܘܠܠܝܐ ܫܠܡܐ
ܕܢܓܗ ܫܒܬܐ ܘܝܘܡܐ ܟܠܗ ܕܫܒܬܐ.
ܫܠܡܘ ܠܗ ܠܡܪܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ
ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܬܠܬ ܠܠܘܬܐ:
ܘܒܠܠܝܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܩܡ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬ
ܡܝܬܐ܀

ܦܨܚܐ ܕܝܢ ܕܝܗܘܕܝܐ ܝܘܡܐ ܗܘ
ܕܐܪܒܥܣܪ ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ: ܘܕܝܠܢ
ܝܘܡܐ ܕܚܫܐ ܪܒܐ ܝܘܡܐ ܗܘ ܕܥܪܘܒܬܐ
ܝܘܡܐ ܕܚܡܫܬܥܣܪ ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ.
ܘܡܢ ܒܬܪ ܦܨܚܐ ܐܟܠ ܐܝܣܪܝܠ
ܦܛܝܪܐ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ ܕܡܛܐ ܠܥܣܪܝܢ
ܘܚܕ ܒܝܪܚܐ: ܘܚܢܢ ܢܛܪܝܢ ܚܢܢ
ܦܛܝܪܐ ܥܐܕܗ ܕܦܪܘܩܢ. ܗܢܘܢ ܐܟܠܝܢ
ܦܛܝܪܐ ܒܡܪܪܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܐܫܬܝ ܠܟܣܐ
ܗܘ ܕܡܪܪܐ ܘܫܩܠܗ ܠܟܠܗ ܡܪܝܪܘܬܐ
ܕܥܡܡܐ ܟܕ ܛܥܡ ܘܠܐ ܨܒܐ ܠܡܫܬܝܗ.
ܝܗܘܕܝܐ ܕܝܢ ܡܥܗܕܝܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܫܢܬܐܝܬ
ܡܢ ܫܢܬ ܠܫܢܬ: ܘܚܢܢ ܡܥܗܕܝܢܢ
ܚܢܢ ܠܙܩܝܦܘܬܗ ܘܚܣܕܘܗܝ ܕܦܪܘܩܢ. ܗܢܘܢ
ܕܝܢ ܒܦܨܚܐ ܢܦܩܘ ܡܢ ܫܥܒܘܕܗ
ܕܦܪܥܘܢ: ܘܚܢܢ ܒܝܘܡ ܙܩܝܦܘܬܐ
ܐܬܦܪܩܢ ܡܢ ܫܥܒܘܕܗ ܕܣܛܢܐ. ܗܢܘܢ
ܢܟܣܘ ܐܡܪܐ ܡܢ ܥܢܐ ܘܒܕܡܗ
ܐܬܦܨܝܘ ܡܢ ܡܚܒܠܢܐ: ܘܚܢܢ ܒܕܡܗ
ܕܒܪܐ ܓܒܝܐ ܐܬܦܨܝܢ ܡܢ ܥܒܕܐ

A]

usque ad nonam, et tres horae post tenebras, efficiunt duos dies et duas noctes. Tandem post noctem integram qua sabbatum illuxit, totamque diem sabbati, completi sunt Domino inter mortuos tres dies et tres noctes; nocte enim primae sabbati a mortuis surrexit.

8. Iudaeorum pascha hoc die decimo quarto [agitur], nocte videlicet et die iunctis; nostrum vero in die sollemni passionis, qui est parasceve, decimus quintus scilicet, nox et dies. Israel post pascha azymum manducat per dies septem, usque ad vigesimam-primam mensis[1]; nos etiam azymos observamus, sollemnitatem Salvatoris nostri. Illi azymum in amaritudine comedunt; calicem autem hunc amaritudinis Salvator respuit, et omnem gentium acerbitatem sustulit, quando gustavit et noluit bibere. Iudaei peccatorum suorum annuis vicibus recordationem faciunt[2]; nos vero Salvatoris nostri crucifixionem et opprobria commemoramus. Illi in paschate servitutem effugerunt Pharaonis; nos in die crucifixionis a Satanae captivitate redempti sumus. Illi agnum de ovibus mactaverunt, eiusque sanguine a vastatore servati sunt; nos Filii electi sanguine exempti sumus ab operibus corruptionis

[1] Ex. XII, 18. — [2] Hebr. X, 3. Levit. XVI, 21.

quae agebamus. Moysen obtinuerunt rectorem; nos ducem et Salvatorem habemus Iesum. Illis Moyses divisit mare, eosque transire fecit; Salvator noster aperuit infernum, portas eius confregit, quando ad interiora eius penetrans illas aperuit, et viam ante omnes qui in eum essent credituri calcavit. Illis in escam data est manna; nobis dedit Dominus Corpus suum quod manducemus. Illis eduxit aquam de petra; nobis aquas vivas Salvator de ventre suo fluere fecit[1]. Illis promisit terram Chananaeorum in hereditatem; terram vitae nobis pollicitus est se daturum. Illis Moyses serpentem aeneum suspendit, quem qui aspexissent a plaga serpentium sanarentur; nobis seipsum Iesus adfixit [cruci], ut in ipsum intuentes effugeremus plagas serpentis, qui est Satanas. Illis constituit Moyses tabernaculum foederis, quo sacrificia et oblationes admoverent, quibus a peccatis suis expiarentur; Iesus restituit tabernaculum Davidis, quod ceciderat et suscitatum est. Ipse enim Iudaeis dixit : *Templum istud quod videtis, cum solveritis, tribus diebus reaedificabo illud*[2]. Et intellexerunt discipuli eius de suo corpore eum loqui, quod cum solvissent post tres dies erat suscitaturus. In tabernaculo isto vitam nobis pollicitus est, in

ܐܣܟܠܐ ܕܥܒܕܝܢ ܗܘܝܢ. ܠܗܘܢ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܘܫܐ ܡܕܒܪܢܐ: ܘܠܢ ܗܘܐ ܠܢ ܝܫܘܥ ܗܕܝܐ ܘܦܪܘܩܐ. ܠܗܘܢ ܦܠܓ ܡܘܫܐ ܝܡܐ ܘܐܥܒܪ ܐܢܘܢ: ܘܦܪܘܩܢ ܦܬܚܗ ܠܫܝܘܠ ܘܬܒܪ ܠܬܪܥܝܗ ܟܕ ܥܠ ܠܓܘܗ ܘܦܬܚ ܐܢܘܢ ܘܕܫ ܐܘܪܚܐ ܩܕܡ ܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ. ܠܗܘܢ ܐܬܝܗܒ ܡܢܢܐ ܠܡܐܟܘܠܬܐ: ܘܠܢ ܝܗܒ ܡܪܢ ܦܓܪܗ ܕܢܐܟܘܠ. ܠܗܘܢ ܐܦܩ ܡܝܐ ܡܢ ܟܐܦܐ: ܘܠܢ ܐܪܕܝ ܦܪܘܩܢ ܡܝܐ ܚܝܐ ܡܢ ܟܪܣܗ. ܠܗܘܢ ܡܠܟ ܐܪܥܐ ܕܟܢܥܢܝܐ ܝܪܬܘܬܐ: ܘܠܢ ܡܠܟ ܐܪܥܐ ܕܚܝܐ ܠܡܬܠ ܠܢ. ܠܗܘܢ ܙܩܦ ܡܘܫܐ ܚܘܝܐ ܕܢܚܫܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܚܙܐ ܠܗ ܚܝܐ ܡܢ ܡܚܘܬܐ ܕܚܘܝܐ: ܘܠܢ ܙܩܦ ܢܦܫܗ ܝܫܘܥ ܕܟܕ ܚܝܪܝܢ ܒܗ ܢܬܦܨܐ ܡܢ ܡܚܘܬܗ ܕܚܘܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܣܛܢܐ. ܠܗܘܢ ܥܒܕ ܡܘܫܐ ܡܫܟܢ ܙܒܢܐ ܕܢܩܪܒܘܢ ܒܗ ܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܕܢܬܚܣܘܢ ܡܢ ܚܛܗܝܗܘܢ: ܘܝܫܘܥ ܐܩܝܡ ܡܫܟܢܗ ܕܕܘܝܕ ܕܢܦܠ ܘܩܡ. ܘܐܡܪ ܗܘ ܐܡܪ ܠܝܗܘܕܝܐ: ܕܗܝܟܠܐ ܗܢܐ ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܕ ܬܣܬܪܘܢܝܗܝ: ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܐܢܐ ܐܩܝܡܝܘܗܝ. ܘܐܣܬܟܠܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܥܠ ܦܓܪܗ ܗܘ ܐܡܪ ܕܟܕ ܢܫܪܘܢܝܗܝ ܡܩܝܡ ܠܗ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܒܗ ܒܡܫܟܢܐ ܡܠܟ ܠܢ ܚܝܐ ܘܒܗ

A]

[1] Ioh. vii, 38. — [2] *Ib.* ii, 19.

ܡܫܬܒܩܝܢ ܚܛܗܝܢ. ܕܝܠܗܘܢ ܡܫܟܢܗܘܢ ܡܥܡܪܐ ܙܒܢܝܐ ܩܪܐ ܠܗ ܕܒܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ ܡܫܡܫ ܗܘܐ: ܘܕܝܠܢ ܗܝܟܠܐ ܕܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܕܠܥܠܡ ܀

ܐܠܐ ܫܡܥ ܚܒܝܒܝ ܥܠ ܗܘ ܐܡܪܐ ܕܦܨܚܐ ܐܝܟܢܐ ܦܩܕ ܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܒܒܝܬܐ ܚܕ ܢܬܐܟܠ ܘܠܐ ܒܒܬܐ ܣܓܝܐܐ. ܒܝܬܐ ܚܕ ܥܕܬܐ ܗܝ ܕܐܠܗܐ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ: ܕܠܐ ܢܐܟܠܘܢ ܡܢܗ ܐܓܝܪܐ ܘܬܘܬܒܐ. ܘܡܢ ܐܢܘܢ ܐܓܝܪܐ ܘܬܘܬܒܐ܇ ܐܠܐ ܐܢ ܡܠܦܢܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܠܗܘܢ ܠܡܐܟܠ ܡܢ ܦܨܚܐ: ܕܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܦܪܘܩܢ: ܕܐܓܝܪܐ ܐܝܢܐ ܕܠܐ ܗܘܝ ܕܝܠܗ ܥܢܐ ܡܐ ܕܚܙܐ ܕܐܒܐ ܕܐܬܐ ܫܒܩ ܠܗ ܠܥܢܐ ܘܥܪܩ. ܘܐܡܪ ܕܠܐ ܬܐܟܠܘܢ ܡܢܗ ܟܕ ܚܝ ܐܦܠܐ ܟܕ ܡܒܫܠ ܡܒܫܠ ܒܡܝܐ. ܗܕܐ ܝܕܝܥܐ ܗܝ ܘܡܦܫܩܐ ܕܗܘ ܩܘܪܒܢܐ ܕܡܬܩܪܒ ܒܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ ܒܢܘܪܐ ܗܘ ܡܛܘܝܢ ܠܗ ܘܠܐ ܡܒܫܠܐ ܡܒܫܠܝܢ ܠܗ ܘܠܐ ܟܕ ܚܝ ܡܬܩܪܒ. ܘܐܡܪ ܕܗܟܢܐ ܬܐܟܠܘܢܝܗܝ ܟܕ ܚܪܝܨܝܢ ܚܨܝܟܘܢ ܘܡܣܐܢܝܟܘܢ ܒܪܓܠܝܟܘܢ ܘܫܒܛܝܟܘܢ ܒܐܝܕܝܟܘܢ. ܪܡܝܢ ܐܪ̈ܙܐ ܗܠܝܢ ܛܒ: ܡܢ ܕܨܒܐ ܓܝܪ ܡܢ ܐܡܪܐ ܕܫܪܪܐ ܡܫܝܚܐ ܢܐܟܘܠ ܢܚܙܩ ܚܨܘܗܝ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܡܣܐܢ ܠܗܘܢ ܠܪ̈ܓܠܘܗܝ ܒܛܘܝܒܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܐܚܕ

eoque peccata nostra expiantur. Eorum tabernaculum appellavit habitationem temporalem, quoniam per breve tempus usum praebuit; nostrum autem [vocavit] templum Spiritus sancti [1], in aeternum.

9. Nunc autem audi, carissime, de illo agno paschatis, quomodo praeceperit Sanctissimus ut in una domo, non in domibus plurimis manducaretur. Domus illa unica Ecclesia Dei est. Rursus ait : *Mercenarii et advenae ex eo non comedent* [2]. Qui sunt hi mercernarii et advenae? nisi diabolicorum dogmatum [sectatores] quibus non licet pascha manducare. De ipsis ait Salvator : *Mercenarius ille, cuius non sunt oves propriae, ut videt lupum venientem, dimittit oves et fugit* [3]. Dixit deinde : *Non comedetis ex eo crudum quid, neve decoctum aqua* [4]. Notum manifestumque est sacrificium illud quod in ecclesia Dei adhibetur, igni assari, non vero elixari aqua, nec crudum offerri. Iterum dixit : *Ita comedetis eum : lumbos vestros succingetis, calceamenta habebitis in pedibus, et baculos in manibus* [5]. Mysteria haec valde sublimia sunt. Enimvero qui vult de agno veritatis Christo manducare, lumbos suos succingat fide, pedes suos calciet praeparatione Evangelii, manuque apprehendat gladium Spiritus, quod est

A] — 10 A ܘܬܘܬܒܐ.

[1] Cf. I Cor. III, 16; VI, 19. — [2] Ex. XII, 45. — [3] Ioh. X, 12. — [4] Ex. XII, 9. — [5] *Ib.* XII, 11.

Verbum Dei[1]. Dixit adhuc : *Os non comminuetur in eo*[2]. Hoc completum est die illo crucifixionis, quando eorum crura fregerunt qui cruci fixi erant cum eo, ipsius autem [crura] non confregerunt; et addit : *Ut verbum Scripturae impleretur : Os non comminuetur in eo*[3]. Dixit quoque : *Servus emptus pecunia, quando circumcisa fuerit caro praeputii eius, tunc de paschate comedet*[4]. Servus emptus homo peccator est, qui resipuit, ac sanguine Christi redemptus est; et ubi cor suum ab operibus malis circumcidit, tunc procedit ad baptismum, consummationem circumcisionis verae; populo Dei coniungitur, Corpusque et Sanguinem Christi participat. Quod etiam dixit : *Comedite eum festinanter*[5], hoc quoque in Ecclesia Dei observatur. Manducant enim agnum festinanter, in timore et tremore, pedibus insistentes, quoniam properant vitam manducare e dono Spiritus quem acceperunt.

10. Baptizatus est autem Israel in medio mari hac paschatis nocte, in die salvationis; et Salvator noster etiam pedes lavit discipulorum suorum nocte paschatis, quod est sacramentum baptismi. Noveris etenim, carissime, Salvatorem nocte illa dedisse baptismum ve-

ܒܐܪܝܬܗ ܣܝܦܐ ܕܪܘܚܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ: ܕܓܪܡܐ ܠܐ ܢܬܒܪ ܒܗ. ܘܗܕܐ ܐܫܬܠܡܬ ܒܗܘ ܝܘܡܐ ܕܙܩܝܦܘܬܗ: ܟܕ ܬܒܪܘ ܫܩܝܗܘܢ ܕܗܢܘܢ ܕܐܙܕܩܦܘ ܥܡܗ ܘܕܝܠܗ ܠܐ ܬܒܪܘ. ܘܐܡܪ ܕܬܫܬܠܡ ܡܠܬܐ ܕܟܬܝܒܐ: ܕܓܪܡܐ ܠܐ ܢܬܒܪ ܒܗ. ܘܐܡܪ ܕܥܒܕܐ ܙܒܝܢ ܟܣܦܐ ܟܕ ܓܙܝܪ ܒܣܪܐ ܕܥܘܪܠܘܬܗ ܗܝܕܝܢ ܢܐܟܘܠ ܡܢ ܦܨܚܐ. ܥܒܕܐ ܕܝܢ ܙܒܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܢܫܐ ܚܛܝܐ ܕܬܐܒ ܘܐܙܕܒܢ ܒܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܘܡܐ ܕܓܙܪ ܠܒܗ ܡܢ ܥܒܕܐ ܒܝܫܐ ܗܝܕܝܢ ܩܪܒ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܫܘܡܠܝܐ ܕܓܙܘܪܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܘܡܬܠܘܐ ܥܡ ܥܡܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܬܘܬܦ ܒܦܓܪܗ ܘܒܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܕܐܡܪ ܕܐܟܠܘܗܝ ܒܣܘܪܗܒܐܝܬ: ܗܕܐ ܕܝܢ ܒܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܫܬܡܪܐ: ܕܐܟܠܝܢ ܠܗ ܠܐܡܪܐ ܒܣܘܪܗܒܐܝܬ ܒܕܚܠܬܐ ܘܒܙܘܥܬܐ ܟܕ ܩܝܡܝܢ ܥܠ ܪܓܠܝܗܘܢ ܡܛܠ ܕܡܣܘܪܗܒܝܢ ܐܝܟ ܠܡܐܟܠ ܚܝܐ ܡܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܢܣܒܘ܀

ܥܡܕ ܕܝܢ ܐܝܣܪܝܠ ܒܓܘ ܝܡܐ ܒܗܘ ܠܠܝܐ ܕܦܨܚܐ ܒܝܘܡܐ ܕܦܘܪܩܢܐ: ܘܐܫܝܓ ܦܪܘܩܢ ܪܓܠܝ ܕܬܠܡܝܕܘܗܝ ܒܠܠܝܐ ܕܦܨܚܐ ܐܪܙܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ. ܘܬܕܥ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܕܒܗܘ ܠܠܝܐ ܝܗܒ ܗܘܐ ܦܪܘܩܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܫܪܪܐ

A] — 3 A ܒܗܕܐ. Ego cum Wright ܘܗܕܐ conieci.

[1] Eph. VI, 15-17. — [2] Ex. XII, 46. — [3] Ioh. XIX, 36. — [4] Ex. XII, 44. — [5] *Ib.* XII, 11.

ܡܛܠ ܕܥܕܡܐ ܕܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܡܬܗܦܟ ܗܘܐ ܗܘ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܢܡܘܣܐ ܕܟܗܢܐ ܡܥܡܕܝܢ ܗܘܘ: ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܝܘܚܢܢ: ܕܬܘܒܘ ܡܢ ܚܛܗܝܟܘܢ ܡܟܝܠ ܒܗܘ ܠܠܝܐ ܚܘܝ ܐܢܘܢ ܐܪܙܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܚܫܐ ܕܡܘܬܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܬܩܒܪܬܘܢ ܥܡܗ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܡܘܬܐ ܘܩܡܬܘܢ ܥܡܗ ܒܚܝܠܐ ܕܐܠܗܐ. ܕܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܝܘܚܢܢ ܠܐ ܗܘܬ ܠܫܘܒܩܢ ܚܛܗܐ ܐܠܐ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܘܦܪܟܣܝܣ ܕܝܢ ܕܬܪܥܣܪ ܫܠܝܚܐ ܡܟܪܙܐ ܥܠ ܗܕܐ ܟܕ ܡܫܐܠܝܢ ܬܠܡܝܕܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܩܪܝܘ ܡܢ ܥܡܡܐ ܘܡܢ ܐܝܣܪܝܠ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܠܗܘܢ: ܕܐܬܥܡܕܬܘܢ. ܘܐܡܪܘ: ܕܐܬܥܡܕܢ ܒܡܥܡܘܕܝܬܗ ܕܝܘܚܢܢ. ܗܝܕܝܢ ܐܥܡܕܘ ܐܢܘܢ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܫܪܪܐ ܐܪܙܐ ܕܚܫܗ ܕܦܪܘܩܢ. ܘܐܦ ܦܪܘܩܢ ܣܗܕ ܥܠ ܗܕܐ ܟܕ ܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܕܝܘܚܢܢ ܐܥܡܕ ܒܡܝܐ: ܘܐܢܬܘܢ ܬܥܡܕܘܢ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܟܕ ܢܣܒ ܕܝܢ ܦܪܘܩܢ ܡܝܐ ܘܐܪܡܝ ܒܟܠܢܐ ܕܫܝܓܬܐ ܘܢܣܒ ܣܘܕܪܐ ܐܣܪ ܚܨܘܗܝ ܘܫܪܝ ܡܫܝܓ ܪܓܠܐ ܕܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܟܕ ܡܛܐ ܠܘܬ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܐܡܪ ܠܗ. ܐܢܬ ܡܪܝ ܫܐܓ ܐܢܬ ܪܓܠܝ ܐܢܬ ܠܝ. ܠܥܠܡ ܠܐ ܪܓܠܝ ܐܢܬ ܠܝ ܫܐܓ. ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ: ܐܠܐ ܪܓܠܝܟ ܐܢܐ ܠܟ ܠܝܬ ܠܟ ܥܡܝ ܡܢܬܐ. ܐܡܪ ܠܗ

ritatis. Nam quamdiu cum discipulis conversatus est, baptismus legis quo sacerdotes baptizabant erat baptismus ille de quo dicebat Iohannes : *Paenitentiam agite a peccatis vestris*[1]. At in ea nocte manifestavit eis sacramentum baptismi passionis mortis suae, sicuti dixit Apostolus : *Consepulti estis ei per baptismum in mortem, et cum eo surrexistis per virtutem Dei*[2]. Scito igitur, amice, baptismum Iohannis nihil valuisse ad remissionem peccatorum, sed [tantum] ad paenitentiam. Id autem Acta duodecim apostolorum proclamant. Cum interrogarent discipuli eos qui vocati fuerant de gentibus et de Israel, eisque dicerent : Num baptizati estis? et responderent : Baptizati sumus Iohannis baptismate; tunc baptizaverunt eos baptismate veritatis, sacramento passionis Salvatoris nostri[3]. De hoc etiam dedit Salvator testimonium, cum dixit discipulis suis : *Iohannes baptizavit aqua; vos autem baptizabimini Spiritu sancto*[4]. Et quando sumpsit Salvator aquam et in pelvim lavationis infudit, acceptamque sindonem lumbis circumdedit, et coepit lavare pedes discipulorum suorum, cum venisset ad Simonem Petrum, is ei dixit : *Tu, Domine, mihi lavas pedes? Non lavabis mihi pedes in aeternum. Respondit autem*

A]

[1] Matth. III, 2. — [2] Rom. VI, 3, 4. Col. II, 12. — [3] Vid. Act. XIX, 3, seqq. — [4] Act. I, 5.

ei Iesus : Nisi lavero te, non habebis partem mecum. Dixit ei Simon : Ergo, Domine, non tantum pedes mihi lavabis, sed etiam manus et caput : Dixit ei Iesus : Qui lautus est non indiget nisi ut pedes tantummodo lavet. Cum autem lavisset pedes discipulorum suorum, accepit vestimenta sua et recubuit, et ait eis : Ecce vocatis me : Magister et Domine. Sum etenim. Si ego Magister vester et Dominus lavi vobis pedes, quanto magis debetis vos alter alterius lavare pedes! Hoc exemplum dedi vobis ut quemadmodum feci, ita faciatis[1]. Et postquam lavit pedes eorum et recubuit, dedit eis Corpus et Sanguinem suum. Secus autem [populus] Israel; qui postquam pascha manducaverunt, baptizati sunt in nube et in mari, ut dixit Apostolus : *Patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt*[2].

11. Pauca illa adhortationis verba ad te scripsi, tanquam defensionem adversum Iudaeos, quod solitum paschatis festum praeter legem et absque licentia celebrent, cistamque et arcam foederis absque potestate restituant, non intelligentes verba prophetae : *Non dicent amplius : Arca testamenti Domini, neque ascendet ad cor, nec recordabuntur illius, nec visitabunt eam, nec fiet ultra*[3]. Quia ergo

ܫܡܥܘܢ: ܡܟܝܠ ܡܪܝ ܠܐ ܪ̈ܓܠܝ ܒܠܚܘܕ ܬܫܝܓ ܠܝ ܐܠܐ ܐܦ ܐܝ̈ܕܝ ܐܦ ܪܫܝ. ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ: ܡܢ ܕܣܚܐ ܗܘ ܠܐ ܣܢܝܩ ܐܠܐ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܒܠܚܘܕ ܢܫܝܓ. ܘܟܕ ܐܫܝܓ ܪ̈ܓܠܐ ܕܬܠܡܝܕܘܗܝ ܢܣܒ ܢܚ̈ܬܘܗܝ ܘܐܣܬܡܟ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܗܐ ܩܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ: ܪܒܢ ܘܡܪܢ. ܘܐܝܬܝ. ܐܢ ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܪܒܟܘܢ ܘܡܪܟܘܢ ܪ̈ܓܠܝܟܘܢ ܐܫܝܓܬ ܐܢܐ ܠܟܘܢ: ܟܡܐ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܠܟܘܢ ܕܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ ܡܫܝܓܝܢ ܪ̈ܓܠܐ ܚܕ ܕܚܕ. ܗܢܐ ܛܘܦܣܐ ܝܗܒܬ ܠܟܘܢ ܕܐܝܟ ܕܥܒܕܬ ܗܟܢܐ ܬܥܒܕܘܢ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܫܝܓ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܘܐܣܬܡܟ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ. ܘܠܐ ܐܝܟ ܐܝܣܪܝܠ ܕܡܢ ܒܬܪ ܦܨܚܐ ܕܐܟܠܘ ܥܡܕܘ ܒܥܢܢܐ ܘܒܝܡܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܒܗܝܢ ܟܠܗܘܢ ܬܚܝܬ ܥܢܢܐ ܗܘܘ ܘܟܠܗܘܢ ܒܝܡܐ ܥܒܪܘ ◆

ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ ܩܠܝܠܬܐ ܕܦܘܝܣܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܐܝܟ ܕܠܡܦܩ ܒܪܘܚܐ ܕܠܘܩܒܠ ܝܗܘܕܝܐ: ܥܠ ܕܥܒܕܝܢ ܥܕܥܕܐ ܕܦܨܚܐ ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ ܕܠܐ ܫܘܠܛܢܐ: ܘܥܒܕܝܢ ܐܪܢܐ ܘܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܩܐ ܕܠܐ ܫܘܠܛܢܐ. ܘܠܐ ܡܣܬܟܠܝܢ ܒܢܒܝܐ ܕܐܡܪ: ܕܠܐ ܢܐܡܪܘܢ ܬܘܒ ܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܩܐ ܕܡܪܝܐ ܘܠܐ ܬܣܩ ܥܠ ܠܒܐ ܘܠܐ ܢܬܕܟܪܘܢܗ ܘܠܐ ܢܣܥܪܘܢܗ ܘܠܐ ܬܬܥܒܕ ܬܘܒ. ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܕܠܐ ܬܬܥܒܕ

A] — 26 A ܘܥܒܕܝܢ inter lineas scriptum.

[1] Ioh. XIII, 4-15. — [2] I Cor. X, 1. — [3] Ier. III, 16.

ܠܗܘ ܘܠܐ ܢܣܩ ܥܠ ܠܒܐ ܘܠܐ ܢܬܦܩܕ: ܕܥ ܐܢܬ ܚܒܝܒܢ ܕܡܢ ܕܥܒܕ ܠܗ ܦܘܩܕܢܐ ܥܒܪ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܐܪܡܝܐ: ܕܒܛܠܘܗ ܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ ܘܒܢܝ̈ ܝܗܘܕܐ ܩܝܡܐ ܕܝܠܝ. ܡܛܠ ܕܩܝܡܐ ܕܡܬܝܗܒ ܠܥܡܐ ܗܘ ܡܠܠ ܗܟܢ ܘܐܡܪ: ܕܐܫܠܡ ܥܠ ܒܝܬܗ ܐܝܣܪܝܠ ܥܡ ܒܝܬܗ ܕܝܗܘܕܐ ܩܝܡܐ ܚܕܬܐ: ܠܐ ܐܝܟ ܗܘ ܩܝܡܐ ܕܝܗܒܬ ܠܐܒܗ̈ܝܗܘܢ ܒܝܘܡܐ ܕܐܚܕܬ ܒܐܝܕܝܗܘܢ ܘܐܦܩܬ ܐܢܘܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ: ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܕܒܛܠܘܗ: ܘܐܦ ܐܢܐ ܒܣܝܬ ܒܗܘܢ. ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ: ܕܗܐ ܠܐܝܣܪܝܠ ܘܠܝܗܘܕܐ ܐܡܪ ܕܢܬܠ ܩܝܡܐ ܚܕܬܐ: ܡܢ ܕܩܪܐ ܠܐܝܣܪܝܠ ܪ̈ܫܢܐ ܕܣܕܘܡ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ: ܗܘ ܓܒܐ ܠܐܒܪܗܡ ܘܡܠܟܗ ܠܗ ܟܕ ܒܪܟܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܐ ܢܬܩܪܐ ܬܘܒ ܫܡܟ ܐܒܪܡ ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܫܡܟ ܐܒܪܗܡ ܡܛܠ ܕܐܒܐ ܠܣܓܝܐܘܬ ܥܡ̈ܡܐ ܝܗܒܬܟ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܠܗ: ܕܒܙܪܥܟ ܢܬܒܪܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܕܐܪܥܐ܀

ܡܛܠ ܕܝܠܦܬ ܘܐܠܦ ܐܚ̈ܐ ܒܢ̈ܝ ܥܕܬܟ ܕܟܒܫܝܢ ܥܠ ܗܢܐ ܙܒܢܐ ܕܦܨܚܐ. ܠܒܠܒܘܬܗܘܢ ܕܚܟܝܡܐ ܠܐ ܚܫܝܚܢ ܗܠܝܢ ܠܡܕܥܗ. ܐܢ ܗܟܝܠ ܢܬܩܠܒ ܒܚܕ ܒܫܒܐ ܕܦܨܚܐ ܕܚܫܗ ܕܦܪܘܩܢ ܠܗ ܒܝܘܡܐ ܕܡܢ ܒܫܒܐ: ܡܢ ܢܥܒܕܘܢ ܥܐܕܐ ܘܠܐ ܢܬܚܫܒܘܢ

dicit : *Non fiet ultra, neque ascendet ad cor, nec visitabitur;* noveris, amice, eum qui reficit illam praeceptum transgredi. Rursus ait Ieremias: *Irritum fecerunt filii Israel et filii Iuda testamentum meum*[1]. Et testamentum populo datum eloquens, sic ait : *Complebo cum* [*viris*] *domus Israel et domus Iuda testamentum novum, non sicut testamentum quod dedi patribus eorum, die quo apprehendi manus eorum et eduxi eos de terra Aegypti; nam ipsi foedus meum irritum fecerunt, et ego pariter aspernatus sum eos*[2]. Erunt qui dicant Israel et Iudae promisisse Deum se novum testamentum daturum; sed qui Israel vocavit *principes Sodomae et populum Gomorrhae*[3], idem elegit Abraham, promissionemque ei dedit, cum benedixit ei dicens : *Non vocabitur amplius nomen tuum Abram, sed erit Abraham, quia patrem multitudinis gentium dedi te*[4]. Deinde dixit ei : *In semine tuo omnes populi terrae benedicentur*[5].

12. Sic ergo erudire, et fratres, ecclesiae tuae filios, vicissim erudi, qui ob illud paschatis tempus solliciti sunt; hi vero qui sanae sunt mentis ista scire minime curant. Si dies paschatis in quo Salvator passus est[6], in prima sabbati nobis obveniat, festum debemus iuxta

A]

[1] Ier. XI, 10. — [2] *Ib.* XXXI, 31, 32. — [3] Is. I, 10. — [4] Gen. XVII, 5. — [5] *Ib.* XXII, 18. — [6] Ad verbum : *dies paschatis passionis Salvatoris nostri,* πάσχα σταυρώσιμον.

legem secundo die celebrare, totam illam hebdomadem in passione Domini et in azymo observantes, quoniam septem sunt post pascha dies azymorum, ad vigesimam primam usque. Sed si quolibet alio hebdomadis die passio occurrat, de iis [diebus] nihil est curandum[1]; nobis autem dies sollemnis est dies ille parasceves. Et secundum mensis computationem dies crucifixionis in quo Salvator passus est, et noctem diemque apud mortuos transegit, ab hora sexta scilicet parasceves ad diluculum primae sabbati, dies decimus quintus fuit; et surrexit prima sabbati, die decimo sexto; etenim diluculo diei decimi quarti manducavit pascha cum discipulis suis secundum legem Israel, et in hoc die parasceves, die decimo quarto, iudicatus est usque ad horam sextam, et cruci adfixus est per horas tres; descenditque ad mortuos nocte qua dies decimus quintus illuxit; sabbatum, qui dies est decimus quintus, apud mortuos transegit; et nocte qua exorta est prima sabbati, quae est dies decima sexta, surrexit, et apparuit Mariae Magdalenae et duobus ex discipulis viam agentibus. Hinc igitur intelligat, qui circa hos dies controversiam movet, Dominum pascha celebrasse, et cum discipulis suis

ܠܝܘܡܐ ܕܐܬܐ: ܐܝܟ ܕܐܬܐܡܪ: ܟܠܗ ܫܒܬܗ ܒܚܫܘܗܝ ܘܒܦܛܝܪܘܬܗ: ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܬܪ ܦܨܚܐ ܫܒܥܐ ܝܘܡܝܢ ܕܦܛܝܪܐ ܥܕܡܐ ܕܝܘܡܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܚܕ. ܘܐܢ ܒܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ܕܫܒܐ ܡܢ ܝܘܡܝ ܫܒܬܐ ܢܦܘܠ ܚܫܐ: ܠܝܬ ܠܢ ܠܡܒܝܢܘ ܥܠ ܗܠܝܢ. ܕܠܢ ܕܝܢ ܥܐܕܐ ܪܒܐ ܝܘܡܐ ܗܘ ܕܥܪܘܒܬܐ. ܘܐܢ ܒܡܢܝܢܐ ܕܝܪܚܐ ܝܘܡܐ ܕܙܩܝܦܘܬܐ ܕܚܫ ܒܗ ܦܪܘܩܢ ܘܗܘܐ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܠܠܝܗ ܘܐܝܡܡܗ ܚܡܫܬܥܣܪ ܗܘ. ܡܢ ܫܬ ܫܥܝܢ ܕܥܪܘܒܬܐ ܕܝܘܡܐ ܠܢܓܗܝܗ ܚܕ ܒܫܒܐ: ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܫܬܬܥܣܪܐ ܩܡ ܠܗ: ܡܛܠ ܕܢܓܗܝ ܐܪܒܥܣܪܐ ܐܟܠ ܦܨܚܐ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܕܐܪܒܥܣܪܐ ܐܬܕܝܢ ܕܝܘܡܐ ܠܫܬ ܫܥܝܢ ܘܐܙܕܩܦ ܬܠܬ ܫܥܝܢ ܘܢܚܬ ܠܒܝܬ ܡܝܬܐ ܒܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܚܡܫܬܥܣܪܐ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܚܡܫܬܥܣܪܐ ܗܘܐ ܒܝܬ ܡܝܬܐ: ܘܒܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܝܘܡܐ ܕܫܬܬܥܣܪܐ ܩܡ ܘܐܬܚܙܝ ܠܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ ܘܠܬܪܝܢ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܟܕ ܐܙܠܝܢ ܒܐܘܪܚܐ: ܡܟܝܠ ܢܣܬܟܠ ܡܢ ܕܢܦܠ ܒܗܠܝܢ ܝܘܡܬܐ ܠܡܪܢ: ܕܒܠܝܠܝ ܐܪܒܥܣܪܐ ܥܒܕ

A] — 12 A ܠܥܪܘܒܬܐ. — 14 26 A ܘܒܠܝܠܝ.

[1] De iis nempe diebus septem azymorum; at passio erit in parasceve sabbati celebranda, nec diei XIV attendent, sed sabbato et dominicae.

ܒܢܓܗ ܩܕܝܡܐ ܘܐܟܠ ܘܐܫܬܝ ܥܡ
ܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܡܢ ܙܒܢܐ
ܕܩܪܐ ܬܪܢܓܠܐ ܬܘܒ ܠܐ ܐܟܠ ܘܠܐ ܐܫܬܝ:
ܡܛܠ ܕܐܚܕܘܗܝ ܘܫܪܝܘ ܕܕܝܢܝܢ ܠܗ:
ܘܐܝܟ ܕܡܢ ܠܥܠ ܐܚܘܝܬܟ ܕܝܘܡܐ
ܕܚܡܫܬܥܣܪ ܟܠܗ ܠܠܝܐ ܘܐܝܡܡܐ ܗܘܐ
ܠܗ ܥܡ ܡܝܬܐ܀

ܐܠܐ ܠܢ ܗܘܐ ܡܬܒܥܝܐ ܠܢ
ܠܡܛܪ: ܠܥܐܕܐ ܒܙܒܢܗ ܡܢ ܫܢܐ
ܠܫܢܐ: ܨܘܡܐ ܒܕܟܝܘܬܐ: ܘܨܠܘܬܐ
ܒܗܝܡܢܘܬܐ: ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܒܚܦܝܛܘܬܐ:
ܘܩܠܐ ܕܡܙܡܘܪܐ ܐܝܟ ܕܘܠܐ: ܘܪܘܫܡܐ
ܠܪܘܫܡܐ ܘܕܡܥܡܘܕܝܘܬܐ ܒܙܕܩܗ:
ܘܒܘܪܟܬܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܙܒܢܝܗܝܢ: ܘܟܠܗܝܢ
ܙܢܝܗ ܕܥܝܕܐ ܡܫܬܡܠܝܢ. ܡܪܢ
ܓܝܪ ܚܫ ܘܩܡ ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܠܐ ܡܐܬ
ܘܡܘܬܐ ܠܐ ܡܫܬܠܛ ܒܗ. ܕܡܝܬ
ܓܝܪ ܠܚܛܝܬܐ ܡܝܬ ܚܕܐ ܙܒܢ:
ܘܕܚܝ ܚܝ ܗܘ ܠܐܠܗܐ. ܘܐܦ ܠܢ ܕܡܝܬܝܢ
ܗܘܝܢ ܐܚܝܢ ܥܡܗ. ܐܢ ܓܝܪ ܠܗܠܝܢ
ܒܠܚܘܕ ܡܛܠ ܐܪܒܥܣܪ ܒܝܪܚܐ
ܢܬܒܛܠ ܠܢ ܘܠܐ ܥܠ ܥܐܕܐ ܕܡܢ
ܫܢܐ ܠܫܢܐ: ܢܫܦܪ ܠܢ ܕܐܪܒܥܣܪܐ
ܕܟܠ ܐܝܪܚ ܗܘܝܢ ܢܛܪܝܢ ܘܥܪܘܒܬܐ
ܕܟܠ ܫܒܘܥ ܗܘܝܢ ܡܬܐܒܠܝܢ. ܒܪܡ
ܕܝܢ ܘܠܐ ܠܢ ܕܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܐ
ܕܫܒܘܥܐ ܢܗܘܘܢ ܠܢ ܠܡܥܒܕ ܕܫܦܝܪ

comedisse et bibisse diluculo diei decimi quarti. Verumtamen, ab hora qua gallus cantavit non comedit amplius nec bibit, quoniam eum comprehenderunt et iudicare coeperunt; et sicut superius tibi ostendi, diem decimum quintum, totam scilicet noctem et diem, apud mortuos exegit.

13. Ut vero festum singulis annis statuto tempore observetur, haec a nobis requiruntur : ieiunium cum puritate, oratio cum fide, laudatio cum sedulitate, et cantus psalmorum quemadmodum oportet; et traditio signi, cum baptismo iuxta ritum; benedictiones consecrationis in temporibus suis, et omnia quaecumque ex consuetudine perficiuntur. *Dominus enim passus est et resurrexit; idcirco iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo* [1]. Nos etiam qui mortui eramus, secum ipse vivificavit. Si enim de his solliciti essemus, ac de decimo quarto die solummodo curaremus, non autem de consuetudine [festi] quotannis [celebrandi], nobis placeret cuiuscumque mensis decimum quartum diem observare, et uniuscuiusque hebdomadis parasceve lugere. Verumtamen nos [magis] oportet singulos dies hebdomadis insumere ad haec exse-

A]

1 Rom. vi, 9, 10.

quenda quae ante Dominum Deum nostrum recta sunt. His igitur quae breviter ad te conscripsi erudiaris; nec te oportet verborum molimine turbari; nullum enim illa profectum afferunt, contra autem cor mundum, quo praeceptum, et sollemnitatem illius diei stato tempore observandi custodiamus.

ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܒܗܠܝܢ ܒܙܥܘܪܐ ܡܠܝܠ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܐܬܦܝܣ: ܘܠܐ ܘܠܐ ܠܟ ܠܡܬܕܠܚܘ ܒܥܘܫܢܐ ܕܡܠܐ ܕܡܕܡ ܝܘܬܪܢ ܠܝܬ ܒܗܘܢ: ܐܠܐ ܠܒܐ ܕܟܝܐ ܕܢܛܪ: ܦܘܩܕܢܐ ܘܥܐܕܐ ܘܙܒܢܘܗܝ ܕܢܛܪܘܗ ܕܝܘܡܐ܀

Explicit Demonstratio de Paschate.

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܦܨܚܐ܀

A] — 5 A ܘܥܐܕܐ.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܫܒܬܐ

DEMONSTRATIO XIII

DE SABBATO

ܥܠ ܡܪܝܐ ܦܩܕ ܠܡܘܫܐ ܥܒܕܗ ܥܠ ܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܕܢܛܪܘܢܝܗܝ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܬܥܒܕ ܥܒܕܟ ܘܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ ܫܒܬܐ ܢܝܚܐ ܘܩܕܝܫܐ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܡܛܠ ܕܒܫܬܐ ܝܘܡܝܢ ܥܒܕ ܡܪܝܐ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܝܡܡܐ ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ ܘܫܠܡ ܘܐܬܢܝܚ ܒܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܪܟ ܐܠܗܐ ܠܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ ܘܩܕܫܗ. ܡܛܠ ܕܒܗ ܐܬܢܝܚ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܥܒܕ. ܘܗܟܢܐ ܙܗܪ ܐܢܘܢ: ܕܬܬܢܝܚ ܐܢܬ ܘܥܒܕܟ ܘܐܡܬܟ ܘܬܘܪܟ ܘܚܡܪܟ. ܘܬܘܒ ܐܘܣܦ ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ: ܕܢܬܢܝܚ ܐܓܝܪܐ ܘܬܘܬܒܐ ܘܟܠܗ ܒܥܝܪܐ ܕܠܐܐ ܘܡܫܬܥܒܕ ܒܫܘܥܒܕܐ. ܥܠ ܗܢܐ ܓܝܪ ܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܚܒܝܒܝ ܕܡܫܬܥܠܝܢ ܒܗ ܘܡܫܬܒܗܪܝܢ ܒܗ ܥܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܒܗܕܐ ܚܝܝܢ ܚܢܢ ܕܢܛܪܝܢ ܚܢܢ ܫܒܬܐ ܘܫܪܒܐ: ܒܡܐ ܕܡܨܐ ܐܢܐ ܐܦܝܣܟ ܒܡܠܐ ܒܨܝܪܬܐ ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܦܝܣܬܟ ܥܠ ܓܙܘܪܬܐ ܘܦܨܚܐ܀

1. De die sabbati praecepit Dominus Moysi servo suo, ut filii Israel illud custodirent. Sic enim eis dixit : *Sex diebus facies opus tuum, diesque septimus erit sabbatum, requies sancta Domino Deo tuo. Sex enim diebus fecit Dominus caelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt, et cessavit requievitque die septimo; idcirco benedixit Deus diei septimo et sanctificavit eum*[1], *quia in eo requievit ab omnibus operibus suis quae patraverat*[2]. Ita porro eos monuit : *Requiesces tu, et servus tuus, et ancilla tua, boves tui et asina tua*[3]. Insuper autem et hoc praecepit : *Requiescet mercenarius et advena, et omne iumentum quod laborat et operatur in servitio*[4]. De isto igitur sabbati die, carissime, in quo superbiunt gloriunturque populus Iudaeorum, dicentes : In eo vivimus quia custodimus et sabbatum et traditionem; pro facultate mea paucis verbis te docebo, sicut de circumcisione et de paschate te erudivi.

A] — 12 A ܘܬܘܪܟ.

[1] Ex. xx, 9-11; xxiii, 12. Deut. v, 12-14. — [2] Gen. ii, 2. — [3] Ex. et Deut. ll. cc. — [4] *Ib.*

2. Sabbatum utique non est inter mortem et vitam constitutum, neque inter iustitiam et peccatum, sed ad quietem datum est, sicut praecepta cetera per quae vivunt homines[1], si autem ea non observant moriuntur. Tempore enim quo sabbatum observandum fuit, in requiem datum est populo, non solis hominibus, verum etiam iumentis, ut quiescerent. Siquidem ait : *Requiescet bos tuus, et asina tua, et omne iumentum tuum*[2]. Si enim sabbatum inter mortem et vitam, vel inter iustitiam et peccata positum fuisset, quid iumento prodesset illud observare? aut quid damni fuisset ei si illud non custodiisset? Imo vero nobis videntur iumenta ceteris diebus quibus laborem opusque servitutis agunt, magis iustificari quam in die sabbati; nam diebus operis iumenta laborant, sarcinaque et oneribus exercentur, boves arant; quiaque sic lassantur, locus non datur delicta committendi. Die vero sabbati, cum otiosi sint asinae et boves omneque iumentum, quisquis in suo genere matribus suis, sororibus, et omni propinquo carnis suae non prohibentur copulari, nec peccatum est. Non reprehenduntur qui talia peccata admittunt die sabbati; ea autem omnium iumentorum lex est. Scito igitur iumentum, ut haec agens peccatum nul-

ܡܛܠ ܕܫܒܬܐ ܠܐ ܗܘܬ ܒܝܬ ܡܘܬܐ ܠܚܝܐ ܣܝܡܐ ܐܦ ܠܐ ܒܝܬ ܙܕܝܩܘܬܐ ܠܚܛܝܬܐ ܐܠܐ ܠܢܝܚܐ ܝܗܝܒܐ ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܐ ܐܚܪܢܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܚܝܝܢ ܒܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ: ܘܐܢ ܠܐ ܢܛܪܝܢ ܠܗܘܢ ܡܝܬܝܢ. ܒܙܒܢ ܓܝܪ ܕܐܬܝܗܒܬ ܫܒܬܐ ܐܝܟ ܕܠܢܝܚܐ ܕܥܡܐ ܐܬܝܗܒܬ ܘܠܐ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܢܬܢܝܚܘܢ ܒܠܚܘܕ ܐܠܐ ܐܦ ܠܒܥܝܪܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܢܬܢܝܚ ܬܘܪܟ ܘܚܡܪܟ ܘܟܠܗ ܒܥܝܪܟ. ܐܢ ܓܝܪ ܒܝܬ ܡܘܬܐ ܠܚܝܐ ܘܒܝܬ ܙܕܝܩܘܬܐ ܠܚܛܗܐ ܣܝܡܐ ܗܘܬ ܡܢܐ ܗܢܝܐ ܐܝܬ ܠܒܥܝܪܐ ܕܢܛܪ ܫܒܬܐ. ܐܘ ܡܢܐ ܣܘܓܦܢܐ ܗܘܐ ܠܗ ܟܕ ܠܐ ܢܛܪ. ܗܐ ܓܝܪ ܚܙܝܢ ܚܢܢ ܕܒܝܘܡܬܐ ܐܚܪܢܐ ܕܦܠܚܝܢ ܒܥܝܪܐ ܡܫܥܒܕܐ ܘܦܘܠܚܢܐ ܕܥܒܕܘܬܐ ܝܬܝܪ ܡܙܕܕܩܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ: ܡܛܠ ܕܒܝܘܡܬܐ ܕܦܘܠܚܢܐ ܦܠܚܝܢ ܘܠܐܝܐ ܒܛܥܢܐ ܡܫܬܥܒܕܢ ܬܘܪܐ ܕܒܢܝܢ ܦܕܢܐ ܘܡܛܠ ܕܠܐܝܝܢ ܠܝܬ ܐܬܪܐ ܕܢܚܛܘܢ ܒܗܘܢ: ܐܠܐ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܕܡܬܢܝܚܝܢ ܚܡܪܐ ܘܬܘܪܐ ܘܟܠܗ ܒܥܝܪܐ ܕܓܢܣ ܓܢܣ ܡܢ ܐܡܗܬܗܘܢ ܘܐܚܘܬܗܘܢ ܘܡܢ ܟܠ ܩܪܝܒ ܒܣܪܗܘܢ ܠܐ ܡܬܟܠܝܢ ܡܢ ܕܢܬܚܠܛܘܢ ܘܠܝܬ ܒܗ ܚܛܗܐ. ܘܠܐ ܡܬܟܪܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܚܛܗܐ ܐܝܠܝܢ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ: ܡܛܠ ܕܗܢܘ ܢܡܘܣܐ

A] — 5 A ܐ secunda manu inter lineas scriptum. — 23 A ܕܓܢܣ ܓܢܣ. — 26 A om. ܘܠܐ. Ego conieci.

[1] Levit. XVIII, 5. — [2] Ex. XX, 10; XXIII, 12.

ܕܠܝܬܗ ܒܒܥܝܪܐ. ܘܗܝ ܕܐܝܟ ܕܠܝܬ ܚܛܗܐ ܠܒܥܝܪܐ ܕܢܙܟܐ ܗܘ ܡܬܚܫܒܐ: ܐܦ ܠܐ ܙܕܝܩܘܬܐ ܡܛܠ ܕܦܘܪܥܢܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܒܥܠܡܐ ܥܬܝܕܐ ܗܘܐ ܒܚܝܢܐ ܕܡܝܬܐ ܠܡܢ ܕܥܒܕ ܥܒܕܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܘܠܒܥܝܪܐ ܠܐ ܗܘܐ ܩܝܡܬܐ ܗܝܟܢܐ ܠܗ ܕܠܐܬܦܪܥ ܦܘܪܥܢܐ ܕܢܛܪ ܫܒܬܐ: ܘܐܦܠܐ ܠܕܝܢܐ ܡܛܐ: ܘܐܝܟ ܕܦܘܩܕܢܐ ܐܣܝܪܐ ܢܡܘܣܐ ܠܒܥܝܪܐ ܠܐ ܣܝܡ ܠܗ ܕܝܢ: ܘܐܦ ܠܐ ܫܒܬܐ ܡܥܕܪ ܡܘܬܪܢܐ ܠܗ. ܦܩܕ ܓܝܪ ܩܕܝܫܐ ܒܢܡܘܣܗ: ܕܠܐ ܬܓܘܪ. ܘܒܥܝܪܐ ܒܦܪܗܣܝܐ ܓܝܪܐ ܘܡܙܢܝܢܐ ܓܠܝܐܝܬ. ܘܦܩܕ ܘܐܙܗܪ ܢܡܘܣܐ: ܕܠܝܛ ܗܘ ܟܠ ܕܢܣܒ ܚܬܗ ܐܘ ܩܪܝܒܐ ܕܟܠ ܩܪܝܒ ܒܣܪܗ. ܘܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܒܥܝܪܐ ܥܒܕܐ. ܘܟܬܝܒ ܬܘܒ: ܕܠܐ ܬܩܛܘܠ. ܘܒܥܝܪܐ ܡܛܠ ܩܛܠܗ ܩܛܠܐ ܟܕ ܠܐ ܝܕܥ ܘܐܟܠ ܡܢ ܒܣܪܗ. ܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܟܠ ܡܕܡ ܟܘܣ ܘܐܟܘܠ: ܘܕܡܐ ܠܐ ܬܐܟܘܠ. ܘܒܥܝܪܐ ܕܡܐ ܕܢܦܫܗ ܡܠܚܟ ܠܚܟܐ: ܘܒܣܪܐ ܛܡܐܐ ܒܪܓܝܓ ܒܣܝܡ ܠܗ ܠܡܐܟܠ. ܐܢ ܓܝܪ ܡܕܡ ܝܘܬܪܢܐ ܐܝܬ ܠܗ ܠܒܥܝܪܐ ܟܕ ܢܛܪ ܫܒܬܐ ܠܩܕܡ ܡܢ ܗܠܝܢ ܛܡܐܬܐ ܟܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܢܡܘܣܐ ܘܗܝܕܝܢ ܡܙܕܕܩ ܗܘܐ ܠܗ ܟܕ ܢܛܪ ܫܒܬܐ܀

ܗܕܐ ܟܬܒܬ ܕܫܒܬܐ ܠܒܢܝܢܫܐ

A]

ܘܐܫܬܟܚ ܠܘܬܟܘܢ ܐܚܘܢ ܚܕ ܕܡܬܟܠܠ ܐܝܟܢܐ ܘܐܬܪܗ ܠܐ ܢܛܪ ܠܗ. ܘܟܕ ܐܬܪܗ ܠܐ ܪܒܐ ܡܩܒܠ ܠܗ. ܐܙܠ ܠܗ ܠܘܬ ܡܠܟ̈ܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܪܚܝܩܝܢ ܡܢܗ ܘܫܐܠ ܡܢܗܘܢ ܫܫ̈ܠܬܐ ܘܐܣܘܪ̈ܐ: ܘܦܠܓ ܐܢܘܢ ܠܐܬܪܗ ܘܠܡܕܝܢܬܗ. ܣܒܪܝܢ ܕܝܢ ܚܢܢ ܕܚܠܦ ܫܫ̈ܠܬܐ ܕܫܐܠ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܡܬܟܠܠ ܐܝܟܢܐ ܡܢ ܡܠܟ̈ܐ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܝܬܝܪ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܫܐܠ ܡܘ̈ܗܒܬܐ ܕܢܦܠܓ ܠܪ̈ܘܪܒܢܘܗܝ ܘܠܒ̈ܢܝ ܐܬܪܗ ܘܠܒ̈ܢܝ ܡܕܝܢܬܗ ܚܠܦ ܫܫ̈ܠܬܐ ܘܐܣܘܪ̈ܐ. ܢܫܡܥ ܚܟܝܡܐ ܘܢܣܬܟܠ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܓܝܪ ܟܬܒܢ

AB] — 3 A ܒܝܘܡܢܐ [ܕܝܢ. — *Ib.* *B* ܕܝ̈ܢܐ. — 9 A ܠܝܠܘ̈ܕܐ ܘܠܫܒ̈ܪܐ. — 13 *B* ܘܐܫܬܟܚ. — 16 A om. ܠܗ secundo.

[1] Vid. Praef. § 20. — [2] Vid. Praef. §§ 9 et 20.

ܚܒܝܒܝ. ܕܡܠܟܐ ܟܕ ܩܛܪ ܬܐܓܐ ܒܓܘ ܡܕܝܢܬܗ ܘܡܩܒܠ ܐܘܚܕܢܗ ܡܩܒܠ ܡܠܟܘܬܐ: ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܬܛܝܒܝܢ ܠܗ. ܗܝܕܝܢ ܥܐܠ ܠܒܝܬ ܓܙܐ ܘܢܣܒ ܡܘܗܒܬܐ ܘܕܫܢܐ ܣܓܝܐܐ ܘܡܦܠܓ ܠܟܠܗܘܢ ܐܘܚܕܢܘܗܝ: ܡܟܪܙ ܕܢܬܛܥܝܢ ܒܟܠܗ ܡܠܟܘܬܗ. ܘܢܦܩ ܦܩܘܕܝܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܕܒܟܠܗ ܫܘܠܛܢܗ: ܡܫܪܐ ܐܣܝܪܐ ܘܡܦܩ ܚܒܝܫܐ: ܘܡܪܘܚ ܠܥܠܝܒܐ ܡܛܠ ܕܚܕܬܐܝܬ ܩܒܠ ܡܠܟܘܬܐ. ܘܗܟܢܐ ܡܬܬܟܠܝܢ ܕܡܬܟܝܢ ܒܡܠܟܘܬܗ: ܘܗܘܐ ܡܠܟܐ ܥܠ ܟܠܗ ܥܡܐ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܒܝܫܐ ܗܘܐ ܣܟܠܘܬܐ ܡܢ ܕܪܚܒܥܡ: ܘܕܝܢܝܢ ܡܢ ܝܠܕܐ ܗܠܝܢ ܕܥܠܝܡܐ ܡܢ ܛܠܝܐ ܒܢܝ ܡܠܟܗ ܕܪܚܒܥܡ܀

ܫܡܥܘ ܬܘܒ ܚܒܝܒܝ. ܐܢ ܢܓܕܫ ܢܗܘܐ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܘܢܩܝܡ ܪܒܝܬܐ ܥܠ ܟܠܗ ܩܢܝܢܗ ܘܥܠ ܟܠܗ ܒܝܬܗ: ܘܗܘ ܪܒܝܬܐ ܒܥܘܠܐ ܢܬܕܒܪ ܘܥܠ ܒܢܝ ܟܢܘܬܗ ܢܬܪܝܡ ܘܥܠ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܡܠܟܐ ܢܬܥܫܢ ܘܕܠܐ ܕܝܢܐ ܘܕܠܐ ܡܦܩ ܢܐܚܘܕ ܘܢܐܣܘܪ ܐܢܘܢ ܘܢܡܚܐ ܐܢܘܢ ܘܢܨܥܪ ܐܢܘܢ: ܘܕܝܢܐ ܗܘ ܠܐ ܒܥܐ ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢ ܚܝܒܝܢ ܘܐܢ ܙܟܝܢ: ܘܡܢ ܒܝܬ ܚܒܘܫܝܐ ܘܡܢ ܒܝܬ

tissimi. Nam cum rex coronam cingit in civitate sua, et in medio principum suorum regnum suscipit, cumque omnes bono erga eum animo facti sunt; tum arcam ingreditur, donaria muneraque plurima sumit, et cunctis principibus suis dispertitur; oblivionis legem per totum regnum decernit, vincula carcerum omnium in universa ditione sua confringit, captivos solvit, educit inclusos, miseros relaxat, quod regnum suum nuper recepit. Et sic confidunt ipsum in regno suo corroboratum iri, et in populum universum dominationem obtinet. Verumtamen peior est iniquitas illa peccato Roboam, et iudices illi tenuioris scientiae sunt quam iuvenes quos adhibuit Roboam in consilium[1].

9. Audite iterum, carissimi. Si contingat ut aliquis rex magnus super possessiones suas universas et omnem regiam, constituat procuratorem; ille vero inique se gerat, adversus conservos suos se extollat, ac contra regis ministros efferatur, eosque sine iudicio aut excusatione apprehendat, in vincula coniiciat, verberibus probrisque oneret, et sic iudex constitutus non inquirat nec cognoscat utrum nocentes an innoxii sint, servi autem illi de carcere et de custodia con-

AB] — 4 A ܥܠܗ. — 6 A ܕܢܬܛܥܝܢܝܗܝ. — 13 A ܥܡܗ. — 15 A ܘܕܝܢܝܟ. — 17 A *audi iterum, carissime* ܫܡܥ ܬܘܒ ܚܒܝܒܝ. — 18 A ܪܒܐ ܐܘ ܒܥܠܐ ܪܒܐ. — 23 A ܘܢܐܣܘܪ. — 24 A ܘܠܐ ܝܕܥ. — 25 A ܐܢ.

[1] I (III) Reg. XII, 8.

querantur, et domino suo denuntient : Praefectus ille tuus, conservus noster, vinculis nos alligavit scelere insontes, non autem iudicavit, neque interrogavit nec reos citavit; quid vobis esset dicendum, fratres? Numquid praepositus ille domini sui laude probabitur? Scimus talem procuratorem, qui conservos suos indemnatos vinxit, iniuriaque affecit, e potestate sua a rege eiectum iri, ut quemadmodum sodalibus suis fecit, ita et ei fiat. Sic enim Rex nobis scripsit : *In quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini*[1]. Illosque accusans et admonens dixit : *Videte quid audieritis : In quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini*[2].

10. Elatio vero aut arrogantia multos deiecit. Adam superbia sua e paradiso detrusus est, et pulvis cessit in escam serpentis. Fratrem Cain occidit insolentia sua, *tremensque et vagus fuit super terram*[3]. Cham, quod animum extulit patremque derisit, maledictus fuit, et servus servorum fratribus suis effectus est[4]. Propter superbiam suam Esau primogeniti iura perdidit. Quia se obduravit nimiumque extulit Pharao, in mare rubrum demersus est ipse cum exercitu suo. Et filii Heli, quia contra populum superbierunt, a sacerdotio Sancti reproba-

ܐܝܟܢܐ ܕܢܐܟܠܘܢ ܩܪܨܐ ܘܢܘܕܥܘܢ ܠܡܪܗܘܢ: ܕܗܢܐ ܪܒ ܒܝܬܟ ܟܢܬܢ ܐܣܪܢ ܕܠܐ ܣܟܠܘ: ܘܠܐ ܕܢ ܘܠܐ ܫܐܠܢ ܘܠܐ ܩܪܢ: ܡܢܐ ܐܡܪܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܐܚܝ. ܕܠܡܐ ܡܫܬܒܚܘ ܡܫܬܒܚ ܠܗ ܡܢ ܡܪܗ ܠܗܘ ܪܒܝܬܐ. ܗܕܐ ܝܕܥܝܢܢ ܕܪܒܝܬܐ ܕܟܢܘܬܗ ܕܠܐ ܚܘܒܐ ܐܣܪ ܘܥܠܒ ܡܢ ܫܘܠܛܢܗ ܡܦܩ ܠܗ ܡܠܟܐ ܘܐܝܟ ܡܐ ܕܥܒܕ ܠܟܢܘܬܗ ܡܬܥܒܕ ܠܗ: ܡܛܠ ܕܡܠܟܐ ܗܟܢܐ ܟܬܒ ܠܢ: ܕܒܗܘ ܕܝܢܐ ܕܕܐܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܬܕܝܢܝܢ. ܘܡܟܣ ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ: ܚܙܘ ܡܢܐ ܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܕܒܕܝܢܐ ܕܕܐܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܬܕܝܢܝܢ܀

ܪܡܘܬܐ ܕܝܢ ܘܫܘܒܗܪܐ ܠܣܓܝܐܐ ܐܣܦܠܬ. ܒܪܡܘܬܗ ܐܕܡ ܢܦܩ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ: ܘܗܘܐ ܥܦܪܐ ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܚܘܝܐ. ܘܩܐܝܢ ܒܪܡܘܬܗ ܩܛܠ ܠܐܚܘܗܝ: ܘܗܘܐ ܙܐܥ ܘܢܐܕ ܒܐܪܥܐ ܘܚܡ ܥܠ ܕܐܬܪܝܡ ܘܒܙܚ ܒܐܒܘܗܝ ܐܬܠܛܝ ܘܗܘܐ ܥܒܕ ܥܒܕܝܢ ܠܐܚܘܗܝ ܥܣܘ ܡܛܠ ܪܡܘܬܗ ܐܘܒܕ ܒܘܟܪܘܬܐ ܦܫܝܫܘܬܗ. ܘܦܪܥܘܢ ܥܠ ܕܐܬܩܫܝ ܘܐܬܪܝܡ ܛܒܥ ܒܝܡܐ ܕܣܘܦ ܗܘ ܘܚܝܠܗ. ܘܒܢܝ ܥܠܝ ܟܗܢܐ ܡܛܠ ܕܐܬܪܝܡܘ ܥܠ ܥܡܐ: ܐܫܬܠܝܘ

AB] — 2 A ܪܒ ܒܝܬܟ] ܪܒܝܬܟܘܢ. — 12 A om. ܐܢܘܢ. — 14 B ܕܬܬܕܝܢܘܢ. — 21 B ܠܐܚܘܗܝ. — 23 A ܡܛܠ] ܥܠ.

[1] Matth. VII, 2. — [2] Marc. IV, 24; Matth. VII, 2. — [3] Gen. IV, 14. — [4] *Ib.* IX, 25.

ܡܢ ܫܘܒܗܪܗ ܕܦܠܫܬܝܐ. ܘܓܘܠܝܕ ܦܠܫܬܝܐ ܒܫܘܒܗܪܗ ܕܥܠ ܕܘܝܕ ܐܬܡܟܟ ܘܒܗܬ ܘܢܦܠ ܒܫܘܒܗܪܗ. ܘܐܒܝܡܠܟ ܒܪ ܓܕܥܘܢ ܕܐܫܬܒܗܪ ܥܠ ܐܚܘܗܝ ܘܩܛܠ ܐܢܘܢ ܐܬܬ ܒܗ ܠܘܛܬܗ ܕܝܘܬܡ ܐܚܘܗܝ. ܘܐܒܫܠܘܡ ܕܐܫܬܒܗܪ ܘܓܢܒ ܡܠܟܘܬܐ ܢܦܠ ܘܐܬܡܟܟ ܩܕܡ ܥܒܕܘܗܝ ܕܕܘܝܕ. ܘܐܕܘܢܝܐ ܒܪ ܚܓܝܬ ܕܚܛܦ ܡܠܟܘܬܐ ܠܐ ܩܡܬ ܘܠܐ ܐܨܠܚ ܒܫܘܒܗܪܗ. ܘܐܚܝܬܘܦܠ ܡܠܟܐ ܕܒܝܫܬܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܢܦܫܗ ܐܬܡܟܟ ܫܘܒܗܪܗ. ܘܝܘܪܒܥܡ ܒܪ ܢܒܛ ܥܒܕܗ ܕܫܠܝܡܘܢ ܕܐܪܡܝ ܦܠܓܘܬܐ ܒܥܡܐ ܗܘܐ ܠܕܘܟܪܢܐ ܒܝܫܐ ܒܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܚܐܒ ܒܪ ܥܡܪܝ ܪܓܬܗ ܡܟܟܬܗ ܒܢܚܠܬܐ ܕܐܝܙܪܥܝܠ: ܩܒܠ ܦܘܪܥܢܐ. ܘܡܠܟܐ ܕܐܕܘܡ ܕܐܫܬܒܗܪ ܥܠ ܐܚܐܒ ܠܐ ܐܫܬܟܚ ܠܗ ܡܢ ܕܐܡܪ ܐܝܟ ܡܢ ܕܫܪܐ. ܘܗܡܢ ܕܐܫܬܒܗܪ ܥܠ ܡܪܕܟܝ ܩܒܠ ܦܘܪܥܢܐ ܒܨܠܝܒܐ ܗܘ ܘܒܢܘܗܝ. ܘܒܒܠܝܐ ܕܐܟܠܘ ܩܪܨܘܗܝ ܕܕܢܝܐܝܠ ܐܪܝܘܬܐ ܕܩܩܘ ܓܪܡܝܗܘܢ. ܘܝܗܘܕܐ ܕܐܫܠܡ ܠܦܪܘܩܢ ܢܦܠ ܒܝܡܐ ܟܕ ܪܚܝܐ ܒܨܘܪܗ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܫܘܒܗܪܗܘܢ ܡܟܟܗ ܐܝܟ ܡܐ ܕܟܬܝܒ: ܕܫܘܒܗܪܗ ܕܒܪܢܫܐ ܢܡܟܟܝܘܗܝ: ܘܡܟܝܟܐ ܒܪܘܚܗ ܢܣܒ ܠܗ ܐܝܩܪܐ ✠

ti sunt. Goliath Philistaeus propter suam adversus David insolentiam, deiectus et confusus est, atque in superbia sua cecidit. Abimelech, filius Gedeonis, adversus fratres suos gloriatus est, et interfecit eos; incidit autem ei maledictio Ioatham fratris sui. Absalom, qui se extulerat et regiam dignitatem subripuerat, corruit et coram servis David deiectus est. Adonias, filius Haggith, qui regnum sibi arrogaverat, ipsum nequivit obtinere, neque in arrogantia sua ei successit. Achitophel, hortator scelerum, superbiam suam ipse demisit. Ieroboam, filii Nabat, servi Salomonis, qui seditionem in populo concitavit, memoria pessima in Israel remansit. Achab filius Amri avaritia deiectus est ob hereditatem Iezrahel, [et] retributionem accepit. Et regi Edom, qui adversum Achab se extulerat, non inventus est accinctus nec discinctus[1]. Et Aman, qui contra Mardochaeum efferatus est, mercedem suam in patibulo ipse cum filiis suis est consecutus. Babyloniorum, qui Danielem accusaverant, ossa a leonibus comminuta fuere. Et Iudas qui Salvatorem tradidit, mola collo appensa in mare demersus est[2]. Omnes isti superbia sua humiliati sunt, sicut scriptum est: *Superbia hominis humiliabit eum, et humilis spiritu adaugebit sibi gloriam*[3].

AB] — 10 *B* ܘܠܐ [ܠܐ. — *Ib.* A ܘܐܚܝܬܘܦܠ. — 16 *B* ܐܝܙܪܥܝܠ. — 22 A ܕܢܝܐܝܠ ܐܪܝܘܬܐ.

[1] I (III) Reg. xx, 11. — [2] Vid. Matth. xviii, 6. Cf. Praef. § 12. — [3] Prov. xxix, 23.

11. Videte autem, fratres mei, Deum per singula tempora et diversas aetates magnas victorias praestitisse ope virorum sapientium, ut inter dissidentes pacem et concordiam restituerent; nec per viros duntaxat, sed etiam per feminas. Mulier Thecuitis Absalom cum Davide, hortante Ioab, reconciliavit. Per mulierem rursus pax Israeli reddita fuit, postquam Seba, filius Bochri, adversum David rebellaverat. *Et locuta est mulier sapiens de muro ad Ioab, et ait : Audi Ioab, audi. Qui respondit : Audio. Rursumque illa ad Ioab : Dicto ferebatur antiquitus : Sedulo interrogabant prophetas, ac tum vastabant. Mihi hinc solvendae sunt paenae pro Israel, ut quaeras interficere puerum cum matre in Israel? Respondensque Ioab ait ei : Absit a me! Non subvertam nec vastabo, quoniam non ita se habet res; sed homo quidam, Seba filius Bochri, extendit manum suam contra regem David; tradite nobis eum, et recedemus. Et ait ei : Ecce caput eius proiicietur ad te per murum. Et abiit et locuta est ad omnem populum, caputque Seba filii Bochri abscidit, quod proiecerunt ad Ioab per murum* [1]. Sic pax in Israel per mulierem effecta est. Exstitit quoque Debbora [tanquam] mater, et iudicium dedit in Israel[2]. Et Iahel, uxor Haber Cinaei, praecidit deiecitque glo-

ܚܙܘ ܕܝܢ ܐܚܝ̈ ܚܒܝܒܝ̈ ܕܒܟܠ ܙܒܢ ܘܒܟܠ ܕܪ ܥܒܕ ܐܠܗܐ ܢܨܚܢ̈ܐ ܪ̈ܘܪܒܐ ܒܐܝܕܝ ܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܚܟܝ̈ܡܐ: ܕܢܥܒܕܘܢ ܘܢܫܘܘܢ ܫܝܢܐ ܠܦܠܓܘܬܐ: ܘܠܐ ܒܝܕ ܓܒܪ̈ܐ ܒܠܚܘܕ: ܐܠܐ ܐܦ ܒܝܕ ܢܫ̈ܐ. ܐܢܬܬܐ ܬܩܘܥܝܬܐ ܦܝܣܬܗ ܠܐܒܫܠܘܡ ܥܡ ܕܘܝܕ ܒܡܦܝܣܢܘܬܗ ܕܝܘܐܒ. ܘܒܝܕ ܐܢܬܬܐ ܗܘܐ ܫܝܢܐ ܠܐܝܣܪܝܠ: ܟܕ ܡܪܕ ܫܒܥ ܒܪ ܒܟܪܝ ܥܠ ܕܘܝܕ. ܘܐܢܬܬܐ ܚܟܝܡܬܐ ܡܠܠܬ ܡܢ ܫܘܪܐ ܥܡ ܝܘܐܒ ܘܐܡܪܐ: ܫܡܥ ܝܘܐܒ ܫܡܥ. ܘܐܡܪ: ܫܡܥ ܐܢܐ. ܘܐܡܪܐ ܠܗ ܠܝܘܐܒ: ܡܠܐܡܪ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܝܡ: ܕܡܫܐܠܘ ܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܢܒܝ̈ܐ ܘܗܝܕܝܢ ܡܚܪܒܝܢ ܗܘܘ. ܐܢܐ ܠܡ ܦܪܥܬ ܚܘܒܠܐ ܐܢܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܕܒܥܐ ܐܢܬ ܠܡܩܛܠ ܛܠܝܐ ܘܐܡܗ ܒܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܝܘܐܒ: ܚܣ ܠܝ. ܠܐ ܐܚܒܠ ܘܠܐ ܐܚܪܒ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܗܟܢܐ. ܐܠܐ ܓܒܪܐ ܚܕ ܫܒܥ ܒܪ ܒܟܪܝ ܐܪܝܡ ܐܝܕܗ ܒܡܠܟܐ ܕܘܝܕ: ܗܒܘܗܝ ܠܢ ܘܢܐܙܠ ܠܢ. ܘܐܡܪܐ ܠܗ: ܗܐ ܪܫܗ ܢܦܠ ܠܟ ܡܢ ܫܘܪܐ. ܘܐܙܠܬ ܘܡܠܠܬ ܥܡ ܟܠܗ ܥܡܐ ܘܦܣܩܘ ܪܫܗ ܕܫܒܥ ܒܪ ܒܟܪܝ ܘܫܕܘܗܝ ܡܢ ܫܘܪܐ ܠܝܘܐܒ. ܘܗܘܐ ܫܝܢܐ ܠܐܝܣܪܝܠ ܒܝܕ ܐܢܬܬܐ. ܘܕܒܘܪܐ ܗܘܬ ܐܡܐ ܘܕܢܬ ܠܐܝܣܪܝܠ.

AB] — 11 A ܥܡ ܝܘܐܒ ܡܢ ܫܘܪܐ. — 16 A ܠܐܝܣܪܝܠ. — 20 A add. ܫܡܗ [ܒܟܪܝ. — 27 A ܕܝܢܬ.

[1] II Sam. xx, 16-22. — [2] Iud. v, 7; iv, 4.

ܡܢܐܠܐ ܐܝܟܐ ܣܦܪ ܡܢܝܢܐ ܦܫܩܬ ܩܛܠܐ ܡܫܪܝܬܗ ܕܣܝܣܪܐ ܐܘ ܚܝܠܐ ܕܝܒܝܢ ܡܠܟܐ ܕܚܨܘܪ܆ ܟܕ ܢܩܫܬ ܣܟܬܐ ܒܪܘܫܗ. ܗܠܝܢ ܩܝܢܝܐ ܕܒܝܬ ܚܡܘܗܝ ܕܡܘܫܐ܆ ܕܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܒܠܥܡ ܒܪ ܒܥܘܪ ܒܢܒܝܘܬܐ܆ ܕܥܫܝܢ ܡܘܬܒܟ ܘܣܝܡ ܒܫܘܥܐ ܩܢܟ. ܘܐܦ ܪܦܩܐ ܐܡܐ ܕܙܕܝܩܐ ܐܪܡܝܬ ܫܝܢܐ ܒܝܬ ܝܥܩܘܒ ܠܥܣܘ ܟܕ ܫܕܪܬܗ ܠܘܬ ܠܒܢ. ܘܦܪܘܩܢ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܕܫܝܢ ܠܥܠܡܐ ܡܪܘܕܐ ܥܡ ܐܒܘܗܝ ܟܕ ܚܛܝܢ ܗܘܝܢ ܡܫܥܒܕܢܐ܆ ܗܘ ܫܩܠ ܚܛܗܐ ܕܟܠܢ ܘܗܘܐ ܐܝܙܓܕܐ ܕܫܝܢܐ ܒܝܬ ܐܠܗܐ ܠܒܪܝܬܗ. ܟܕ ܡܫܥܒܕܢܐ ܗܘܝܢ ܘܡܪܘܕܐ ܗܘ ܒܥܐ ܡܢܢ ܕܢܬܪܥܐ ܠܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ܆ ܕܗܘ ܗܘܐ ܐܝܙܓܕܐ ܕܪܥܘܬܐ. ܘܗܘ ܪܥܐ ܠܢ ܥܡ ܐܒܘܗܝ. ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܕܚܛܝܢ ܘܐܥܘܝܢ ܗܘܝܢ ܢܒܥܐ ܘܢܬܟܫܦ ܘܢܬܪܥܐ ܥܡ ܒܪܘܝܢ܆ ܗܘ ܒܥܐ ܡܢܢ ܕܢܬܪܥܐ ܠܗ. ܗܘ ܓܝܪ ܟܕ ܗܘܐ ܡܚܒܠܢܐ ܕܒܝܫܬܐ܆ ܗܘ ܩܒܠ ܥܠܘܗܝ ܒܬܒܥܐ ܕܦܘܪܥܢܐ ܒܥܠܐ܀

ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܚܘܝܐ ܕܝܗܒ ܠܚܘܐ ܢܦܩ ܐܕܡ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܕܥܕܢ ܩܫܝܐ ܡܚܘܐ ܒܬܒܥܐ ܕܩܒܠܗ܆ ܟܠܐ ܡܢܗ ܡܐܟܘܠܬܗ ܘܝܗܒ

riam Sisarae, principis exercitus Iabin, regis Asor, quando clavum in eius tempora defixit. Cinaei autem illi de domo sunt soceri Moysis; de ipsis etiam dixit Balaam filius Beor in vaticinio : *Robusta est sedes tua, et nidus tuus in petra positus*[1]. Rebecca etiam, iustorum mater, pacem inter Iacob et Esau reparavit, cum illum ad Laban dimisit. Et Salvator noster, Rex magnus, mundum rebellem in gratiam cum Patre suo reduxit, cum peccatores essemus, peccatum omnium nostrum ipse portavit, factusque est nuntius reconciliationis inter Deum et creaturam eius; cum impii et rebelles essemus, petiit a nobis ut nosmet ei reconciliaremus, sicut Apostolus ait : *Factus est legatus reconciliationis, et reconciliavit nos cum Patre suo*[2]. Decebat quidem nos, qui peccaveramus et inique egeramus, quaerere et implorare, ut cum Factore nostro in gratiam rediremus; et ipse a nobis reconciliationem postulavit. Cum enim mali destructor exsisteret, paenam ipse reddendam sibi suscepit.

12. Propter consilium quod Hevae serpens attulit, Adam de paradiso exiit. Gravi autem asperaque ille paena mulctatus est. Prohibuit eum [Deus] cibo, subdens ei pulverem; proiectus est in

AB] — 1 A ܦܫܩܬ ܣܝܣܪܐ ܪܒ ܚܝܠܗ ܕܝܒܝܢ. — 11 A ܐܬܪܥܝܘ. — *Ib.* A ܐܣܝ. — 17 A ܪܥܐ ܠܢ. — 21 B ܡܚܒܠܢܐ.

[1] Num. xxiv, 21. — [2] II Cor. v, 18.

terram, ut super ventrem graderetur, et pedibus eum destituit, quibus iniquitatem commiserat atque in Adam incurrerat[1]. Dum vivet igitur, pulverem in perpetuum comedet, quoniam Hevam cibo seduxit; posuit eum ut inimicum, caputque eius dedit in conculcationem[1]. Serpentis porro qui seduxit Hevam consimiles surrexerunt homines in medio nostrum, seductores, conturbatores, perversi, insolentes, fallaces et malefici, qui aedificant iniquitatem, iustitiam autem demoliuntur; malitiam conserunt, bonumque eradicant; nutriunt zizania, triticum autem corrumpunt; derident iustos et impiis benedicunt, diligunt superbos, oderuntque humiles; mendaces laudant approbantque, viros autem veraces contemnunt ac mendacii arguunt; iniquitatem vovent, fraudemque perficiunt; concipiunt et pariunt verba exitiabilia; linguas suas pervertunt, et loquuntur vanitatem; bono vacui, mendacio autem tumidi, nullos habent fructus qui comedi possint; serpentis enim veneno perfusi sunt[2].

13. Quid enim iuvat contentio? Quid iis invidia prodest qui eam exercent? Haec Cain a dilecto suo Abel separavit. Aemulatio Cain exsecrationi devovit,

ܠܗ ܥܦܪܐ܆ ܘܢܦܠ ܒܐܪܥܐ ܘܗܠܟ ܥܠ ܟܪܣܗ܆ ܘܩܛܥܗ ܕܠܐ ܪ̈ܓܠܐ ܕܥܘܠ ܒܗܝܢ ܘܪܗܛ ܥܠ ܐܕܡ. ܘܐܟܠ ܥܦܪܐ ܟܠ ܝܘܡ̈ܬܐ ܕܚܝ̈ܘܗܝ܆ ܥܠ ܕܐܛܥܝܗ ܠܚܘܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ܆ ܣܡܗ ܒܥܠܕܒܒܐ܆ ܘܪܫܗ ܝܗܒ ܠܕܘܫܐ. ܚܒܪ̈ܘܗܝ ܕܚܘܝܐ ܓܝܪ ܕܐܛܥܝܗ ܠܚܘܐ ܩܡܘ ܒܝܢܬܢ ܐ̱ܢܫܐ ܡܛܥܝܢܐ ܡܫܓܫܢܐ ܡܥܩ̈ܡܐ ܘܡܪ̈ܚܢܐ ܘܢܟ̈ܠܐ ܡܚܪ̈ܫܐ܆ ܕܒܢܝܢ ܥܘܠܐ ܘܣܬܪܝܢ ܟܐܢܘܬܐ܆ ܘܢܨܒܝܢ ܒܝܫܬܐ ܘܥܩܪܝܢ ܛܒܬܐ܆ ܡܪܒܝܢ ܙܝ̈ܙܢܐ ܘܡܚܒܠܝܢ ܚܛܐ܆ ܡܒܙܚܝܢ ܠܟܐ̈ܢܐ ܘܡܒܪܟܝܢ ܠܥܘ̈ܠܐ܆ ܘܪܚܡܝܢ ܪ̈ܡܐ ܘܣܢܝܢ ܠܡܟ̈ܝܟܐ܆ ܠܕܓ̈ܠܐ ܡܫܒܚܝܢ ܘܡܫܪܪܝܢ܆ ܘܡܟܣܝܢ ܘܡܫܝܛܝܢ ܠܫܪ̈ܝܪܐ. ܢܕܪܝܢ ܥܘܠܐ ܘܡܫܠܡܝܢ ܢܟܠܐ܆ ܒܛܢܝܢ ܘܝܠܕܝܢ ܡ̈ܠܐ ܕܚܒܠܐ܆ ܡܗܦܟܝܢ ܠܫ̈ܢܝܗܘܢ ܘܡܡܠܠܝܢ ܣܪܝܩܘܬܐ. ܣܦܝܩܝܢ ܡܢ ܛܒܬܐ ܘܒܕܓܠܘܬܐ ܢܦܝܚܝܢ܆ ܠܝܬ ܠܗܘܢ ܦܐܪ̈ܐ ܠܡܬܐܟܠܘ ܕܐܠܚܝܡܝܢ ܡܢ ܡܪܬܗ ܕܚܘܝܐ܀

ܡܢܐ ܓܝܪ ܐܘܬܪ ܚܪܝܢܐ܀ ܘܡܢܐ ܐܘܬܪ ܚܣܡܐ ܠܡܥܒܕܢܘܗܝ܀ ܚܣܡܐ ܦܪܫܗ ܠܩܐܝܢ ܡܢ ܗܒܝܠ ܚܒܝܒܗ. ܚܣܡܐ ܓܝܪ ܠܗ ܠܩܐܝܢ܆ ܘܪܡܝ ܠܚܘܣܦ܆

AB] — 16 A ܘܡܫܝܛܝܢ] ܘܡܫܛܝܢ. — 19 A ܣܪܝܩܘܬܐ.

[1] Vid. Praef. § 12. — [2] ܐܠܚܝܡ, qui sit sensus huius vocis ܐܠܚܡ non liquet. Apud Ioh. II, 8, sonat *exhaustus;* interpres armenus reddit զանգեալ *infectus*, *immixtus;* sed, ut proponit Payne Smith col. 1029, idem forte erit quod ܐܠܚܫ, et reddendum *conspersus*.

ܘܐܘܒܕ ܠܦܪܥܘܢ܆ ܘܛܪܕ ܠܝܥܩܘܒ܆ ܘܒܠܥ ܠܩܘܪܚ܆ ܘܐܘܒܕ ܠܚܒܪܘܗܝ܆ ܘܩܛܠ ܠܙܡܪܝ܆ ܘܪܓܡ ܠܥܟܪ. ܘܓܡܪ ܠܥܠܡܐ܆ ܘܗܦܟ ܠܣܝܣܪܐ ܘܚܪܒ ܠܝܒܝܢ܆ ܘܫܓܫ ܠܫܐܘܠ܆ ܘܒܛܠ ܠܓܘܠܝܕ܆ ܘܕܫ ܠܥܡܠܝܩ܆ ܘܚܢܩ ܠܐܒܫܠܘܡ܆ ܘܙܝܚ ܠܐܕܘܢܝܐ܆ ܘܐܛܥܝ ܠܝܘܪܒܥܡ ܘܦܠܓ ܠܥܡܐ܆ ܘܐܚܪܒ ܠܓܒܥܐ ܘܥܩܪ ܠܥܡܘܪ̈ܘܗ܆ ܘܙܥܙܥ ܠܣܢܚܪܝܒ ܘܚܒܠ ܠܡܫܪܝܬܗ܆ ܘܨܠܒ ܠܗܡܢ܆ ܘܨܥܪ ܠܐܟܠܝ ܩܪܨܐ܆ ܘܥܩܪ ܠܐܝܣܪܝܠ ܘܒܕܪܗ ܒܟܠ ܥܡܡ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܚܣܡܐ ܘܚܪܝܢܐ ܐܘܒܕ ܐܢܘܢ܀

ܢܬܦܢܐ ܠܘܬ ܦܪܘܩܢ ܕܐܡܪ ܠܢ܆ ܕܗܢܘ ܦܘܩܕܢܝ ܕܬܐܚܒܘܢ ܚܕ ܠܚܕ. ܘܫܠܝܚܐ ܐܡܪ܆ ܕܡܕܡ ܠܐܢܫ ܠܐ ܬܚܘܒܘܢ ܐܠܐ ܚܕ ܠܚܕ ܠܡܐܚܒܘ. ܘܐܘܪܒ ܠܚܘܒܐ ܫܒܚܗ ܘܐܡܪ܆ ܕܐܢ ܟܠ ܛܒܢ ܘܫܦܝܪܢ ܐܥܒܕ܆ ܘܚܘܒܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܒܝ܆ ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܕܡ. ܚܘܒܐ ܡܟܣܐ ܚܛܗ̈ܐ܆ ܚܘܒܐ ܚܛܗ̈ܐ ܡܫܘܐ܆ ܚܘܒܐ ܪܚܝܩ ܡܢ ܫܘܒܗܪܐ܆ ܚܘܒܐ ܦܪܝܫ ܡܢ ܪܡܘܬܐ܆ ܚܘܒܐ ܦܪܝܩ ܡܢ ܬܢܝܢܐ܆ ܚܘܒܐ ܡܥܠܝ ܡܢ ܚܣܡܐ܆ ܚܘܒܐ ܪܡ ܡܢ ܦܠܓܘܬܐ܆ ܚܘܒܐ ܢܟܝܪ ܡܢ ܥܠܘܒܘܬܐ܆ ܚܘܒܐ ܐܟܣܢܝ ܡܢ

Ioseph vendidit, perdidit Pharaonem, Iacobum expulit, Core absumpsit, et socios eius praecipitavit; occidit Zamri, lapidavit Achan, Elem[1] confecit, Sisaram subvertit, destruxit Iabin, Saulem agitavit, Goliath delevit, conculcavit Amalec, Absalonem obruit, Adoniam concitavit, Ieroboam seduxit et scidit populum; evertit Gabaa, eiusque incolas exterminavit, conturbavit Sennacherib, et exercitum eius pessumdedit; Aman interemit, calumniatores contumelia affecit, Israelemque eradicavit ac per omnes gentes dispersit. Omnes istos zelus iurgiumque perdiderunt.

14. Nos vero ad Salvatorem nostrum convertamur, qui nobis ait : *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem*[2]. Et Apostolus dixit : *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*[3]. Magis autem caritatem extollit dicens : *Si omnia bona et pulchra effecero, caritas autem non fuerit in me, nihil sum*[4]. Caritas scelera tegit, caritas peccata delet, caritas a superbia secedit, caritas ab exaltatione est seiuncta; caritas est a contentione remota; caritas zelo excelsior est; caritas dissensioni supereminet; caritas ab avaritia aliena est; caritas a derisione est extranea; caritas

AB] — 6 A ܘܐܘܒܕ ܠܥܡܠܝܩ ܘܕܫ ܠܓܘܠܝܕ. — 7 B ܠܐܒܫܠܘܡ. — 10 A ܠܡܫܪܝܬܗ. — 22 A ܚܛܗܐ.

[1] Ios. x, 33. — [2] Ioh. xv, 12. — [3] Rom. xiii, 8. — [4] I Cor. xiii, 2.

malum fugit. Caritatis enim fructus sunt suavissimi, et iucundi, et honorabiles, et decori. Caritas Noe a diluvio eripuit, Rahab a gladio Iosue liberavit, Davidem exaltavit, et peccata eius abstersit; Ezechiam de manibus inimicorum eius servavit, iustificavit Asam, Iosiam mundavit; caritas ignem fornacis compescuit ab Anania et sociis eius, in terra Babylonis; Danielem eduxit e fovea; Esther et Mardochaeum e manibus Aman vindicavit. Caritas odium vincit, peccata obliterat, iniquitatem amovet, zelum superat, rixas exstinguit, inimicitias dissolvit, mansuefacit iratos, et pedicas malitiae disrumpit. Caritas multos habet amatores, et benignitas eius amplissima est. Caritas derisionem patitur; caritas suffert opprobrium; caritas se continet; caritas placat inimicos, et dissidentes componit; caritas iniuriam accipit; caritas silentium diligit, amat humiles, amat pietatis cultores, amat sapientes; amat ieiunium, diligit orationem, amat eleemosynas; amat simplices, amat perfectos, amat honestos, amat paenitentes, filios pacis diligit, miseretur, fovet, congregat et colligit, accendit et laetificat. Caritas, si contumeliis vexata fuerit, fraenat animum; toleranter sustinet, et quiete

ܡܦܛܦܛܐ: ܚܘܒܐ ܦܠܛ ܡܢ ܒܝܫܬܐ. ܚܘܒܐ ܓܝܪ ܦܐܪ̈ܘܗܝ ܒܣܝܡܝܢ ܘܪܓܝܓܝܢ ܘܝܩܝܪܝܢ ܘܫܦܝܪܝܢ: ܚܘܒܐ ܦܨܝܗ ܠܢܘܚ ܡܢ ܡܒܘܠܐ: ܘܦܨܝܗ ܠܪܚܒ ܡܢ ܚܪܒܗ ܕܝܫܘܥ: ܘܐܪܝܡ ܠܕܘܝܕ ܘܡܚܐ ܚܛܗ̈ܘܗܝ: ܘܢܛܪܗ ܠܚܙܩܝܐ ܡܢ ܐܝܕ̈ܝ ܒܥܠܕܒܒ̈ܘܗܝ: ܘܙܕܩ ܠܐܣܐ: ܘܕܟܝ ܠܝܘܫܝܐ. ܚܘܒܐ ܕܥܟ ܢܘܪܐ ܕܐܬܘܢܐ ܡܢ ܚܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܒܐܪܥܐ ܕܒܒܠ: ܘܐܣܩ ܠܕܢܝܐܝܠ ܡܢ ܓܘܒܐ ܘܠܐܣܬܪ ܘܠܡܪܕܟܝ ܦܨܝ ܡܢ ܐܝܕ̈ܝ ܗܡܢ. ܚܘܒܐ ܙܟܐ ܣܢܐܬܐ ܡܚܐ ܚܛܗ̈ܐ ܘܡܥܒܪ ܥܘܠܐ ܘܡܢܨܚ: ܛܢܢܐ ܘܡܥܟ ܚܪܝܢܐ ܡܫܪܐ ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܘܡܢܝܚ ܠܪ̈ܓܝܙܐ ܘܠܟ̈ܒܠܐ ܕܒܝܫܘܬܐ ܡܦܣܩ. ܚܘܒܐ ܪ̈ܚܡܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܐܝܬ ܠܗ ܘܛܝܒܘܬܗ ܦܫܝܛܐ: ܚܘܒܐ ܡܬܒܙܚ: ܚܘܒܐ ܡܣܝܒܪ ܚܣܕܐ: ܚܘܒܐ ܡܬܟܒܫ. ܚܘܒܐ ܡܪܥܐ ܒܥܠܕ̈ܒܒܐ ܘܡܫܝܢ ܦܠܝ̈ܓܐ ܠܚܕ̈ܕܐ: ܚܘܒܐ ܡܩܒܠ: ܚܘܒܐ ܪܚܡ ܫܠܝܐ: ܪܚܡ ܡܟܝ̈ܟܐ: ܪܚܡ ܕܚ̈ܠܝܐ: ܪܚܡ ܚܟܝ̈ܡܐ: ܪܚܡ ܨܘܡܐ: ܡܚܒ ܨܠܘܬܐ: ܪܚܡ ܙܕܩܬܐ: ܪܚܡ ܦܫܝܛܐ: ܪܚܡ ܓܡܝܪ̈ܐ: ܪܚܡ ܐܦܝ̈ܩܘܬܐ: ܪܚܡ ܬܝ̈ܒܐ: ܪܚܡ ܒܢ̈ܝ ܫܝܢܐ ܡܪܚܡ ܡܚܣ ܡܟܢܫ ܡܠܩܛ ܡܠܗܒ ܡܚܕܐ. ܚܘܒܐ ܟܕ ܡܬܒܙܚ

AB] — 11 *B* om. ܦܨܝ. — 13 A *et iniquitatem delet et amovet peccata* ܡܚܐ ܥܘܠܐ ܘܡܥܒܪ ܚܛܗ̈ܐ. — 17 A om. ܡܣܝܒܪ... ܚܘܒܐ post ܚܘܒܐ et add. hanc clausulam lin. 19 post ܡܬܟܒܫ ܚܘܒܐ. — 21 *B* desinit ܪܚܡ primo.

ܨܥܪܗ ܡܣܝܒܪ ܘܢܝܚ ܘܡܫܬܐܩ ܘܡܬܡܟܟ. ܚܘܒܐ ܠܐ ܪܚܡ ܚܪܝܢܐ: ܠܐ ܚܕܐ ܒܦܠܓܘܬܐ: ܠܐ ܛܥܝܡ ܠܗ ܚܣܡܐ: ܠܐ ܒܥܐ ܒܝܘܡܬܐ: ܘܠܐ ܪܢܐ ܒܫܢܝܐ. ܚܘܒܐ ܓܝܪ ܢܓܝܪܐ ܗܝ ܪܘܚܗ ܡܚܣܢ: ܘܡܠܝܐ ܪܘܚ ܪܥܝܢܗ: ܡܥܠܝܐ ܡܫܬܘܕܥܢܘܬܗ: ܘܢܝܚܝܢ ܪܓܫܘܗܝ. ܚܘܒܐ ܠܐ ܡܒܙܚ: ܠܐ ܡܨܚܐ: ܠܐ ܡܡܝܩ: ܠܐ ܡܬܚܬܪ: ܠܐ ܡܫܬܒܗܪ: ܠܐ ܡܬܬܪܝܡ: ܠܐ ܡܬܥܠܐ. ܚܘܒܐ ܚܙܐ ܢܦܫܗ ܘܝܕܥ ܐܣܟܡܗ: ܫܠܐ ܘܫܬܝܩ ܘܡܟܝܟ: ܘܪܚܡ ܠܟܠ ܐܢܫ ܘܪܚܝܡ ܠܟܠ ܟܠ ܐܢܫ. ܚܘܒܐ ܒܛܢ ܫܠܡܐ: ܘܝܠܕ ܫܝܢܐ: ܡܗܦܟ ܛܘܒܬܐ: ܪܢܐ ܒܛܒܬܐ. ܚܘܒܐ ܓܝܪ ܠܐ ܡܙܕܟܐ ܡܢ ܒܝܫܐ. ܚܘܒܐ ܢܘܗܪܐ: ܚܘܒܐ ܡܠܚܐ: ܚܘܒܐ ܡܒܘܥܐ ܕܛܒܬܐ. ܚܘܒܐ ܛܒܥܐ ܛܒܐ: ܡܪܓܢܝܬܐ ܡܝܩܪܬܐ ܘܣܝܡܬܐ. ܛܒܥܐ ܕܟܠ ܚܘܒܐ. ܪܢܐ ܒܚܟܡܬܐ ܘܪܓܝܓܢ ܫܒܝܠܘܗܝ. ܚܘܒܐ ܡܕܥܐ ܚܠܝܡܐ: ܡܚܫܒܬܐ ܡܝܬܪܬܐ: ܬܪܥܝܬܐ ܕܣܒܪܐ: ܪܢܝܐ ܓܡܝܪܐ: ܬܐܪܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ. ܛܘܒܝܗ ܚܘܒܐ ܠܐܚܝܕܗ ܠܢܦܫܗ: ܕܒܗ ܡܬܝܠܕܝܢ ܦܐܪܐ ܒܣܝܡܐ: ܚܘܒܐ ܓܝܪ ܪܚܝܩ ܡܢ ܬܟܬܘܫ ܕܗܘ ܡܚܒܠܢܐ ܕܫܠܡܐ܀

taciteque perfert iniuriam. Caritas iram non amat, iurgio non gaudet, nec zelo delectatur. De [futuris] diebus non inquirit, nec quid sit de annis [venturis] animo volvit. *Caritas* enim *est longanimis et benigna*[1], cautum amplumque est eius ingenium, cogitatio sublimis, sensusque requietus. Caritas non irridet, nec vituperat aut cavillatur; *non inflatur,* nec superbit, nec se exaltat, neque effertur. Caritas seipsam considerat, proprium habitum novit, quieta silensque est ac temperata; omnes amat, et ab omnibus amatur. Caritas pacem concipit, et salutem parturit; reducit felicitatem, bona cogitat. Caritas enim a malo non superatur. Caritas lumen est, caritas est sal, caritas est fons bonorum, caritas est sigillum optimum, margarita pretiosa et thesaurus; signaculum omnium est caritas; sapientiam meditatur, et viae eius optabiles sunt. Caritas est mens sana, cogitatio praestantissima, consideratio spei, meditatio perfectissima, conscientia fidelis. Beatus ille qui tenet caritatem, per quam fructus suaves feliciter proveniunt. Caritas enim a contentione[2] recedit, quae paci exitiosa est.

A] — 8 A ܡܒܪܚ. Ego ܡܒܙܚ conieci secundum versionem armeniacam *ծաղրէ irridet* (Antonelli, p. 270).

[1] I Cor. XIII, 4, seqq. — [2] ܬܟܬܘܫ : eadem vox incerta iterum infra § 38 reperitur : in versione armeniaca legitur [illegible] et *յապարանս*. Vertenda videtur per *contentionem, irrisionem, iurgium.*

15. O rex saeculorum! ecce coram te procumbimus, qui erga creaturam tuam omnem magnanimum te exhibes. Omnia opera tenebrarum ante te clarescunt, hominumque cunctorum cogitationes nosti. Multi quidem ingrato animo escam a te percipiunt, et te in tuis operibus agnoscere renuunt. Tu secundum benignitatem tuam longanimem te praestas erga filios hominum, nosque ante iudicium tuum non iudicas, nec redarguis, nec condemnas, et gratia tua impiis non subtrahitur. Solem tuum oriri facis, pluviam tuam demittis, et spiritum tuum iubes adflare; pascis, sustentas, alis, recreas, impiique iuxta bonos in mundo relinquuntur, zizania cum tritico, peccatores cum iustis, reique iuxta innocentes. Propter triticum zizania usque ad messem servantur; iniqui, iustorum causa, usque in iudicium relinquuntur; peccatores ad finem usque propter bonos manebunt, et infideles ante iudicium ob pios homines non iudicabuntur. Si enim decem iusti reperti essent, urbes quinque propter ipsos fuissent servatae; Segor etiam propter Lot non subversa est. Pariter in diebus Ieremiae, si inventus fuisset qui stetisset in ruina et saepem circumduxisset[1], Ierusalem forte non fuisset subversa; ita

ܐܘ ܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ܂ ܗܐ ܣܓܕܝܢ ܚܢܢ ܠܟ ܕܢܓܝܪܐ ܗܝ ܪܘܚܟ ܠܘܬ ܟܠܗ ܒܪܝܬܟ܂ ܕܥܒܕܐ ܩܕܡܝܟ ܟܠ ܥܒܕܝ ܚܫܘܟܐ܂ ܢܗܝܪܝܢ ܐܝܟ ܬܪܥܝܬܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܟܠܗܘܢ܂ ܣܓܝܐܐ ܕܟܦܘܪܝ ܛܒܘ ܡܩܒܠܝܢ ܡܙܘܢܝܗܘܢ܂ ܘܡܬܟܦܪܝܢ ܠܟ ܒܥܒܕܝܟ܂ ܘܐܝܟ ܐܝܟ ܛܝܒܘܬܟ ܕܢܓܝܪܐ ܪܘܚܟ ܠܘܬ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܡܢ ܩܕܡ ܕܝܢܟ ܠܐ ܕܐܢܬ ܠܢ ܘܠܐ ܟܣܬ ܠܢ ܘܠܐ ܚܝܒܬ ܠܢ܂ ܘܛܝܒܘܬܟ ܠܐ ܟܠܝܐ ܡܢ ܪܫܝܥܐ. ܡܕܢܚ ܐܢܬ ܫܡܫܟ܂ ܘܡܚܬ ܐܢܬ ܡܛܪܟ܂ ܘܡܫܒ ܐܢܬ ܪܘܚܟ. ܘܪܥܐ ܐܢܬ ܘܡܬܪܣܐ ܐܢܬ܂ ܘܡܪܒܐ ܘܡܦܢܩ ܐܢܬ܂ ܘܡܫܬܒܩܝܢ ܪܫܝܥܐ ܥܡ ܛܒܐ ܒܥܠܡܐ ܘܙܝܙܢܐ ܥܡ ܚܛܐ ܘܚܛܝܐ ܥܡ ܙܕܝܩܐ ܘܚܝܒܐ ܥܡ ܙܟܝܐ. ܡܛܠ ܚܛܐ ܢܛܝܪܝܢ ܙܝܙܢܐ ܥܕܡܐ ܠܚܨܕܐ܂ ܡܛܠ ܛܒܐ ܡܫܬܒܩܝܢ ܪܫܝܥܐ ܥܕ ܕܝܢܐ܂ ܡܛܠ ܟܐܢܐ ܡܩܘܝܢ ܚܛܝܐ ܥܕ ܫܘܠܡܐ܂ ܡܛܠ ܙܕܝܩܐ ܠܐ ܡܬܕܝܢܝܢ ܟܦܘܪܐ ܥܕ ܕܝܢܐ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܐܫܬܟܚܘ ܥܣܪܐ ܙܕܝܩܝܢ ܡܫܬܘܙܒܢ ܗܘܝ ܚܡܫܐ ܡܕܝܢܢ ܡܛܠܬܗܘܢ܂ ܡܛܠ ܠܘܛ ܨܥܪ ܠܐ ܐܬܗܦܟܬ. ܘܒܝܘܡܝ ܐܪܡܝܐ ܐܠܘ ܐܫܬܟܚ ܗܘܐ ܕܩܐܡ ܒܬܪܥܬܐ ܘܓܕܪ ܓܕܪܐ܂ ܟܒܪ ܕܝܢ ܠܐ ܡܬܗܦܟܐ

AB] — 16 A ܘܡܬܪܣܐ. — 20 A ܡܩܘܝܢ.

[1] Ezech. xxii, 30. Vid. supra col. 575, not. 6.

ܐܬܪܥܝܘ: ܐܝܟ ܕܩܡ ܡܘܫܐ ܒܬܘܪܥܬܐ ܕܥܡܗ: ܘܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܣܓ ܣܝܓܐ: ܚܙܩܝܐ ܐܫܕ ܨܠܘܬܐ: ܘܐܣܐ ܩܪܒ ܒܥܘܬܐ: ܝܘܫܝܐ ܕܟܝ ܐܪܥܐ: ܕܢܝܐܝܠ ܐܦܢ ܫܒܝܬܐ: ܘܡܪܕܟܝ ܙܟܐ ܓܠܝܐܝܬ. ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܙܕܝܩܐ ܒܚܝܘܗܝ ܩܡ ܒܬܘܪܥܬܐ ܕܥܡܗ: ܘܐܫܕ ܒܥܘܬܐ ܘܐܪܥܝ ܪܚܡܘܗܝ ܕܥܠܝܐ܀

ܡܢܘܗܝ ܙܒܢܐ ܗܢܐ ܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܕܢܩܘܡ ܒܬܘܪܥܬܐ ܘܢܣܓ ܣܝܓܐ. ܕܠܐ ܢܬܡܠܐ ܐܦ ܥܠܝܢ ܡܠܬܐ ܕܢܒܝܐ ܟܕ ܡܟܣ ܠܢܒܝܐ ܕܓܠܐ ܕܥܡܗ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܐܝܟ ܬܥܠܐ ܒܚܘܪܒܬܐ ܗܘܘ ܢܒܝܝܟ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܠܐ ܣܠܩܬܘܢ ܒܬܘܪܥܬܐ ܘܠܐ ܣܓܬܘܢ ܣܝܓܐ ܥܠ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܛܘܒܘܗܝ ܠܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܕܝܗܒ ܣܡܡܢܐ ܘܥܡܠ ܒܟܪܝܗܐ. ܕܘܩܐ ܛܒܐ ܢܙܗܪ ܠܥܡܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܡܚܝܢܗ. ܘܐܬܠܝܛܐ ܫܦܝܪܐ ܢܙܟܐ ܒܐܓܘܢܐ ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܡܟܝܟܐ ܒܐܓܘܢܐ. ܘܐܪܕܝܟܠܐ ܚܟܝܡܐ ܢܥܡܩ ܫܬܐܣܬܐ ܕܠܐ ܢܦܠ ܒܢܝܢܗ ܡܢ ܓܠܠܐ. ܘܐܟܪܐ ܚܦܝܛܐ ܢܟܢܫ ܥܠܠܬܗ ܡܢ ܩܝܛܐ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܣܢܝܩܐ ܒܣܬܘܐ. ܘܢܛܘܪ ܬܪܥܐ ܒܬܪܥܐ ܕܠܐ ܢܬܕܡܟ ܡܢ ܫܢܬܐ: ܕܟܕ ܢܩܘܫ ܡܪܗ ܒܥܓܠ ܢܦܬܚ ܠܗ. ܘܬܓܪܐ

namque Moyses stetit in ruina populi sui, et Iosue filius Nun saepem circumposuit, Ezechias orationem fudit, et Asa deprecationem admovit, Iosias terram mundavit, Daniel captivitatem reduxit, et Mardochaeus propalam triumphavit. Omnium iustorum unusquisque, dum vixit, in ruina populi sui stetit, supplicationesque profudit, et misericordiam Altissimi placavit.

16. Quis autem hoc tempore sapiens est medicus, qui stet in ruina et saepem obducat? ne et super nos perficiatur sermo prophetae, falsos prophetas qui cum eo erant increpantis, eisque dicentis : *Quasi vulpes in desertis prophetae tui, Israel, erant. Non ascendistis in ruina, nec saepem circumduxistis pro filiis Israel*[1]. Felix medicus ille sapiens, qui medicamenta adhibens, operam in aegrotos impendit. Speculator bonus populum praemoneat. Egregius athleta in agone vincat, neque in certamine humilietur. Sapiens architectus fundamentum alte defodiat, ne aedificium eius fluctibus sternatur. Agricola solers fruges suas inde ab aestate colligat, ne hiemis tempore destituatur. Ad ianuam custos invigilet, ne somno obruatur, ut, cum pulsaverit dominus eius, confestim aperiat ei. Prudens mercator facultates

A] — 1 A ܐܬܪܥܝܘ. — 21 A ܡܩܠܐ.

[1] Ezech. XIII, 4, 5.

suas vendat, et margaritam sibi comparet qua locupletetur. Gubernator exsomnis navigium custodiat, ne submergatur navicula, et mercaturam eius pessumdet. Peritus auriga currum constringat, ne cadens irrideatur. Athleta strenuus in agone contendat, ne coronam amittat, sodalibusque suis in ludibrium vertatur. Probus dispensator conservos suos administret, nec dicat in corde suo : *Moram facit dominus meus venire*[1]. Operarii mercede conducti in vinea laborent, ut amplius possint confidenter requirere[2]. Iuvenes, [amici] Sponsi, vestes suas parent, ut, veniente eorum Domino, thalamum eius introeant. Pauperum sustentatores bona sua largius effundant, et thesauros suos ad locum qui ante eos est praemittant[3]. Filii pacis contentionem restinguant, ut digni iudicentur esse filii Patris qui in caelis est. Qui tubas inflant, populum moneant, ne anima quae deprehensa fuerit, in ipsis vindicetur. Captivi Ecclesiae[4] in castello commorentur, atque silentio opperiantur, donec exsurgat redemptio; et qui claves tenent intrantibus aperiant, ne et coram ipsis ianua regni occludatur. Qui mundo mortui sunt et a voluptatibus separati, mundo atque omnibus commotionibus eius abstineant.

ܢܗܘܐ ܙܒܢ ܩܢܝܢܗ: ܘܙܒܢ ܠܗ
ܡܪܓܢܝܬܐ ܕܢܥܬܪ. ܘܩܘܒܪܢܝܛܐ ܕܫܗܪ
ܢܛܪ ܐܣܦܝܢܗ: ܕܠܐ ܬܛܒܥ ܐܠܦܗ
ܘܢܘܒܕ ܐܬܓܘܪܬܗ. ܘܗܘܢܬܢܐ ܡܕܒܪܢܐ
ܢܚܙܘܩ ܡܪܟܒܬܗ: ܕܠܐ ܢܦܠ ܘܢܬܓܚܟ.
ܘܐܬܠܝܛܐ ܙܪܝܙܐ ܢܬܟܬܫ ܒܐܣܛܕܝܐ:
ܕܠܐ ܢܘܒܕ ܟܠܝܠܗ ܘܢܗܘܐ ܓܘܚܟܐ
ܠܚܒܪܘܗܝ. ܘܪܒܝܬܐ ܛܒܐ ܢܦܪܢܣ
ܟܢܘ̈ܬܗ: ܘܠܐ ܢܐܡܪ ܒܠܒܗ: ܕܡܘܚܪ
ܡܪܝ ܠܡܐܬܐ. ܦܥܠܐ ܐܓܝܪ̈ܐ
ܢܦܠܚܘܢ ܒܟܪܡܐ ܕܢܬܒܥܘܢ ܝܬܝܪܐ
ܟܕ ܡܦܪܣܝܢ ܐܓܪܝܗܘܢ. ܒܢܝ̈ ܓܢܘܢ
ܥܠܝܡܐ ܢܛܝܒܘܢ ܠܒܘܫܝܗܘܢ: ܕܟܕ
ܢܐܬܐ ܡܪܗܘܢ ܢܥܠܘܢ ܠܓܢܘܢܗ.
ܡܦܪ̈ܢܣܢܐ ܡܣܟܢ̈ܐ ܢܦܙܪܘܢ ܢܟܣܝܗܘܢ
ܘܣܝܡܬܗܘܢ ܢܫܕܪܘܢ ܠܐܬܪܐ ܕܩܕܡܝܗܘܢ.
ܡܒܛܠܝܢ ܕܚܪܝܢܐ ܒܢܝ̈ ܫܝܢܐ
ܕܢܫܘܘܢ ܕܒܢ̈ܝܐ ܢܗܘܘܢ ܠܐܒܐ ܕܒܫܡܝܐ.
ܡܩܪܝܢ ܒܩܪ̈ܢܬܐ ܢܙܗܪܘܢ ܠܥܡܐ ܕܠܐ
ܐܢ ܢܦܫܐ ܕܡܬܬܚܕܐ ܒܐܝ̈ܕܝܗܘܢ
ܡܬܬܒܥܐ. ܘܐܣܝܪ̈ܝ ܥܕܬܐ ܢܬܒܘܢ
ܒܚܣܢܐ: ܘܢܫܬܩܘܢ ܒܫܠܝܐ ܕܢܩܘܡ
ܦܘܪܩܢܐ. ܘܐܚܝ̈ܕܝ ܩܠܝ̈ܕܐ ܢܦܬܚܘܢ
ܠܥܐܠܝܢ ܕܠܐ ܐܦ ܡܠܟܘܬܐ ܢܬܐܚܕ
ܒܐܦܝܗܘܢ. ܡܝ̈ܬܝ ܠܥܠܡܐ ܡܦܪ̈ܫܝܢ
ܪ̈ܓܝܓܬܐ ܢܬܪܚܩܘܢ ܠܥܠܡܐ ܡܢ
ܟܠܗ̇ ܡܫܓܫܢܘܬܗ. ܡܝܬܪܝܢ ܡܢ

A*B*] — 12 A ܘܡܠܟܝܢ. — 26 *B* incipit ܡܢ ܟܠܗܘܢ.

[1] Matth. xxiv, 48. — [2] Cf. Matth. xx, 10. — [3] Cf. Matth. vi, 20. Vid. Demonstr. vii, § 18. — [4] Cf. infra § 38.

ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܦܪܩܘ ܒܕܡ ܝܩܝܪܐ ܢܙܕܗܪܘܢ ܡܢ ܢܘܪܐ ܘܚܫܘܟܐ ܒܪܝܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܠܒܝܫܝܢ ܫܪܝܢܐ ܢܐܣܪܘܢ ܒܚܬܝܪܘܬܐ: ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܓܘܚܟܐ ܠܟܠܗܘܢ ܚܒܪܝܗܘܢ. ܘܕܡܣܟܝܢ ܠܩܥܬܐ ܢܨܒܬܘܢ ܫܪܓܝܗܘܢ: ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܚܣܝܪܝܢ ܐܝܟ ܒܬܘܠܬܐ ܣܟܠܬܐ. ܘܕܒܢܝܢ ܡܓܕܠܐ ܢܚܫܒܘܢ ܢܦܩܬܗ: ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܓܘܚܟܐ ܠܥܒܪܝ ܐܘܪܚܐ. ܘܪܥܘܬܐ ܚܪܝܦܐ ܢܗܘܘܢ ܒܨܝܦܘܬܗܘܢ: ܕܢܩܒܠܘܢ ܦܘܪܥܢܐ ܡܢ ܪܒ ܪܥܘܬܐ. ܘܡܩܒܠܝܢ ܟܣܦܐ ܢܣܒܘܢ ܬܘܬܪܐ: ܕܠܐ ܥܡ ܥܒܕܐ ܒܝܫܐ ܢܦܩܘܢ ܠܚܫܘܟܐ. ܘܕܚܠܝܡܝܢ ܪܥܝܢܐ ܢܫܠܚܘܢ ܟܘܪܗܢܐ: ܘܠܐ ܢܕܚܠܘܢ ܡܢ ܥܠܥܐ ܘܓܠܠܐ ܕܩܝܡܝܢ. ܘܡܣܬܡܟܝܢ ܒܡܫܬܘܬܐ ܢܛܝܒܘܢ ܕܘܪܫܢܐ ܘܢܬܩܢܘܢ ܬܪܥܐ: ܕܢܫܘܘܢ ܠܗ ܠܓܢܘܢܐ. ܘܕܫܩܝܠܝܢ ܢܝܪܐ ܢܣܒܪܘܢ ܚܣܕܐ. ܘܒܬܘܠܬܐ ܚܟܝܡܬܐ ܢܨܒܬܢ ܫܪܓܝܗܝܢ܀

ܢܡܟܟ ܢܦܫܢ ܚܒܝܒܝ ܒܥܡܠܐ ܘܒܠܐܘܬܐ ܘܒܫܗܪܐ ܘܒܒܥܘܬܐ ܘܒܨܘܡܐ ܘܒܨܠܘܬܐ ܘܒܬܟܫܦܬܐ ܒܬܢܚܬܐ: ܕܠܡܐ ܒܫܠܝ ܢܬܕܒܪ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܢܬܚܝܒ ܒܕܝܢܗ ܟܐܢܐ ܕܐܠܗܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܙܕܩܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܕܠܐ ܚܢܢ ܢܬܒܣܐ ܡܢܗ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܢܒܝܐ: ܕܡܛܠ ܕܐܢܬ ܐܣܠܝܬ ܢܡܘܣܗ

Qui ex aquis renati sunt pretiosoque sanguine redempti, ab igne et tenebris exterioribus caveant. Qui loricam induerunt, strenue se accingant, ne cunctis sodalibus suis in derisum veniant. Qui praestolantur clamorem, lucernas suas ornent, ne sicut virgines fatuae penuriam patiantur. Qui turrim aedificant, sumptus eius computent, ne viam transeuntibus vertantur in illusionem. Pastores strenui gregibus suis curam impendant, ut a Principe pastorum praemium obtineant. Qui pecuniam acceperunt lucrum proferant, ne cum servis nequam in tenebras eiiciantur. Quibus sana mens est, morbo se exuant, neque a procellis aut consurgentibus fluctibus reformident. Qui convivio accumbunt, munera praeparent vestibusque ornentur, ut thalamo digni habeantur. Qui iugum patiuntur, opprobrium sustineant. Prudentes virgines lucernas suas aptent.

17. Nosmetipsos humiliemus, dilectissimi, labore, fatigatione, vigiliis, supplicatione, ieiunio, oratione atque obsecratione cum gemitibus, ne ex hoc mundo derepente abducti, iusto Dei iudicio condemnemur. Non enim debemus ministerium Sancti spernere, ne et nos ab ipso reprobemur, quemadmodum per prophetam dixit: *Quia tu legem Dei repulisti,*

AB] — 2 A ܘܚܫܘܟܐ. — 3 A ܢܬܥܛܦܘܢ] ܢܬܐܣܪܘܢ. — 12 A ܥܒܕܐ] ܥܒܕܐ. — 14 A ܥܠܥܐ ܘܓܠܠܐ. — 20 B ܢܡܟܟ. — 21 B om. ܘܒܫܗܪܐ.

repellam te a sacerdotio[1]. Iterum scriptum est : *Glorificantes me glorificabo; qui autem contemnunt me, ignominia afficientur*[2].

18. Considerate autem qualem retributionem acceperint sacerdotes qui ministerium eius sprevere. Nadab et Abiu, sacerdotes sancti, induti ephod, rationali cooperti, accincti bysso, purpura ornati, portantes coronas et mitras et tiaras, sacrificia offerentes, Israel expiantes, populum docentes, et coetum sanctificantes, brevi caecitate correpti, ministerium Sancti contempserunt, et ignem alienum intempestive admoverunt; ideo ignis ex eorum thuribulis erumpens devoravit eos; et abstulerunt eos, et proiecerunt extra castra. Non autem Nadab et Abiu duntaxat, verum et Ophni ac Phinees, filii Heli sacerdotis, cum magis seipsos honorarent quam commissum eis ministerium, munusque a populo cupide subriperent, et mulieres quae in tabernaculo orabant dedecore afficerent, ipsos tamen Heli, pater eorum, acriter vehementerque non corripuit, sed ignave ac segniter obiurgavit, universum audiens populum reclamantem quod sacerdotes doctores pessime se gererent; iisque advocatis dixit : *Filii, quis est rumor iste quem ego*

ܕܠܐ ܐܣܠܝܢܟ ܡܢ ܟܗܢܘܬܐ. ܘܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܡܝܩܪܝܢ ܠܝ ܐܝܩܪ: ܘܡܫܝܛܝܢ ܠܝ ܢܬܒܣܪܘܢ ✠

ܚܙܘ ܕܝܢ ܐܝܢܐ ܦܘܪܥܢܐ ܩܒܠܘ ܟܗܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܒܣܘ ܒܬܫܡܫܬܗ: ܢܕܒ ܘܐܒܝܗܘ ܟܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܠܒܝܫܝ ܦܝܕܐ ܘܡܬܥܛܦܝ ܚܘܫܢܐ ܘܡܚܝܪܝ ܒܘܨܐ ܘܡܬܥܛܦܝܢ ܒܐܪܓܘܢܐ ܫܩܝܠܝ ܟܠܝܠܐ ܡܨܢܦܬܐ ܘܡܨܢܦܬܐ: ܡܩܪܒܝܢ ܩܘܪܒܢܐ ܘܡܚܣܝܢ ܐܝܣܪܝܠ ܘܡܠܦܝܢ ܠܥܡܐ ܘܡܩܕܫܝܢ ܟܢܘܫܬܐ: ܡܢ ܩܠܝܠ ܒܣܡܝܘܬܐ ܢܟܠܐ ܕܟܠܗܘܢ ܘܒܣܘ ܒܬܫܡܫܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܘܐܩܪܒܘ ܢܘܪܐ ܢܘܟܪܝܬܐ ܕܠܐ ܒܙܒܢܗ: ܢܦܩܬ ܢܘܪܐ ܡܢ ܦܝܪܡܝܗܘܢ ܘܐܟܠܬ ܐܢܘܢ: ܘܐܦܩܘ ܐܢܘܢ ܠܒܪ ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ. ܘܠܐ ܒܠܚܘܕ ܢܕܒ ܘܐܒܝܗܘ: ܐܠܐ ܐܦ ܚܦܢܝ ܘܦܢܚܣ ܒܢܝ ܥܠܝ ܟܗܢܐ: ܟܠ ܕܝܩܪܘ ܢܦܫܗܘܢ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܐܫܬܠܡܬ ܗܘܬ ܠܗܘܢ: ܘܢܣܒܝܢ ܙܪܝܙܐ ܡܢ ܥܡܐ ܡܘܗܒܬܐ: ܘܡܒܙܚܝܢ ܢܫܐ ܕܡܨܠܝܢ ܗܘܝ ܒܡܫܟܢ ܙܒܢܐ: ܥܠܝ ܐܒܘܗܘܢ ܠܐ ܟܐܐ ܒܗܘܢ ܒܩܫܝܐܝܬ ܘܒܚܣܝܢܐܝܬ: ܐܠܐ ܪܦܝܐܝܬ ܘܡܫܚܠܦܐܝܬ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܟܕ ܫܡܥ ܡܢ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܓܥܝܢ ܗܘܘ ܕܒܒܝܫܬܐ ܟܗܢܐ ܡܠܦܢܐ ܡܬܕܒܪܝܢ: ܘܩܪܐ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ

AB] — 7 A ܡܬܥܛܦܝܢ. — 8 A ܒܐܪܓܘܢܐ. — 9 B ܒܟܠܠܐ. — 10 A ܡܚܣܝܢ. — 22 A add. ܗܘܐ [ܟܐܐ. — 23 A ܘܡܫܚܠܦܐܝܬ. — 28 A ܕܡܬܕܒܪܝܢ. — *Ib.* A om. ܡܠܦܢܐ.

[1] Os. IV, 6. — [2] I Sam. II, 30.

ܠܟܘܢ: ܒܢܝ̈ ܛܒܐ ܗܝ ܫܡܥܬܐ ܗܕܐ ܕܫܡܥ ܐܢܐ ܒܟܘܢ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܥܡܐ ܕܡܥܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܥܡܗ ܕܐܠܗܐ. ܠܐ ܒܢܝ̈: ܠܐ ܫܦܝܪܐ ܫܡܥܬܐ ܗܕܐ ܕܫܡܥ ܐܢܐ ܒܟܘܢ. ܐܢ ܓܝܪ ܓܒܪܐ ܒܓܒܪܐ ܢܚܛܐ ܡܢ ܡܪܝܐ ܢܒܥܐ: ܐܢ ܒܡܪܝܐ ܢܚܛܐ ܓܒܪܐ ܡܢ ܡܢ ܢܒܥܐ. ܗܕܐ ܗܝ ܡܪܬܐ ܢܫܝܫܬܐ ܕܐܪܐ ܥܠܝ ܥܠ ܒܢܘ̈ܗܝ: ܘܫܬܩ ܠܗ ܡܒܬܪܟܢ ܡܪܕܘܬܐ ܠܐ ܩܒܠܘ. ܐܘ ܥܠܝ ܟܗܢܐ ܪܒܐ ܕܥܡܐ. ܟܕ ܠܐ ܫܡܥܘܟ ܒܢܝ̈ܟ ܓܒܪ̈ܐ ܒܛܝܠܐ ܠܐ ܝܐܐ ܗܘܐ ܠܟܗܢܘܬܐ ܕܡܫܡܫ ܗܘܝܬ ܕܬܫܬܘܬܦ ܠܚܛܗ̈ܐ ܕܒܢܝ̈ܟ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ. ܐܠܐ ܓܠܝܐ ܗܘ ܕܐܟܣܝ̈ ܠܥܡܐ ܗܘܐ ܒܦܘܡܗ ܘܠܐ ܡܢ ܠܒܗ ܟܠܗ.

ܡܛܠ ܗܕܐ ܙܗܪܢ ܦܪܘܩܢ: ܕܐܢ ܥܝܢܟ ܡܟܫܠܐ ܠܟ ܚܨܝܗ ܫܕܝܗ ܡܢܟ: ܐܘ ܐܝܕܟ ܐܘ ܪܓܠܟ: ܕܗܠܝܢ ܐܝܟ ܗܕ̈ܡܐ ܕܡܝܬܪܝܢ ܒܦܓܪܐ ܥܝܢܐ ܕܚܙܝܐ ܘܐܝܕܐ ܕܦܠܚܐ ܘܪܓܠܐ ܕܡܗܠܟܐ: ܘܐܦ ܟܕ ܗܠܝܢ ܗܕ̈ܡܐ ܡܟܫܠܝܢ ܠܟ ܦܣܘܩ ܫܕܝ ܐܢܘܢ ܡܢܟ: ܡܠܚܘܕ ܐܝܟ ܡܢ ܚܝ̈ܐ ܢܦܬܐ ܠܐ ܬܗܘܐ. ܐܦ ܡܘܫܐ ܙܗܪ ܐܝܟ ܦܪܘܩܢ: ܕܐܢ ܒܪܟ ܐܘ ܒܪܬܟ ܐܘ ܐܢܬܬ ܩܝܡܟ ܐܘ ܪܚܡܟ ܕܐܝܟ ܢܦܫܟ: ܐܢ ܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܢܓܪܓܟ ܘܢܐܡܪ

audio de vobis ab universo populo, quod probris vexatis populum Dei? Nequaquam, filii mei; haud decorum est rumor iste quem audio ego de vobis. Si peccaverit vir in virum, Dominum deprecabitur; si autem in Dominum peccaverit vir, quem deprecabitur[1]? Haec fuit castigatio segnis qua Heli in filios suos usus est, posteaque siluit; ipsi autem eius reprehensione emendationem non exceperunt. O Heli, summe sacerdos populi! cum te filii tui, viri nequam, non obaudirent, sacerdotio quo fungebaris indecorum prorsus erat scelerum quae filii tui patrabant participem te fieri! Perspicuum vero est ipsum eos respectu populi, non autem ex animo corripuisse.

19. Idcirco monuit nos Salvator noster : *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et proiice abs te; et similiter manus tua aut pes tuus*, quae membra praestantissima sunt in corpore, oculus nempe qui videt, manus quae laborat, et pes qui ambulat; si haec ipsa membra *te scandalizant, abscide ea, et proiice abs te*[2], ut tantummodo a vita non arcearis. Moyses etiam idem quod Salvator praeceptum dedit : *Si filius tuus aut filia tua, aut uxor foederis tui, aut amicus qui tibi est ut anima tua, si, inquam, unus ex istis te invi-*

AB] — 1 A ܗܘܘ. — 4 A ܡܫܡܥ ܗܘܐ. — 3 B om. ܠܟܘܢ. — 6 A ܒܓܒܪܐ ܡܢ ܡܪܝܐ. — 10 A add. ܓܒܪܐ [ܥܠܝ. — 12 B ܕܡܫܡܫ. — 14 A om. ܗܘ. — *Ib.* AB ܕܐܟܣܝ̈. — 21 A ܗܕܡܝܗ. — 26 B ܘܐܡܪ.

[1] I Sam. II, 23-25. — [2] Matth. V, 29, 30.

taverit dicens tibi: Derelinque Dominum; veni, eamus et serviamus diis alienis; ne audias eos, neque adquiescas, nec parcas, neque occultes eos; verum lapidibus obruantur, et pereant[1]. Porro filius et filia, et uxor iuventutis sunt membra pretiosa, oculus scilicet, manus aut pes, in toto corpore praestantissima atque carissima. Rursus nos edocuit Salvator noster; *Qui non diligit me plus quam patrem suum aut matrem suam, aut plus quam animam suam, non potest esse meus discipulus*[2]. Iterum Moyses ait: *Dilige Dominum Deum tuum ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis, et ex omni facultate tua*[3]. Haec nos Scripturae sacrae docent, ut a Deo diligi et in praestantissimum eius regnum introduci eorum ope contendamus.

20. Etenim, propter sua peccata, filii Aaron, sacris [vestimentis] induti, extra castra in locum pollutum immisericorditer proiecti sunt. Ob peccata filiorum Heli populus Israel Philistaeorum gladio occubuit, arca foederis abducta est, et Azotum, in Dagonis templum, sedem immundam, illata. Rursus Ozam sacerdotem, cum ministerium arcae Domini sprevisset, Dominus plaga percussit, et mortuus est. Qualis autem fuit, carissimi, haec Ozae contemptio? nisi quod arcam plaustro invexit[4], legem trans-

ܠܟ: ܕܫܒܘܩ ܠܡܪܝܐ: ܬܐ ܢܐܙܠ ܢܦܠܘܚ ܠܐܠܗܐ ܢܘܟܪܝܐ: ܠܐ ܬܫܡܥ ܘܠܐ ܬܬܛܦܣ ܘܠܐ ܬܚܘܣ ܘܠܐ ܬܟܣܐ ܥܠܝܗܘܢ ܐܠܐ ܒܟܐܦܐ ܢܬܪܓܡܘܢ ܘܢܡܘܬܘܢ. ܕܐܢܫܝܗܘܢ ܒܪܐ ܘܒܪܬܐ ܘܐܢܬܬܐ ܕܛܠܝܘܬܐ ܗܕܡܐ ܝܩܝܪܐ ܥܝܢܐ ܘܐܝܕܐ ܘܪܓܠܐ ܕܡܫܒܚܝܢ ܘܚܒܝܒܝܢ ܒܟܠܗ ܦܓܪܐ. ܬܘܒ ܠܗܘ ܐܠܦܢ: ܕܡܢ ܕܠܐ ܪܚܡ ܠܝ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܐܒܘܗܝ ܘܠܐܡܗ ܘܝܬܝܪ ܡܢ ܢܦܫܗ: ܠܬܠܡܝܕܐ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܗܘܐ ܠܝ. ܘܡܘܫܐ ܐܡܪ: ܕܪܚܡ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܡܢ ܟܠܗ ܢܦܫܟ ܘܡܢ ܟܠܗ ܚܝܠܟ ܘܡܢ ܟܠܗ ܩܢܝܢܟ. ܗܠܝܢ ܐܠܦܢ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ: ܕܢܬܚܫܚ ܒܗܘܢ ܕܢܬܪܚܡ ܠܐܠܗܐ ܘܢܥܘܠ ܠܡܠܟܘܬܗ ܡܝܬܪܬܐ܀

ܡܛܠ ܚܛܗܝܗܘܢ ܓܝܪ ܕܒܢܝ ܐܗܪܘܢ ܠܒܝܫܝ ܩܘܕܫܐ ܐܫܬܕܝܘ ܠܒܪ ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ ܕܠܐ ܚܘܣܢ ܒܐܬܪܐ ܛܡܐܐ: ܘܡܛܠ ܥܘܠܐ ܕܒܢܝ ܥܠܝ ܢܦܠ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܒܚܪܒܐ ܕܦܠܫܬܝܐ: ܘܐܪܘܢܐ ܕܩܝܡܐ ܐܫܬܒܝܬ: ܘܐܥܠܘܗ ܠܐܫܕܘܕ ܠܒܝܬ ܕܓܘܢ ܒܝܬܐ ܛܡܐܐ. ܬܘܒ ܐܦ ܥܘܙܐ ܟܗܢܐ ܥܠ ܕܒܣܝ ܬܫܡܫܬܐ ܕܐܪܘܢܐ ܕܡܪܝܐ. ܡܚܝܗ ܡܪܝܐ ܡܚܘܬܐ ܘܡܝܬ. ܡܢܐ ܗܘܐ ܚܒܝܒܝ ܒܣܝܢܘܬܗ ܕܥܘܙܐ. ܐܠܐ ܥܠ ܕܫܩܠ ܐܪܘܢܐ ܒܥܓܠܬܐ ܘܥܒܪ

AB] — 26 A ܡܚܝܗ.

[1] Deut. XIII, 6, 8, 10. — [2] Luc. XIV, 26. Cf. Matth. X, 37. — [3] Deut. VI, 5. — [4] Vid. Praef. § 11.

ܢܡܘܣܐ ܘܥܒܕ ܡܕܡ ܕܠܐ ܐܬܦܩܕ ܡܢ ܡܘܫܐ: ܡܛܠ ܕܟܕ ܩܪܒܘ ܐܘܪ̈ܒܢܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܕܚܘܕܬܐ ܕܡܫܟܢܐ ܬܘܪ̈ܐ ܐܘܟܝܬ ܘܥܓܠ̈ܬܐ ܦܩܕ ܡܪܝܐ ܠܡܘܫܐ ܥܒܕܗ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܣܒ ܡܢܗܘܢ ܘܗܒ ܠܠܘܝ̈ܐ ܕܢܥܒܕܘܢ ܒܗܝܢ ܒܥܓܠ̈ܬܐ ܦܘܠܚܢܐ ܕܡܫܟܢ ܙܒܢܐ ܘܢܫܩܠܘܢ ܒܥܓܠ̈ܬܐ ܟܠܗ ܬܫܡܫܬܐ ܕܡܫܟܢ ܙܒܢܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܬܘܒ: ܕܗܒ ܠܒܢ̈ܝ ܓܪܫܘܢ ܐܝܟ ܦܘܠܚܢܗܘܢ: ܘܠܒܢ̈ܝ ܩܗܬ ܠܐ ܬܬܠ ܡܛܠ ܕܦܘܠܚܢܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܫܠܡ ܠܗܘܢ ܥܠ ܟܬܦܬܗܘܢ ܢܫܩܠܘܢ ܒܐܝܩܪܐ ܘܒܪܒܘܬܐ ܘܒܫܘܒܚܐ. ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܚ̈ܝ ܕܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܩܐ ܠܐ ܡܬܥܠܝܐ ܐܣܬܠܩܬ ܥܠ ܥܓܠܬܐ ܥܕܡܐ ܠܗܘ ܙܒܢܐ ܕܟܕ ܫܕܪܘܗ ܣܪ̈ܢܐ ܕܦܠܫܬܝ̈ܐ ܘܣܡܘܗ ܥܠ ܥܓܠܬܐ ܟܕ ܢܩܝܦܢ ܠܗ ܬܪ̈ܬܝܢ ܬܘܪ̈ܢ ܕܡܫܠܚܝܢ ܒܢ̈ܝܗܝܢ ܡܢ ܒܬܪܗܝܢ. ܘܟܕ ܩܒܠܘܗ ܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܩܒܘܬܐ: ܐܚܬܘܗ ܠܠܘܝ̈ܐ ܡܢ ܥܓܠܬܐ: ܕܟܕ ܫܕܪܘܗ ܦܠܫܬܝ̈ܐ: ܘܣܡܘܗ ܒܒܝܬ ܐܒܝܢܕܒ ܕܓܒܥܬܐ. ܒܗ ܒܗܘ ܒܙܢܐ ܪܓܝܢ ܗܘܘ ܕܢܫܩܠܘܢ ܠܗ ܘܠܐ ܥܠ ܟܬܦܬܗܘܢ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܩܕܝܫܐ ܠܡܘܫܐ ܘܡܘܫܐ ܦܩܕ ܠܟܗܢ̈ܐ. ܡܕܡ ܠܐ ܐܣܬܟܠ ܕܐܦ ܥܘܙܐ ܕܝܫܘܥ ܟܕ ܥܒܪ ܝܘܪܕܢܢ ܐܠܗܐ

grediens, et contra Moysi praeceptum agens. Nam cum principes Israel in dedicatione tabernaculi munera obtulissent, boves scilicet atque plaustra, praecepit Dominus Moysi servo suo dicens : *Sume ex eis, et trade levitis, ut plaustra in servitium tabernaculi adhibeant*[1], ut in ipsis omne ministerium tabernaculi convectent. Ait autem ei : *Trade filiis Gerson iuxta necessitatem ministerii eorum; non vero dabis ea filiis Caath, qui ministerium sanctuarii, ipsis iniunctum*, honoris et dignitatis et gloriae causa, *propriis humeris portabunt*[2]. Nostis, fratres, arcam foederis plaustro nondum subvectam fuisse, quando satrapae Philistaeorum eam remittentes imposuerunt plaustro, cui vaccas duas iunxerunt, quas vituli ablactati sequebantur. Cumque filii Israel arcam receperunt, levitae deposuerunt eam de plaustro in quo ipsam Philistaei remiserant, atque in domum Abinadab in Gabaa collocaverunt. Eodem autem modo et illi voluerunt eam vehere, non vero propriis humeris, quemadmodum Sanctissimus Moysi praeceperat, et Moyses sacerdotibus tradiderat. Illud etiam non animadvertit Oza, quod Iosue filio Nun, quando Iordanem transivit, Deus

AB] — 3 A ܡܫܟܢܐ. — 13 A ܘܒܪܘܪܒܘܬܐ. — 14 A ܐܚܝ. — 16 A ܥܓܠܬܐ.

[1] Num. vii, 5. — [2] *Ib.* vii, 7, 9.

mandaverat : Sacerdotes portabunt arcam, antecedentque populum, et Iordanis dividetur; et omnis populus perrexit[1]. Ex hoc saltem eruditus est Oza, ideoque iudicium irae iure merito sustulit. David autem videns Dominum eo ictu Ozam percussisse, veritus est arcam Dei ad se introducere; propterea intulerunt eam in domum Obededom Gethaei, quod esset Obededom e Geth Philistaeorum, e populo coinquinato, non vero ex Israel; proindeque novit hominem qui arcam Dei non honoraret, doloribus aegerrimis pessimisque plagis multatum iri, sicut Philistaei mariscis perculsi sunt, et Accaronitae ululaverunt dicentes : In Geth redeat arca[2]. Exinde novit Obededom Philistaeos arcam educentes munus dedisse. Filii Heli, Ophni et Phinees sacerdotes, ministerii contemptores, interfecti sunt; Philistaei autem timuerunt, et arcam Dei honore coluerunt; etiamque cum illam remitterent muneribus eam prosecuti sunt; et veluti quoddam numen magnum eorum oculis reputabatur. Antea enim videntes eam in castra advenire, dicebant : *Vae nobis, nam ecce venit Deus in castra Hebraeorum. Roboramini Philistaei, quia hic est Deus qui peremit Aegyptum omnibus plagis*[3].

ܦܩܕܗ ܐܠܗܐ: ܕܢܫܩܠܘܢ ܟܗܢܐ ܠܩܒܘܬܐ ܘܢܐܙܠܘܢ ܩܕܡ ܥܡܐ ܘܢܬܦܠܓ ܝܘܪܕܢܢ: ܘܥܒܪ ܟܠܗ ܥܡܐ. ܡܢ ܗܕܐ ܐܬܚܟܡ ܥܙܐ: ܡܛܠ ܗܢܐ ܩܒܠܗ ܕܝܢܐ ܕܪܘܓܙܐ ܒܟܐܢܘ. ܘܕܘܝܕ ܟܕ ܚܙܐ ܕܡܚܐ ܡܪܝܐ ܠܥܙܐ ܒܚܪܐ ܕܚܠ ܠܡܥܠܘ ܠܩܒܘܬܗ ܠܘܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܣܛܝ ܐܥܠܘܗ ܠܒܝܬܗ ܕܥܒܕܐܕܘܡ ܓܬܝܐ: ܡܛܠ ܕܥܒܕܐܕܘܡ ܓܬܝܐ ܗܘܐ ܡܢ ܦܠܫܬܝܐ ܡܢ ܥܡܐ ܛܡܐܐ ܘܠܐ ܡܢ ܐܝܣܪܐܝܠ. ܘܝܕܥ ܗܘܐ ܕܡܢ ܕܠܐ ܡܝܩܪ ܠܩܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܐ ܒܡܚܘܬܐ ܩܫܝܬܐ ܘܒܝܫܬܐ ܒܡܚܘܬܐ ܐܝܟ ܕܡܚܘ ܦܠܫܬܝܐ ܒܛܚܘܪܝܗܘܢ ܘܐܝܠܠܘ ܥܩܪܘܢܝܐ ܘܐܡܪܘ: ܕܠܓܬ ܐܙܠܐ ܩܒܘܬܐ. ܡܢ ܗܘ ܝܕܥ ܗܘܐ ܥܒܕܐܕܘܡ ܕܟܕ ܦܠܫܬܝܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܕܐܦܩܘܗ ܩܘܪܒܢܐ ܠܩܒܘܬܐ. ܘܐܬܩܛܠܘ ܒܢܝ ܥܠܝ ܚܦܢܝ ܘܦܢܚܣ ܟܗܢܐ ܡܒܣܪܝ ܬܫܡܫܬܐ: ܘܕܚܠܘ ܦܠܫܬܝܐ ܡܢ ܩܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܐܦ ܟܕ ܫܕܪܘܗ ܒܩܘܪܒܢܐ ܫܕܪܘܗ: ܘܐܝܟ ܐܠܗܐ ܪܒܐ ܚܫܝܒܐ ܗܘܬ ܒܥܝܢܝܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܩܕܡ ܟܕ ܚܙܐܘܗ ܕܐܬܬ ܠܡܫܪܝܬܐ ܐܡܪܝܢ: ܘܝ ܠܢ. ܡܛܠ ܕܗܐ ܐܬܐ ܐܠܗܐ ܠܡܫܪܝܬܐ ܕܥܒܪܝܐ. ܐܬܚܝܠܘ ܦܠܫܬܝܐ: ܡܛܠ ܕܗܢܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܡܚܐ ܠܡܨܪܝܢ ܒܟܠ ܡܚܘܢ.

AB] — 11 *B* ܘܝܕܥ. — 17 A ܩܘܪܒܢܐ. — 26 A add. ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܘܗܘܘ [ܐܬܚܝܠܘ]. — *Ib.* A ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܡܚܐ.

[1] Ios. III, 13, 14. — [2] I Sam. V, 6, seqq. — [3] *Ib.* IV, 7-9.

ܚܙܘ ܚܒܝܒܝ ܕܥܒܕܐܕܘܡ ܓܬܝܐ
ܡܛܠ ܕܥܠܬ ܠܒܝܬܗ ܩܒܘܬܗ
ܕܐܠܗܐ ܐܬܒܪܟ. ܘܟܕ ܐܣܩܗ ܕܘܝܕ ܡܢ
ܒܝܬ ܥܒܕܐܕܘܡ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܨܗܝܘܢ
ܦܩܕ ܠܟܘܡܪܐ ܘܢܫܩܠܘܗ ܥܠ ܟܬܦܬܗܘܢ.
ܘܗܘ ܕܝܢ ܒܗܠܟ ܒܪܓܠܘܗܝ ܡܫܒܚ
ܗܘܐ ܘܡܫܘܪ ܗܘܐ ܩܕܡ ܩܒܘܬܐ ܘܒܣܬ
ܒܗ ܡܝܟܠ ܒܪܬ ܫܐܘܠ܀

ܗܠܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܐܠܨܐ ܠܢ
ܠܡܟܬܒ: ܕܢܥܗܕ ܢܦܫܢ ܐܦ
ܠܟܘܢ ܕܟܠ ܕܓܕܫ ܒܙܒܢܢ
ܕܩܕܝܫܐ ܫܛܢ ܠܢ ܗܠܝܢ ܦܓܥܝܢ
ܒܗܘܢ ܙܒܢܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܝܩܪܢܝܗܝ
ܝܗܒܢ ܠܡܒܙܚܘ ܐܝܟ ܒܥܠܕܒܒܝܢ
ܘܐܫܝܛܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ: ܕܡܫܝܛܝܢ ܠܝ
ܢܬܒܣܪܘܢ܀

ܚܫܟܘ ܓܝܪ ܡܪܥܝܢܝܢ ܒܪܡܘܬܐ:
ܘܒܕܪܬ ܪܓܝܓܬܐ: ܘܛܡܫܬ ܡܒܘܥܝ
ܚܟܡܬܐ: ܘܥܩܪܝ ܝܘܠܦܢܐ ܐܬܥܩܪܘ ܒܪ
ܚܡܬ ܟܣܦܐ ܘܪܡܘܬܐ: ܒܪܓܬ ܚܛܝܬܐ ܥܠܬ
ܠܥܠܡܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܕܐܝܠܢܐ ܟܕ ܒܡܐܟܘܠܬܐ
ܕܐܝܠܢܐ ܣܟܠ ܐܕܡ ܘܢܦܩ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ.
ܟܠܗ ܓܝܪ ܦܪܕܝܣܐ ܩܕܡ ܐܕܡ ܫܒܩܗ
ܐܝܠܢܘܗܝ ܕܦܪܕܝܣܐ ܟܕ ܡܒܪܟܝܢ ܦܐܪܐ
ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܡܢ ܟܠܗܘܢ ܬܐܟܘܠ:
ܒܪ ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܕܝܕܥܬܐ ܕܛܒܬܐ

Videte etiam, dilectissimi, Obededom Gethaeum, quia in domum eius intravit arca Dei, benedictionem consecutum esse. Et quando eam David e domo Obededom in civitatem Sion adduxit, sacerdotibus praescripsit ut eam humeris gestarent. Cumque pedibus ipse pergens iubilaret et ante arcam saltaret, despexit eum Michol filia Saul.

21. Haec, dilectissimi, necesse nobis fuit exscribere, ut ad nostram vestramque pariter memoriam revocaremus illa omnia nobis hoc tempore ideo accidisse quod ministerium Sancti contempsimus. Quia ipsum non honoravimus, in derisionem inimicis nostris nos tradidit, et adduxit in contemptum, sicuti dixit : *Qui contemnunt me fient ignobiles*[1].

22. Etenim mentes nostras superbia obtenebravit, cupiditas profligavit nos, et sapientiae fontes contaminavit. Radices doctrinae avaritia et elatione exstinctae sunt. Cupiditatis blandimento peccatum in mundum intravit, cum, nempe, de arbore manducans, Adam deliquit et de paradiso egressus est. Omnes quidem arbores paradisi coram Adam Sanctissimus reliquerat, benedictos fructus proferentes, eique dixerat : *Ex omnibus comedes; de ligno autem scientiae boni et*

AB] — 4 A ܕܨܗܝܘܢ. — 9 B ܚܒܝܒܝ. — *Ib.* A ܕܐܠܨܐ. — *Ib.* A om. ܠܢ. — 10 A ܘܐܦ. — 12 A ܫܛܢ. — 21 A ܘܒܡܐܟܘܠܬܐ.

[1] I Sam. II, 30.

mali non comedes, ne moriaris[1]. Nec satis fuit ipsius cupiditati paradisus universus, tota terra spatiosior atque praecellentior, in qua hodie filii Adam sunt dispersi; in fine autem, quando sublatum fuerit cupiditatis imperium, iusti qui in ea sunt quietem obtinebunt, quemadmodum Salvator ait illi qui a dextris erat: *Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso*[2]. Iterum apud prophetam scriptum est: *Iusti hereditabunt terram, et habitabunt in aeternum super eam*[3]. Non vero hereditabunt eam in generationes perpetuas; quoniam transibit aliquando, sicuti est scriptum: *Caeli velut fumus evanescent, et terra sicut vestimentum marcescet*[4]. Rursus Dominus noster ait: *Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt*[5]. Caelum hoc quod supra nos est, firmamentumque vocatur, praeteribit, et terra ista, quae vocatur arida, transibit; sed terra vitae, et caeli qui supra firmamentum sunt, non marcescent nec praeteribunt.

23. Terra ergo haec universa, totusque ille paradisus, cupiditati quae Adae supervenit non suppeditavit, adeo ut contra praeceptum concupiverit sumere ac manducare. Similiter cupiditatis causa vendidit Esau primogenita, sed a benedictione etiam reprobatus est. Propter

ܘܕܒܝܫܬܐ ܠܐ ܬܐܟܘܠ ܡܢܗ ܕܠܐ ܬܡܘܬ. ܘܠܐ ܣܦܩ ܠܪܓܝܓܘܬܗ ܟܠܗ ܦܪܕܝܣܐ ܕܪܘܝܚ ܘܡܝܬܪ ܡܢ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܝܘܡܢܐ ܙܪܝܩܝܢ ܒܗ ܒܢܝ ܐܕܡ: ܘܒܚܪܬܐ ܟܕ ܢܫܬܩܠ ܟܠ ܙܕܝܩܐ ܕܒܗ ܢܬܬܢܝܚܘܢ ܒܪܘܚܐ ܡܫܬܩܠ ܫܘܠܛܢܐ ܕܪܓܝܓܘܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܦܪܘܩܢ ܠܕܡܢ ܝܡܝܢܗ: ܕܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ: ܕܝܘܡܢܐ ܥܡܝ ܬܗܘܐ ܒܦܪܕܝܣܐ ܕܝܢ. ܬܘܒ ܒܢܒܝܐ ܟܬܝܒܐ: ܕܙܕܝܩܐ ܢܐܪܬܘܢ ܐܪܥܐ ܘܢܥܡܪܘܢ ܥܠܝܗ ܠܥܠܡ. ܘܠܐ ܢܐܪܬܘܢ ܠܗ ܠܕܪܕܪܝܢ ܡܛܠ ܕܡܥܒܪܐ ܥܒܪܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܫܡܝܐ ܐܝܟ ܬܢܢܐ ܢܥܒܪܘܢ: ܘܐܪܥܐ ܐܝܟ ܠܒܘܫܐ ܬܒܠܐ. ܘܐܦ ܡܪܢ ܐܡܪ: ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܢܥܒܪܘܢ: ܘܡܠܝ ܠܐ ܢܥܒܪܢ. ܗܠܝܢ ܫܡܝܐ ܕܠܥܠ ܡܢܢ ܡܬܩܪܝܢ ܪܩܝܥܐ ܥܒܪܝܢ: ܘܗܕܐ ܐܪܥܐ ܕܗܝ ܡܬܩܪܝܐ ܝܒܫܐ ܥܒܪܐ: ܐܠܐ ܐܪܥܐ ܕܚܝܐ ܘܫܡܝܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܪܩܝܥܐ ܗܠܝܢ ܠܐ ܒܠܝܢ ܘܠܐ ܥܒܪܝܢ܀

ܗܕܐ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܘܗܘ ܟܠܗ ܦܪܕܝܣܐ ܠܐ ܣܦܩ ܠܪܓܝܓܘܬܐ ܕܢܦܠܬ ܥܠ ܐܕܡ: ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܐܬܪܓܪܓ ܕܐܦ ܡܢ ܕܐܬܦܩܕ ܢܣܒ ܘܢܐܟܘܠ. ܘܡܛܠ ܪܓܝܓܘܬܐ ܥܫܘ ܙܒܢ ܒܘܟܪܘܬܗ: ܘܐܣܬܠܩ ܐܦ ܡܢ ܒܘܪܟܬܐ. ܘܡܛܠ ܪܓܝܓܘܬܗ ܕܦܪܥܘܢ

AB] — 2 A ܠܪܓܝܓܘܬܐ. — 3 A ܕܝܘܡܐ. — 4 A ܘܒܚܪܬܐ. — 6 A ܡܫܬܠܛܢܘܬܗ. — 8 A ܕܝܘܡܢܐ ܥܡܝ. — 9 A ܐܡܪ] ܒܢܒܝܐ. — 12 B ܠܕܪܕܪܝܢ] ܠܕܪܝܢ. — 24 A ܘܐܟܠܗ.

[1] Gen. II, 17. — [2] Luc. XXIII, 43. — [3] Ps. XXXVII (XXXVI), 29. — [4] Is. LI, 6. — [5] Matth. XXIV, 35.

ܚܪܒܬ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ܃ ܘܠܐ ܣܦܩ ܠܪܓܬܗ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܡܕܒܪ ܗܘܐ܃ ܐܠܐ ܘܐܦ ܠܐܝܣܪܝܠ ܨܒܐ ܠܡܫܥܒܕܘ ܒܥܒܕܘܬܐ. ܘܐܦ ܒܢܝ ܐܗܪܘܢ ܕܐܬܪܓܪܓܘ ܐܬܕܚܝܘ ܡܢ ܟܘܡܪܘܬܐ. ܘܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܕܪܓܘ ܡܐܟܘܠܬܐ ܒܪܓܬܐ ܙܒܢ ܙܒܢ ܫܠܛ ܒܗܘܢ ܪܘܓܙܐ ܡܡܝܬܢܐ ܘܚܘܘܬܐ ܘܡܚܘܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ ܕܙܢܝܢ ܙܢܝܢ. ܘܐܦ ܥܟܪ ܡܛܠ ܪܓܬܐ ܕܪܚܡܬܐ ܐܬܪܓܡ ܒܟܐܦܐ ܘܐܒܕ ܡܢ ܓܘ ܥܡܗ. ܘܠܒܢܝܗ ܕܥܠܝ ܟܗܢܐ ܥܘܠܐ ܪܓܬܐ ܐܘܒܕܬ ܐܢܘܢ ܡܢ ܚܝܝܗܘܢ. ܘܫܐܘܠ ܡܠܟܐ ܓܒܝܐ ܕܥܡܐ ܥܠ ܕܐܪܓ ܒܚܪܡܐ ܕܥܡܠܝܩ ܢܦܠ ܡܢ ܪܘܡܗ ܘܐܬܦܣܩܬ ܡܠܟܘܬܗ. ܘܐܚܐܒ ܒܪ ܥܡܪܝ ܡܠܟܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܪܓ ܘܚܛܦ ܟܪܡܗ ܕܢܒܘܬ܃ ܘܢܦܠ ܒܩܪܒܐ ܒܪܡܬ ܓܠܥܕ. ܘܓܝܚܙܝ ܐܦ ܬܠܡܝܕܗ ܕܐܠܝܫܥ ܪܓܬܗ ܓܪܒܐ ܐܠܒܫܬܗ. ܪܓܬܐ ܩܛܠܬ ܣܓܝܐܐ ܘܣܪܩܬ ܐܢܘܢ ܡܢ ܚܝܝܗܘܢ. ܝܗܘܕܐ ܐܣܟܪܝܘܛܐ ܡܢ ܬܪܥܣܪܐ ܠܐ ܣܒܥܬ ܪܓܬܗ ܕܓܢܒ ܗܘܐ ܒܓܢܒܐ ܕܢܣܒ ܕܡܝ ܝܩܝܪܐ܃ ܘܒܗ ܒܪܓܬܐ ܐܬܦܪܫ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܚܒܪܘܗܝ. ܘܐܦ ܠܚܢܢܝܐ ܙܟܬܗ ܪܓܬܐ܃ ܘܐܬܚܙܝܬ ܒܗ ܐܬܕܡܘܪܬܐ ܩܕܡ ܪܓܠܝܗܘܢ ܕܫܠܝܚܐ܀

ܠܐ ܣܦܩ ܠܗ ܠܪܓܬܐ ܥܠܡܐ

Pharaonis cupiditatem terra Aegypti vastata est; non enim sat fuit eius cupiditati populus quem regebat universus, verum et Israelem voluit servitute opprimere. Filii quoque Aaron concupiscentiam conceperunt; a sacerdotio autem repudiati sunt. Israelitas, qui cupide cibum frequentius appetiverunt, adorta est ira mortifera, cum serpentibus, aliisque varii generis plagis. Achan etiam ob avaritiae libidinem lapidibus obrutus est, et de medio populi sui interiit. Et filios Heli, sacerdotes impios, cupiditas vita privavit. Saul pariter, electus rex populi, quia Amalecitarum anathemati inhiavit, e superiore loco cecidit, eiusque regnum abscissum est. Item Achab, filius Amri, rex Israel, vineam Naboth appetiit et rapuit; occubuit autem in praelio in Ramoth Galaad. Elisaei quoque discipulum, Giezi, sua cupiditas lepra obtexit. Cupiditas multos occidit vitaque fraudavit. Iudae Iscariotis [unius] e duodecim aviditas non est furtis expleta, donec et Pretiosissimi pretium surripuit, et sua cupiditate a discipulis, sociis suis, semotus est. Ananiam quoque avaritia devicit, et prodigium in eo ante pedes apostolorum manifestatum est.

24. Avaritiae non sufficit mundus uni-

AB] — 3 A ܐܦ. — 4 B ܕܐܬܪܓܪܓܘ [ܘܐܬܪܓܪܓܘ. — 6 A ܡܐܟܘܠܬܐ. — 11 B ܐܘܒܕܬ ܐܢܘܢ [ܩܛܠ. — 21 A ܣܒܥܬ. — 23 A ܘܒܗ.

versus. Singulis enim regibus qui omni genti et linguae imperant, propriae terrae non sufficiunt. Congregant copias, praelia committunt, populantur civitates, regionesque praedantur; rapiunt et colligunt, nec satis habent unquam. Opera laboreque vexantur, discunt bellum, evertunt oppida, venationem instituunt. Ascendunt, in sublime perveniunt, dein ad ima descendunt, ut forsan eorum cupiditas exsaturetur; nusquam autem impletur. Increscente abundantia cupiditas augescit, ampliatisque divitiis superbus oculus maeret. Pauperi panis quotidianus sufficit; dives annos cogitat quos non adimplebit. Vestis lacera pauperibus sufficit; in indumentis autem delicatissimis ex omnibus locis [allatis] nuda remanet avaritia. Egeno terra cubile est, eoque fit contentus; stratum vero divitis sunt cubilia mollissima omnigeniquc lectuli; et haec cupiditati parum videntur. Bibit egenus aquam, sitimque sedat; dives [vinum] vetustum potat, et siti adficitur. Aurum et argentum dives colligit, fiunt ei in offendiculum, ipsumque conficiunt. Eos omnes qui avaritiam sequuntur somnus refugit; pauperum autem quies lenis est et placatissima. Pauperi in animo est panem suum indigenti frangere; cogitat vero dives humiliorem

ܟܠܗ. ܠܡܠܟܐ ܓܝܪ ܕܥܠ ܟܠ ܥܡܡܝܢ ܘܥܠ ܟܠ ܠܫܢܝܢ ܠܟܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܐܪܥܗ ܠܐ ܣܦܩܐ ܠܗ. ܟܢܫܝܢ ܚܝܠܐ ܡܩܪܒܝܢ ܐܠܡܘܬܐ: ܡܚܪܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܘܒܙܙܝܢ ܐܬܪܘܬܐ: ܚܛܦܝܢ ܘܟܢܫܝܢ ܠܗܘܢ ܘܡܣܒܥ ܠܐ ܣܦܩ: ܒܥܡܠܝܢ ܘܡܫܬܠܗܝܢ ܘܝܠܦܝܢ ܩܪܒܐ: ܒܥܪܝܢ ܟܪܟܐ ܡܩܪܒܝܢ ܢܚܫܝܪܐ: ܣܠܩܝܢ ܘܡܛܝܢ ܠܪܘܡܐ ܘܢܚܬܝܢ ܠܥܘܡܩܐ ܕܠܡܐ ܬܣܒܥ ܪܓܬܗܘܢ ܘܠܐ ܡܬܡܠܝܐ: ܟܕ ܢܣܓܐ ܥܘܬܪܐ ܪܒܝܐ ܪܓܬܐ. ܘܟܕ ܢܦܬܐ ܡܫܬܒܗܪܐ ܥܝܢܐ ܡܬܟܡܪܐ. ܠܡܣܟܢܐ ܣܦܩ ܠܗ ܠܚܡ ܝܘܡܐ: ܘܥܬܝܪܐ ܚܫܒ ܫܢܝܢ ܕܠܐ ܚܝܐ. ܠܒܘܫܐ ܕܪܩܥܐ ܡܣܦܩ ܡܣܟܢܐ: ܘܡܠܒܫܐ ܕܟܠ ܕܘܟܝܢ ܕܡܢ ܟܠ ܐܬܪܘܬܐ ܡܬܝܬܝܢ ܥܪܛܠܝܐ ܦܝܫܐ ܪܓܬܐ. ܠܫܘܝܗ ܕܡܣܟܢܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܣܦܩ ܠܗ: ܘܡܫܘܝܬܗ ܕܥܬܝܪܐ ܥܪܣܬܐ ܕܟܠ ܓܢܣܝܢ ܘܬܦܢܩܝܢ ܕܟܠ ܫܘܦܪܝܢ: ܘܒܨܝܪ ܠܪܓܬܐ. ܡܫܬܐ ܕܡܣܟܢܐ ܡܝܐ ܘܡܣܬܦܩ: ܘܥܬܝܪܐ ܥܬܝܩܐ ܘܨܗܐ. ܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ ܟܢܫ ܥܬܝܪܐ ܘܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܬܩܠ ܘܒܗ ܡܬܩܛܠܝܢ. ܥܪܩܐ ܫܢܬܐ ܕܟܠ ܕܪܕܦܝܢ ܪܓܬܐ: ܢܝܚܐ ܘܢܝܚ ܫܝܢܗ ܕܡܣܟܢܐ. ܡܬܪܥܐ ܡܣܟܢܐ ܕܢܩܨܐ ܡܢ ܠܚܡܗ ܠܟܦܢܐ: ܘܥܬܝܪܐ ܡܬܪܥܐ ܕܢܐܟܘܠ ܠܕܙܥܘܪ ܡܢܗ. ܠܡܟܝܟ

AB] — 3 A ܚܝܠܐ. — 4 A ܐܠܡܘܬܐ. — 7 A ܢܚܫܝܪܐ. — 11 A ܢܦܩܐ [ܡܫܬܒܗܪܐ. — 14 A ܡܣܟܢܐ. — 15 A ܕܘܟܝ — 21 A ܘܠܗܘܢ. — 25 A ܡܬܪܥܐ ܕܡܣܟܢܐ.

ܠܡܢ ܕܠܐ ܫܡܫ ܦܘܩܕܢܐ ܕܟܪܣܐ: ܐܘ ܠܡܢ ܕܠܐ ܙܟܝܗ ܥܠܘܒܘܬܐ. ܘܛܘܒܘܗܝ ܠܒܪܢܫܐ ܕܗܓܐ ܒܝܕܥܬܐ ܕܒܗ ܡܬܥܩܪܝܢ ܥܩܪ̈ܝܗ ܕܥܠܘܒܘܬܐ܀

ܘܐܦ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܟܬܒܢ ܠܟܘܢ ܚܒܝܒܝ̈ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܒܥܠܝ ܢܡܘܣܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܒܥܡܢ ܐܚܝܕܝܢ ܒܚܣܡܐ ܘܒܣܢܐܬܐ ܡܢ ܥܠܬ ܥܠܘܒܘܬܐ. ܝܘܠܦܢܢ ܫܠܡ ܠܕܘܒܪ̈ܝܢ: ܘܓܠܝܐܝܬ ܗܠܟܢ: ܘܓܠܝܐܝܬ ܡܬܪܕܝܢܢ. ܘܐܦ ܗܫܐ ܐܡܬܝ ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܡܩܒܠܝܢ ܐܢܫܝܢ ܡܢܢ: ܠܣܝܡܬܐ ܗܝ ܒܠܚܘܕ ܡܬܚܦܛܝܢ ܘܠܐ ܒܥܕܢܢ ܡܫܬܟܚ ܒܥܓܠ ܓܒܪܐ ܕܫܐܠ ܐܝܟ: ܡܢ ܕܕܚܠ ܠܐܠܗܐ܇ ܐܠܐ: ܕܡܢܘ ܩܕܝܡ ܒܛܟܣܐ܇ ܘܡܚܕܐ ܕܐܡܪܘ: ܗܢܐ ܩܫܝܫ: ܐܡܪܝܢ ܠܗ: ܕܠܐ ܠܡܬܬܒܘ ܒܪܝܫܐ. ܘܠܝܬ ܕܪܢܐ ܠܡܠܘܗܝ ܕܦܪܘܩܢ ܕܟܕ ܢܙܦ ܗܘܐ ܠܣܦܪ̈ܐ ܘܠܦܪ̈ܝܫܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܘܝ ܠܟܘܢ ܕܪܚܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܘܬܒ̈ܐ ܩܕܡܝ̈ܐ ܘܣܡܟ̈ܐ ܒܟܢܘܫܬܐ ܘܪܚܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܢܩܪܘܢ ܠܟܘܢ ܐܢܫܐ: ܪܒܝ ܪܒܝ. ܐܚ̈ܝ ܫܡܗܐ ܠܚܝ̈ܐ ܠܐ ܡܩܪ̈ܒܝܢ ܘܠܐ ܡܢ ܡܘܬܐ ܡܦܨܝܢ: ܐܝܟ ܕܠܐ ܢܛܪܘ ܠܢܕܒ ܘܠܐܒܝܗܘ ܘܠܐ ܦܪܩܘ ܠܚܦܢܝ ܘܠܦܝܢܚܣ. ܐܠܐ ܟܕ ܫܡܗܐ ܕܟܗܢܐ

se absumere. Felix ille est qui ventris imperio non servivit, aut quem cupiditas non superavit. Beatus ille qui meditatur scientiam, qua radices avaritiae exstirpantur.

25. Insuper, quod pertinet ad ea quae vobis scripsimus, dilectissimi, scitis eos qui legem obtinent et potestatem [gerunt] in populo nostro, invidia atque odio, propter avaritiam, captos esse. Doctrina nostra moribus nostris concordat: manifeste ambulavimus, et manifeste castigati sumus. Nam et cum sanctam manuum impositionem homines a nobis accipiunt, soli impositioni intendunt; nec nostro tempore cito reperitur vir qui roget: Quis timet Deum? sed magis: Quis est in ordinatione antiquior? Statimque ut auditum fuit: Iste senior est; dicunt ei: Primario loco [te] oportet adsidere. Et nemo est qui verba recogitet Salvatoris, scribis pharisaeisque maledicentis: *Vae vobis qui diligitis primas cathedras in synagogis, et recubitus in caenis; et amatis vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi*[1]. Fratres, nomina neque ad vitam perducunt, neque a morte liberant, quemadmodum Nadab et Abiu non servaverunt, neque Ophni et Phinees eripuerunt; sed prae-

AB] — 5 B ܕܟܬܒܢ. — 6 B om. ܐܝܟܘ. — Ib. A ܕܒܥܠܝ. — 7 A ܐܚܝܕܝܢ ܒܚܣܡܐ. — 8 A ܡܢ. — 9 10 A ܡܬܕܒܪܢ. — 13 A ܒܥܕܢܢ. — 14 A ܡܢ ܕܕܚܠ. — 16 A ܕܩܘܡ. — 18 A ܕܩܪܘܗܝ. — 21 A ܘܫܡܥܬܐ. — 22 B ܪܒܝ primo. — 23 A ܐܚܝ. — Ib. B ܠܚܝܐ] ܠܚܝ̈ܐ. — 25 A ܘܠܐܒܝܗܘ.

[1] Luc. XI, 43; XX, 46. Marc. XII, 39. Matth. XXIII, 5, 6. (Tatian. XL, p. 71.)

de ciborum delectu. Hos igitur redarguit et dixit eis : *Pharisaei caeci, quare mundatis quod deforis est calicis et paropsidis, intus autem plenum est iniquitate et rapina? Similes estis sepulcris, quae a foris dealbata sunt et parent speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia*[1]. Aperuitque et declaravit nihil eos proficere baptismis et lustrationibus suis, et ait : *In corde sunt cogitationes malae; et hae cogitationes malae, quae in corde sunt, coinquinant hominem, non vero cibi. Vadit enim esca in ventrem, unde purgatione in secessum emittitur, neque ea homo coinquinatur*[2]. Si ex cibis quibuscumque, qui palatum, olfactum, aspectum gustumve delectant aut mulcent, homo comederit, his palatum tantummodo blando sapore afficitur, unde eos stomachus recipit, qui virtutes eorum in omnes corporis arterias ac membra partitur. Sed ut deorsum alimenta devenerint, immutantur, et fit pro grato odore foetor; pro gustu suavi et laeta specie in turpem figuram vertuntur, quae proluvie foras excernitur. Et vilem panem si manducaverit homo, cui nec species honesta, nec sapor dulcis, nec gustus iucundus inerit, recta omnino in hominem subit, et virtutem omnibus meatibus et artubus infert, unde eiectione foras

AB] — 7 A ܓܪܡܝܗܘܢ — 10 A ܐܡܪ. — 11 A om. ܒܝܫܬܐ. — 16 A ܐܢ ܕܝܢ. — 20 A ܠܗܕܡܘܗܝ ܕܦܓܪܐ. — 21 B ܘܥܪܩܘܗܝ.

[1] Matth. XXIII, 25, 27. — [2] *Ib.* XV, 17-20.

deiicitur. Evenit autem ut escae lautiores in putredinem plenius convertantur quam illae quae nec delicatae sunt nec iucundae. In omnibus autem his neque peccatum est nec iustificatio.

ܕܒܣܝܡܐ ܕܠܐ ܚܙܬܗ ܡܬܡܐܪܐ ܘܠܐ ܡܬܒܣܡܐ
ܒܣܝܡ ܘܠܐ ܒܣܝܡܐ ܪܫܝܡܐ ܐܢܫ ܠܗ.
ܢܗ ܠܡܣܪܚܘ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܝܠܝܢ. ܡܟܝܠ
ܗܠܝܢ ܒܟܠܗܘܢ ܚܛܝܬܗܘܢ ܘܙܕܝܩܘܬܗܘܢ:
ܠܐ ܐܝܬ ܒܙܕܝܩܘܬܐ ܠܒܪ ܡܫܬܟܚܐ.
ܗܢܘܢ ܕܡܬܦܠܓܘܬܐ ܒܡܫܡܫܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܡܬܦܩܕܐ ܠܡܫܬܥܐ ܡܢ ܗ̇ܝ ܕܠܐ ܢܬܪܐ ܘܠܡܫܡܫܐ
ܡܢܗܝܢ ܠܐ ܚܛܗܐ ܐܦܠܐ ܙܕܝܩܘܬܐ܀

2. Gloriosus etiam Apostolus redarguit eos qui in escis gloriantur. Ait siquidem eis qui tali efferuntur cogitatione : Reiiciendae et amovendae sunt escae, quia *ipsae nos ante Deum non statuunt. Neque enim si manducaverimus abundabimus, neque si non manducaverimus deficiemus*[1]. Si enim quaecumque alimenta cibariaque homo manducat, atque ex iusta regula et remota ingluvie creaturis Dei utitur, et eius donum cum fide suscipit, nullum peccatum aut delictum habet. Si autem, serpentis more, pulverem comedat, serpentis etiam veneno perfusum[2], nullus profectus neque ullum emolumentum erit ei; *omnes enim creaturae Dei bonae sunt; nihil in eis est reiiciendum; et sanctificantur per verbum Dei et orationem*[3]. Hoc autem quod ait Apostolus, carissime, adversus filios populi sui dixit, cum eos vidisset gentium escas ut pollutas reiicere. Etenim

ܘܐܦ ܫܠܝܚܐ ܡܫܒܚܐ ܟܣܐ ܠܗܠܝܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ ܒܡܐܟܘܠܬܐ. ܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܫܒܝܢ ܒܗܢܐ
ܬܪܥܝܬܐ: ܕܡܬܬܫܕܝܢ ܘܡܬܪܚܩܝܢ ܡܐܟܘܠܬܐ: ܕܠܐ
ܗܝ ܡܩܝܡܢ ܠܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ.
ܐܦ ܓܝܪ ܐܢ ܢܐܟܘܠ ܢܬܝܬܪ: ܘܐܦܠܐ ܐܢ ܠܐ
ܢܐܟܘܠ ܢܚܣܪ. ܐܢ ܓܝܪ ܟܠ ܦܘܪܢܣܝܢ
ܘܡܐܟܘܠܬܐ ܢܐܟܘܠ ܒܪ ܐܢܫܐ ܒܬܪܘܨܘܬܐ
ܢܦܩܐ ܕܠܐ ܥܠܥܠܘܬܐ ܢܬܚܫܚ ܒܒܪܝܬܗ ܕܐܠܗܐ
ܘܡܘܗܒܬܗ ܢܩܒܠ ܒܗܝܡܢܘܬܐ: ܡܕܡ
ܚܛܗܐ ܘܣܟܠܘ ܠܝܬ ܠܗ. ܘܐܢ ܐܝܟ ܚܘܝܐ
ܐܝܟ ܚܘܝܐ ܢܐܟܘܠ ܥܦܪܐ ܡܥܠ ܡܪܬܗ ܕܚܘܝܐ
ܪܫܝܐ ܒܗ: ܡܕܡ ܗܢܝ ܡܘܬܪ ܠܝܬ ܠܗ
ܠܗ. ܡܛܠ ܕܟܠܗܝܢ ܒܪܝܬܗ ܕܐܠܗܐ
ܛܒܢ ܐܢܝܢ ܘܡܕܡ ܕܢܫܬܕܐ ܠܝܬ
ܒܗܝܢ ܘܡܬܩܕܫܢ ܒܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܘܒܨܠܘܬܐ. ܗܕܐ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ ܚܒܝܒܝ
ܠܘܩܒܠ ܒܢܝ ܥܡܗ ܐܡܪܗ ܟܕ ܚܙܐ
ܕܡܣܠܝܢ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܥܡܡܐ. ܡܛܠ

AB] — 1 *B* ܚܢܢ. — 7 *B* ܚܛܗܐ. — 8 A ܚܘܝܐ ܛܒܐ] ܪܝܫܐ. — 11 A ܘܡܬܬܪܚܩܝܢ. — 13 A ܐܦ. — 14 A ܒ] ܒܗ. — 18 *B* ܚܛܗܐ. — 24 A ܥܡܡܐ. — 26 A ܕܟܐ ܡܐܟܘܠܬܐ.

[1] I Cor. VIII, 8. — [2] ܒܗ Vid. supra Demonstr. XIV, § 12. — [3] I Tim. IV, 4, 5.

ܕܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ ܠܐ ܡܬܚܠܛܝܢ ܒܟܠܗ ܙܢܗ ܕܟܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܥܒܕܝܢ ܘܟܠ ܚܡܪܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܕܪܟܝܢ ܠܐ ܫܬܝܢ: ܡܛܠ ܕܥܡ̈ܡܐ ܚܢܦܐ ܒܟܠ ܟܠ ܡܥܨܪܐ ܘܒܟܠ ܟܠ ܐܕܪܐ ܕܒܚܝܢ ܘܡܒܪܟܝܢ ܫܡܗܐ ܕܦܬܟܪܝܗܘܢ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܘ ܠܐ ܡܬܚܠܛܝܢ ܒܡܐܟܘܠܬܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ. ܗܕܐ ܕܝܢ ܬܐܪܬܐ ܟܪܝܗܬܐ. ܘܡܟܣܣ ܦܘܠܘܣ ܠܗܠܝܢ ܕܐܝܟ ܗܕܐ ܬܪܥܝܬܐ ܩܝܡܝܢ ܘܐܡܪ: ܕܟܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܡܬܩܕܫܐ ܒܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܨܠܘܬܐ. ܟܕ ܐܢܫ ܣܢܩ ܡܬܚܫܚ ܒܒܪ̈ܝܬܗ ܕܐܠܗܐ: ܩܕܡ ܕܢܬܗܢܐ ܢܬܥܗܕ ܘܢܫܒܚ ܘܢܒܪܟ ܘܢܩܕܫ ܫܡܐ ܕܥܒܘܕܗܝܢ ܕܒܪ̈ܝܬܐ ܘܢܨܠܐ: ܘܗܝܢ ܡܬܩܕܫܢ ܘܡܢܗܝܢ ܥܪܩ ܚܝܠܐ ܕܒܝܫܐ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܫܠܝܚܐ: ܕܐܢ ܐܢܫ ܡܢ ܚܢܦܐ ܩܪܐ ܠܟܘܢ ܠܐܫܬܘܬܐ ܘܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܐܙܠ: ܟܠ ܡܕܡ ܕܣܐܡ ܩܕܡܝܟܘܢ ܐܟܘܠܘ ܡܛܠ ܬܐܪܬܐ܀

ܡܛܠ ܗܠܝܢ ܚܒܝܒܝ ܟܡܐ ܕܡܫܟܚ ܐܢܐ ܐܚܘܝܟ: ܗܕܐ ܕܦܪܫ ܩܕܝܫܐ ܐܠܗܢ ܠܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗܘܢ: ܐܠܐ ܡܢ ܥܘܠܬܗܘܢ ܘܪܓܬܗܘܢ ܐܫܟܚ ܠܗܘܢ ܦܘܪܫܐ ܗܢܐ ܕܢܬܟܠܘܢ ܡܢ ܦܘܠܚܢܐ ܘܣܟܠܘܬܐ ܕܦܠܚܝܢ ܗܘܘ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܡܢ ܩܕܡܝܬ ܓܝܪ ܟܕ ܒܪܝܗ ܠܒܪ ܐܢܫܐ

filii Israel promiscue non utuntur omni esca quam gentes conficiunt, neque omne vinum bibunt quod gentes calcant, quia ethnicae gentes in quovis torculari, in quacumque area immolant, invocantes nomina idolorum suorum; propterea cibis eorum filii Israel non utuntur. Haec autem est *conscientia infirma*[1], et Apostolus redarguit eos qui in tali cogitatione consistunt, et ait: *Omnes escae sanctificantur per verbum Dei et orationem*[2]. Cum igitur homo creaturis Dei uti voluerit, priusquam eis reficiatur, meminerit et laudet, benedicat et sanctificet nomen Factoris creaturarum harum; oret deinde, et sanctificabuntur, et aufugiet ab eis virtus maligni. Dicit iterum Apostolus : *Si quis vocat vos infidelium ad convivium, et vultis ire, omne quod vobis apposuerit manducate, propter conscientiam*[3].

3. De his, carissime, quantum in me erit, tibi ostendam Sanctissimum, Deum nostrum, cibos quidem filiis Israel discrevisse, non vero eo quod aliqua eis inesset iustitia; sed propter edacitatem ac libidinem eorum, modum illum eis reperit, quo a religione et sceleribus, quae in terra Aegypti exercuerant, prohiberentur. Prius enim, quando

AB] — 7 B ܗܘ. — 12 B ܒܪ̈ܝܬܗ. — 13 A ܘܫܒܚ — 18 A add. ܠܟܘܢ [ܩܕܡܝܟܘܢ.

[1] I Cor. VIII, 7 — [2] I Tim. IV, 5. — [3] I Cor. X, 27.

fecit hominem, haec praecepit Deus Adae et eius posteris, Noe quoque et progeniei eius : *Ecce dedi vobis bestias et volucres et omnem carnem. Sanguinem in terram funde, et comede, et quasi olus virens tibi reputetur*[1]. *Tantummodo sanguinem non comedetis, sed in terram effundetis illum sicut aquam; sanguis enim anima est*[2]. Haec Deus priscis illis generationibus imperavit; cibos tamen eis non distinxit. Si igitur aliquod esset in illis cibis peccatum aut legis transgressio, Adae profecto et Noe immunda a mundis prius discrevisset, sicut eos monuerat dicens : *Sanguinem non comedetis, sed omnem carnem occide et comede*[3], *et sicut olus virens vobis aestimetur*[4]; Abrahae quoque et filiis eius praecepisset immunda in usum non insumere. Verum scimus omnes rectos ac iustos qui in priscis aetatibus vixerunt, usque ad Moysem, qui cibos Israeli definivit, omnes [inquam] generationes illas quoscumque cibos usurpasse quos anima non fastidit, neque in hoc peccasse. Filiis autem Israel haec praecepit cibosque distinxit, eo quod ad Aegyptiorum superstitionem deflecterent, Deum autem patrum suorum derelinquerent. Aegyptii etenim boves vitu-

ܦܩܕܗ ܐܠܗܐ ܠܐܕܡ ܘܠܬܘܠܕܬܗ ܘܠܢܘܚ
ܘܠܫܪܒܬܗ: ܕܗܐ ܝܗܒܬ ܠܟܘܢ ܚܝܘܬܐ
ܘܦܪܚܬܐ ܘܟܠ ܒܣܪ. ܘܐܦ ܕܡܗ ܥܠ
ܐܪܥܐ ܐܫܘܕ ܘܐܟܘܠ ܐܝܟ ܝܘܪܩܐ ܕܥܣܒܐ ܢܬܚܫܒ ܠܟ:
ܠܒܪ ܡܢ ܕܡܐ ܠܐ ܬܐܟܠܘܢ. ܐܠܐ ܥܠ ܐܪܥܐ
ܬܫܘܕܘܢܝܗܝ ܐܝܟ ܡܝܐ: ܡܛܠ ܕܕܡܐ ܢܦܫܐ
ܗܘ. ܗܠܝܢ ܦܩܕ ܐܠܗܐ ܠܗܠܝܢ ܕܪܐ
ܩܕܡܝܐ: ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܐ ܦܪܫ ܠܗܘܢ.
ܡܛܠ ܕܐܠܘ ܡܕܡ ܚܛܗܐ ܐܘ ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ
ܗܘܐ ܒܗܝܢ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܡܢ ܩܕܝܡ ܠܐܕܡ
ܘܠܢܘܚ ܡܦܪܫ ܗܘܐ ܛܡܐܬܐ ܡܢ ܕܟܝܬܐ
ܐܝܟ ܕܙܗܪ ܐܢܘܢ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܕܡܐ ܠܐ
ܬܐܟܠܘܢ: ܐܠܐ ܟܠ ܒܣܪ ܟܘܣ ܘܐܟܘܠ
ܘܐܝܟ ܝܘܪܩܐ ܕܥܣܒܐ ܢܬܚܫܒ ܠܟܘܢ.
ܘܠܐܒܪܗܡ ܘܠܒܢܝ̈ܗܝ ܐܦ ܡܦܩܕ ܗܘܐ
ܕܛܡܐܬܐ ܠܐ ܢܬܚܫܚܘܢ. ܐܠܐ ܝܕܥܝܢ
ܚܢܢ ܕܟܠ ܟܐܢܐ ܘܙܕܝܩܐ ܕܗܘܘ ܒܕܪܐ ܩܕܡܝܐ
ܥܕܡܐ ܠܡܘܫܐ ܕܗܘ ܦܪܫ ܡܐܟܘܠܬܐ
ܠܐܝܣܪܝܠ: ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܪܐ ܒܟܠ
ܡܐܟܘܠܝܢ ܐܟܠܝܢ ܕܢܦܫܐ ܠܐ ܣܠܝܐ ܡܢܗܘܢ
ܡܬܚܫܚܝܢ ܗܘܘ ܘܠܐ ܚܛܝܢ. ܐܠܐ ܗܢܐ
ܦܩܕ ܐܢܘܢ ܠܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ ܘܦܪܫ ܠܗܘܢ
ܡܐܟܘܠܬܐ ܡܛܠ ܕܣܛܘ ܠܗܘܢ ܒܢܝ̈
ܐܝܣܪܝܠ ܠܕܚܠܬܐ ܕܡܨܪܝܐ ܘܫܒܩܘ
ܠܐܠܗܐ ܕܐܒܗܝ̈ܗܘܢ: ܡܛܠ ܕܡܨܪܝܐ
ܠܬܘܪܐ ܘܠܥܓܠܐ ܣܓܕܝܢ ܗܘܘ. ܘܐܝܟ ܕܐܝܬ

AB] — 1 A ܦܩܕ. — 3 *B* ܡܛܠ [ܘܡܛܠ. — 13 A ܘܐܟܘܠ ܟܘܣ. — 15 A ܦܩܕ ܗܘܐ. — 17 A ܟܐܢܐ. — 20 A ܡܐܟܘܠܝܢ. — 26 *B* ܣܓܕ.

[1] Gen. I, 29, 30; IX, 3, 4. — [2] Lev. XVII, 13, 14. Deut. XII, 16. — [3] Deut. XII, 15, 16. — [4] Gen. IX, 3, 4.

ܐܚܘܐ ܠܟ ܗܕܐ. ܟܕ ܐܬܘ ܓܝܪ ܐܚܘܗܝ
ܕܝܘܣܦ ܠܘܬܗ ܘܦܩܕ ܠܪܒܝܬܗ ܕܢܥܒܕ
ܠܗܘܢ ܠܚܡܐ: ܟܕ ܗܘܐ ܥܕܢܐ
ܠܡܣܬܡܟܘ ܟܬܝܒ: ܕܣܡܘ ܠܗ
ܠܚܘܕܝܗܘܢ ܘܠܐܚܘܗܝ ܠܚܘܕܝܗܘܢ
ܘܠܡܨܪܝܐ ܕܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܥܡܗ
ܠܚܘܕܝܗܘܢ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ
ܡܨܪܝܐ ܠܡܐܟܠ ܠܚܡܐ ܥܡ ܥܒܪܝܐ
ܡܛܠ ܕܛܡܐܬܐ ܗܝ ܠܗܘܢ. ܡܛܠ
ܕܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܩܕܡ ܥܕܠܐ ܢܥܠܘܢ
ܠܡܨܪܝܢ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܟܠ ܒܣܪ: ܘܡܨܪܝܐ
ܒܣܪ ܥܢܐ ܘܬܘܪܐ ܕܐܠܗܝܗܘܢ ܗܘܘ ܠܐ ܐܟܠܝܢ
ܗܘܘ. ܘܐܦ ܟܕ ܢܚܬ ܝܥܩܘܒ ܠܡܨܪܝܢ
ܕܒܪ ܝܘܣܦ ܡܢ ܐܚܘܗܝ ܚܡܫܐ ܓܒܪܝܢ
ܘܐܩܝܡ ܐܢܘܢ ܩܕܡ ܦܪܥܘܢ ܘܦܩܕ ܐܢܘܢ:
ܕܟܕ ܢܫܐܠܟܘܢ ܦܪܥܘܢ ܘܢܐܡܪ ܠܟܘܢ:
ܕܡܢܐ ܥܒܕܟܘܢ܆ ܐܡܪܘ ܠܗ: ܕܪܥܝܐ
ܕܥܢܐ ܐܢܘܢ ܥܒܕܝܟ ܘܡܪܝ ܩܢܝܢܐ ܚܢܢ
ܘܐܦ ܐܒܗܬܢ. ܕܟܕ ܐܡܪܬܘܢ ܠܗ ܗܟܢܐ
ܢܝܩܪ ܠܟܘܢ: ܕܕܚܠܬܐ ܐܢܘܢ ܕܪܥܝܢ
ܕܡܨܪܝܐ: ܢܬܠ ܠܟܘܢ ܛܒ ܪܥܝܐ
ܠܐܪܥܐ ܕܓܫܢ ܘܢܫܛܐ ܠܟܘܢ ܕܠܐ
ܢܕܒܪ ܡܢܟܘܢ ܘܢܩܝܡ ܥܠ ܥܒܕܘܗܝ
ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ: ܕܡܣܠܝܢ ܐܢܘܢ ܡܨܪܝܐ
ܥܠ ܪܥܝ ܥܢܐ. ܘܬܘܒ ܟܬܝܒ ܕܟܕ ܐܡܪ
ܡܘܫܐ ܩܕܡ ܦܪܥܘܢ: ܕܢܐܙܠ ܢܕܒܚ
ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܢ ܒܡܕܒܪܐ: ܐܡܪ ܠܗ

losque adorabant. Hoc vero tibi ostendam. Cum enim venissent fratres Ioseph ad eum, et dispensatorem domus suae panem apparare iussisset, facto tempore recumbendi, scriptum est eos *apposuisse ei seorsum, fratribus eius seorsum, et Aegyptiis qui vescebantur cum eo seorsum, quoniam non possunt Aegyptii panem cum Hebraeis manducare; hoc enim piaculum eis est*[1]. Antea autem filii Israel, quousque in Aegyptum ingressi sunt, quamcumque carnem manducabant; Aegyptii vero ovium ac boum, quippe qui dii essent eorum, carnem non comedebant. Insuper cum descendisset Iacob in Aegyptum, de fratribus suis adduxit Ioseph quinque viros, constituit eos coram Pharaone, mandavitque eis : *Cum interrogaverit vos Pharao et dixerit vobis : Quod est opus vestrum? dicite ei : Pastores ovium sunt servi tui; pecorum magistri sumus, nos et patres nostri; ut cum ita ei locuti fueritis, in honore vos habeat* (pascebant enim ipsa numina Aegyptiorum); *vobis optimum pascuum dabit, terram Gessen*, vosque contemnet, ita ut nullum e vobis abducat et praeficiat operibus suis, sicuti est scriptum : *Quia contemnunt Aegyptii omnes pastores ovium*[2]. Iterum scriptum est cum Moyses ante Pharaonem diceret : *Eamus et*

AB] — 7 A add. ܗܘܘ [ܡܫܟܚܝܢ. — 18 *B* ܘܡܪ̈ܝ. — 19 A ܐܦ. — 22 A ܐܪܥܐ. — 25 A ܘܟܕ.

[1] Gen. XLIII, 32. — [2] *Ib.* XLVI, 34.

sacrificemus Domino Deo nostro in deserto, Pharaonem ei respondisse : *Sacrificate Domino Deo vestro in terra Aegypti;* Moysem autem dixisse : *Non possumus istam rem facere, quia si mactaverimus animalia Aegyptiorum sub oculis eorum, lapidabunt nos*[1]. Scriptum est quoque : *Etiam in diis Aegyptiorum exercuit iudicium Dominus*[2], quando greges ovium et armenta boum grandine ac lue consumpsit. Greges enim ovium ac boum possidebant Aegyptii, utilitatis causa; de eis vero haudquaquam comedebant, quia ipsa adorabant. Victus autem Aegyptiorum, hodierno etiam die, caro suilla est, cum piscibus, in eorum regione creberrimis, prout aiebant filii Israel quando cibum concupierunt : *Recordati sumus piscium quos comedebamus in Aegypto gratis, cum odore ceparum, et alliorum, et porrorum, et cucumorum, et peponum*[3]. Ergo filii Israel secundum Aegyptiorum consuetudinem se gerebant; eorum comedebant cibaria, eorum etiam deos adorabant.

4. Noveris autem eos in terra Aegypti idola coluisse, eorumque deos adorasse. Etenim Iosue, filius Nun, appropinquante mortis suae tempore, filios Israel vocavit eisque dixit : *Eligite vobis hodie cui velitis servire : utrum diis quos trans flumen coluerunt patres vestri, Thare, pa-*

ܢܕܒܚ: ܦܠܘܚܘ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܟܘܢ
ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܘܫܐ: ܠܐ
ܡܫܟܚܝܢܢ ܠܡܥܒܕ ܦܬܓܡܐ ܗܢܐ:
ܡܛܠ ܕܐܢ ܢܟܣܝܢܢ ܚܝܘܬܐ ܕܡܨܪܝܐ
ܠܥܝܢܝܗܘܢ ܪܓܡܝܢ ܠܢ. ܘܐܦ ܟܬܝܒ:
ܕܐܦ ܒܐܠܗܝܗܘܢ ܕܡܨܪܝܐ ܥܒܕ ܡܪܝܐ
ܕܝܢܐ ܟܕ ܐܘܒܕ ܩܢܝܢܐ ܕܥܢܐ ܘܩܢܝܢܐ
ܕܬܘܪܐ ܒܒܪܕܐ ܘܒܡܘܬܢܐ. ܩܢܝܢܐ ܓܝܪ
ܕܥܢܐ ܘܕܬܘܪܐ ܩܢܝܢ ܗܘܘ ܡܨܪܝܐ ܐܝܟ
ܕܠܣܘܢܩܢܐ: ܘܡܢܗܘܢ ܠܐ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ
ܡܛܠ ܕܣܓܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ. ܣܝܒܪ
ܕܝܢ ܡܫܬܡܠܝܢܘܬܗܘܢ ܕܡܨܪܝܐ ܐܦ ܒܝܘܡܢܐ
ܠܚܡܐ ܕܚܙܝܪܐ ܗܘ ܕܝܬܝܪܐ ܥܡ ܢܘܢܐ
ܕܣܓܝܐܝܢ ܒܐܪܥܗܘܢ. ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܡܪܘ
ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܟܕ ܪܓܝܘ ܡܐܟܘܠܬܐ:
ܕܐܬܕܟܪܢ ܠܢܘܢܐ ܕܐܟܠܝܢ ܗܘܝܢ ܒܡܨܪܝܢ
ܡܓܢ ܥܡ ܪܝܚܐ ܕܒܨܠܐ ܘܬܘܡܐ ܘܟܪܐܬܐ
ܘܩܛܝܐ ܘܩܪܘܣܛܐ. ܘܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܒܗ
ܒܥܝܕܐ ܕܡܨܪܝܐ ܡܬܕܒܪܝܢ ܗܘܘ
ܡܐܟܘܠܬܗܘܢ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܘܠܐܠܗܝܗܘܢ
ܣܓܕܝܢ ܗܘܘ܀

ܘܕܥ ܕܦܬܟܪܐ ܦܠܚܝܢ ܗܘܘ ܒܐܪܥܐ
ܕܡܨܪܝܢ ܘܠܐܠܗܝܗܘܢ ܣܓܕܝܢ ܗܘܘ: ܝܫܘܥ
ܓܝܪ ܒܪ ܢܘܢ ܟܕ ܡܛܐ ܙܒܢܐ ܕܡܘܬܗ ܩܪܐ
ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܓܒܘ
ܠܟܘܢ ܝܘܡܢܐ ܠܡܢ ܦܠܚܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܐܢ
ܠܐܠܗܐ ܕܦܠܚܘ ܐܒܗܝܟܘܢ ܒܥܒܪܐ

AB] — 4 B ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ. — 5 A B ܠܥܝܢܝܗܘܢ. — 6 A ܒܟܠ. — 8 B ܘܩܢܝܢܐ. — 10 A ܠܣܘܢܩܢܐ. — 13 A ܢܘܢܐ

[1] Ex. VIII, 20, 25, 26. — [2] Num. XXXIII, 4. — [3] *Ib.* XI, 5.

ܕܬܪܚ ܐܒܘܗܝ ܕܐܒܪܗܡ ܘܐܒܘܗܝ ܕܢܚܘܪ. ܐܘ ܠܐܠܗܐ ܕܦܠܚܬܘܢ ܗܘܝܬܘܢ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܐܢܐ ܘܒܢܝ ܒܝܬܝ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܦܠܚܝܢܢ. ܘܐܘܣܦ ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ: ܓܒܘ ܠܟܘܢ ܝܘܡܢܐ ܠܡܢ ܦܠܚܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܐܡܪܘ ܠܗ: ܠܡܪܝܐ ܦܠܚܝܢܢ ܘܠܗ ܦܠܚܝܢܢ ܡܛܠ ܕܗܘܝܘ ܐܠܗܢ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܚܙܘ ܕܠܡܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܦܠܚ ܠܡܪܝܐ. ܘܐܡܪܘ: ܡܫܟܚܝܢܢ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܣܗܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܢܦܫܟܘܢ ܕܐܢܬܘܢ ܓܒܝܬܘܢ ܠܟܘܢ ܠܡܦܠܚ ܠܡܪܝܐ. ܘܐܡܪܘ: ܣܗܕܝܢܢ. ܘܕܬܬܚܙܐ ܠܟ ܬܘܒ ܕܥܓܠܐ ܘܬܘܪܐ ܣܓܕܝܢ ܗܘܘ ܒܡܨܪܝܢ: ܚܙܝ ܟܕ ܐܡܬܝ ܡܟܬܪ ܒܛܘܪܐ ܘܣܛܘ ܡܢ ܒܬܪ ܡܪܝܐ ܘܣܓܕܘ ܠܦܬܟܪܐ: ܘܐܦܠܐ ܡܢ ܕܡܘܬܐ ܠܐ ܥܒܕܘ ܠܗܘܢ ܠܡܣܓܕܐ ܐܠܐ ܕܡܘܬܐ ܕܥܓܠܐ ܠܡܕܡ ܕܡܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܣܓܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܘܐܫܬܓܫܘ ܘܐܚܕܘ ܥܐܕܐ ܩܕܡ ܥܓܠܐ ܕܥܒܕܘ. ܘܐܦ ܝܘܪܒܥܡ ܒܪ ܢܒܛ ܟܕ ܐܛܥܝ ܐܢܘܢ ܥܓܠܐ ܥܒܕ ܠܗܘܢ ܠܡܣܓܕܘ ܠܡܕܡ ܕܡܨܪܝܢ ܗܘܘ ܣܓܕܝܢ. ܟܕ ܚܙܐ ܩܕܝܫܐ ܕܥܕܟܝܠ ܡܢ ܚܡܝܪܐ ܕܡܨܪܝܐ ܠܐ ܐܬܕܟܝܘ ܘܩܝܡܝܢ ܒܬܪܥܝܬܐ ܕܦܬܟܪܐ: ܦܩܕܗ ܠܡܘܫܐ ܕܢܦܪܘܫ ܠܗܘܢ ܡܐܟܘܠܬܐ: ܘܛܡܐ ܠܗܘܢ ܗܠܝܢ

ter Abraham, et Nachor; an diis quibus in terra Aegypti serviebatis? Ego autem et filii domus meae Domino Deo serviemus[1]. Sed et pluribus monuit eos : *Eligite vobis hodie cui velitis servire; et responderunt ei : Dominum colemus; eique serviemus, quia ipse est Deus noster. Dixitque eis : Videte ne forte non possitis servire Domino; responderunt autem : Poterimus. Et ait eis : Testes ipsi vos estis, quia elegistis vobis Domino servire; responderuntque : Testes sumus*[2]. Ut autem iterum tibi constet eos in Aegypto vitulos bovesque adorasse, animadverte ipsos, cum immoraretur in monte Moyses, a Domino recessisse et idola coluisse; nullam autem sibi similitudinem finxisse quam adorarent, praeterquam vituli quem consueverant in terra Aegypti adorare. Et tumultuaverunt, et festum celebraverunt coram vitulo quem fecerant. Similiter Ieroboam, filius Nabat, cum eos seduxit, vitulum eis fecit, quem adorarent sicuti eum in Aegypto adoraverant. Videns autem Sanctissimus eos a fermento Aegyptiorum nondum esse purgatos, et in eodem idololatriae consilio perstare, Moysem iussit cibos eis distinguere; hosque eis pollutos declaravit, quos velut mundos in terra Aegypti manducaverant; hos

AB] — 8 A ܘܚܙܘ. — 11 A ܣܗܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. — 14 A ܘܣܓܕܝܢ.

[1] Ios. XXIV, 15. — [2] *Ib.* XXIV, 15-22.

autem edere permisit, quos in terra Aegypti adorantes non manducaverant. Insuper, propter eorum pervicaciam praecepit in sacrificiis ante se offerendis eadem quae olim adoraverant admoveri debere, ideo ut, etiamsi eis vesci renuissent, ovium tamen taurorumque, sacrificiorum suorum ergo, comederent carnem. Considera etiam, licet plura eis animalia tanquam munda designaverit, nullum tamen eorum in sacrificiis sibi iussisse offerri, praeterquam oves et tauros duntaxat. Persuasum ergo teneto, carissime, Israelis de ciborum delectu inanem esse iactantiam.

5. Mihi igitur dices, o scriba, sapiens disputator populi : si contaminantur Israelitae cum ea contingunt aut tractant, quae lege declarantur immunda, quare Samson, nazaraeus, fortissimus Israelis, de animali immundo, de sceleto leonis, mel collegit ac manducavit, quod in manus suas stillavit? Nullam vero culpam aut reprehensionem ob actum illum incurrit, nec scriptum est eum contaminatum fuisse. Pariter quando asini maxilla tulit victoriam, atque Philistaeorum corpora in acervos congessit, sitivit et oravit ante Deum suum dicens : *Domine, tu dedisti in manu servi tui victoriam*

ܕܛܥܝܢ ܗܘ̈ܘ ܠܗܘܢ ܠܒܥܝܪ̈ܐ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ: ܘܐܦܣ ܠܗܘܢ ܠܒܥܝܪ̈ܐ ܗܠܝܢ ܕܣܓܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܠܐ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗܘܢ. ܘܡܛܠ ܪܘܚܗܘܢ ܒܢܟܣܐ ܐܦ ܠܡܩܪܒܘܬܐ ܕܩܘܪ̈ܒܢܝܢ ܗܘܐ ܦܩܕ ܐܢܘܢ: ܡܢ ܩܕܝܡ ܕܣܓܕܝܢ ܗܘܘ ܢܩܪܒ ܠܩܘܕܡܘܗܝ: ܕܐܦܢ ܠܐ ܨܒܝܢ ܠܡܐܟܠ ܒܒܣܪܐ ܕܕܒܚ̈ܝܗܘܢ ܢܐܟܠܘܢ ܒܣܪ: ܟܠܗ ܡܐܘܬܐ. ܚܙܝ ܕܝܢ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܚܝ̈ܘܬܐ ܦܪܫ ܠܗܘܢ ܠܕܟܝܘܬܐ: ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܠܐ ܦܩܕ ܕܢܩܪܒܘܢ ܩܘܪܒܢܐ ܐܠܐ ܡܢ ܥܢܐ ܘܬܘܪ̈ܐ ܒܠܚܘܕ. ܗܟܝܠ ܚܒܝܒܝ ܐܫܬܪܪ ܕܣܪܝܩ ܗܘ ܫܘܒܗܪܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܒܦܘܪܫ ܡܐܟܘܠܬܐ܀

ܐܡܪ ܠܝ ܐܘ ܣܦܪܐ ܚܟܝܡܐ ܡܒܥܝܢܐ ܕܥܡܐ. ܐܢ ܓܝܪ ܡܬܛܢܦܝܢ ܗܘܘ ܐܝܣܪܝܠ ܟܕ ܢܩܪܒܘܢ ܘܢܬܚܫܘܢ ܒܡܕܡ ܕܛܡܐ ܢܡܘܣܐ: ܠܡܢܐ ܫܡܫܘܢ ܢܙܝܪܐ ܓܢܒܪܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܚܝܘܬܐ ܛܡܐܬܐ ܡܢ ܐܣܛܘܡܟܐ ܕܐܪܝܐ ܢܣܒ ܕܒܫܐ ܘܐܟܠ ܗܘܐ ܟܕ ܐܬܢܛܦ܆ ܘܠܐ ܡܕܡ ܥܘܠܐ ܘܪܫܝܢܐ ܡܛܠ ܗܕܐ ܥܒܕܐ ܗܘܐ ܠܗ ܘܠܐ ܟܬܝܒ ܕܐܬܛܡܝ. ܘܐܦ ܟܕ ܥܒܕ ܢܨܚܢܐ ܒܠܘܥܐ ܕܚܡܪܐ ܘܥܒܕ ܥܪ̈ܡܬܐ ܡܢ ܦܠܫܬܝ̈ܐ: ܨܗܝ ܘܨܠܝ ܩܕܡ ܐܠܗܗ ܘܐܡܪ: ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ: ܐܢܬ ܝܗܒܬ ܒܐܝܕܗ ܕܥܒܕܟ ܗܢܐ ܢܨܚܢܐ

AB] — 8 A ܠܡܣܓܕܘ. — 10 A ܠܒܥܝܪܐ [ܠܚ̈ܝܘܬܐ. — 16 *B* ܢܗܘ. — 27 A ܒܐܝܕܐ [ܒܐܝܕܗ.

ܪܒܐ: ܘܗܫܐ ܡܝܬ ܐܢܐ ܒܨܗܝܐ. ܘܫܡܥ ܐܠܗܐ ܨܠܘܬܗ ܕܫܡܫܘܢ ܘܐܦܩ ܠܗ ܡܝܐ ܡܢ ܦܟܐ ܕܚܡܪܐ ܘܐܫܬܝ ܘܢܚ ܨܗܝܗ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܡܕܡ ܛܡܐܘܬܐ ܘܡܚܒܠܢܘܬܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܦܟܐ ܕܚܡܪܐ ܕܗܘ ܛܡܐ ܗܘܐ ܒܢܡܘܣܐ. ܠܡܢܐ ܠܢܙܝܪܗ ܡܢ ܦܟܐ ܡܦܩ ܗܘܐ ܠܗ ܡܝܐ ܠܡܫܬܝܐ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܗܘܬ ܛܡܐܘܬܐ ܒܗ: ܙܕܩ ܗܘܐ ܕܢܦܩ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢ ܟܐܦܐ ܐܝܟ ܕܐܦܩ ܡܝܐ ܡܢ ܟܐܦܐ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܒܡܕܒܪܐ: ܐܘ ܡܢ ܐܪܥܐ ܐܝܟ ܕܐܦܩ ܠܗܓܪ ܘܐܫܬܝ ܐܝܫܡܥܝܠ. ܘܐܦ ܕܝܢ ܛܡܐܘܬܐ ܐܝܬ ܒܡܐܟܘܠܬܐ: ܒܦܪܚܬܐ ܟܠܗ ܠܝܬ ܕܛܡܐܐ ܘܣܢܝܢ ܡܢ ܥܘܪܒܐ ܕܡܘܒܠܝܢ ܗܘܘ ܠܚܡܐ ܘܒܣܪܐ ܠܐܠܝܐ ܢܒܝܐ ܩܕܝܫܐ ܟܕ ܝܬܒ ܗܘܐ ܒܢܚܠܐ ܕܟܪܝܬ. ܘܡܢ ܐܝܟܐ ܟܝ ܡܘܒܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܥܘܪܒܐ ܡܐܟܘܠܬܗ ܕܐܠܝܐ ܐܠܐ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ. ܡܢܬܐ ܕܙܕܩܐ ܠܗ ܡܦܪܫܝܢ ܗܘܘ ܟܗܢܐ ܠܚܘܕ ܗܟܢ: ܘܡܗܝܡܢܐܝܬ ܠܥܘܪܒܐ ܝܗܒܝܢ ܗܘܘ: ܘܫܩܠܝܢ ܘܡܘܒܠܝܢ ܠܐܠܝܐ ܒܦܘܩܕܢܗ ܕܥܠܝܐ ܐܠܗܗ. ܘܕܟܝܐ ܗܘܬ ܣܝܒܪܬܗ ܕܐܠܝܐ ܟܕ ܡܢ ܦܘܡ ܥܘܪܒܐ ܡܩܒܠ ܗܘܐ ܡܢ ܦܪܚܬܐ ܕܛܡܐܐ ܢܡܘܣܐ܀

ܘܕܥ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܕܡܛܠ

hanc maximam; et nunc en siti morior[1]. Et audivit orationem Samsonis, et scaturire fecit aquas e maxilla asini, quibus haustis sitis eius exstincta est. Si quaepiam inesset impuritas aut noxa mandibulae asini, qui in lege dicebatur immundus, cur nazaraeo suo eduxit [Deus] de ipsa maxilla aquas in potum? Si in eo subesset immunditiès, magis oportebat aquam e petra elicere, quemadmodum filiis Israel aquam de petra produxit in eremo, vel e terra, sicut propter Hagar manare fecit, et bibit Ismael. Insuper autem si in cibis reperitur immunditiès, inter omnes volucres nullae profecto magis sunt impurae ac foedae quam corvi, qui panem et carnem Eliae, prophetae sancto, afferebant; cum sederet in torrente Carith. Undenam vero Eliae cibum afferebant corvi, nisi Hierosolyma? Partem ei congruentem seorsum reponebant sacerdotes, et corvis cum fide committebant, qui eam Eliae, secundum mandatum Altissimi, Dei eius, deferebant et asportabant. Idque mundum erat Eliae alimentum, licet illud ore corvorum acciperet, ab avibus quas immundas lex declaravit.

6. Scire autem debes, carissime,

AB] — 6 A ܚܡܪܐ. — 8 A ܛܡܐܐ. — *Ib.* *B* ܒܗ. — 9 A om. ܗܘܐ. — 13 *B* ܡܐܟܘܠܬܐ. — 18 *B* ܠܗ. — 26 A ܡܛܠ.

[1] Iud. xv, 18.

[Deum] ut eorum refelleret praetextus, quominus vitulos taurosque, numina Aegyptiorum, adorarent, cibos eis distinxisse, sacrificiaque sibi ab eis offerri iussisse de iisdem quae in terra Aegypti reveriti fuerant. Minime quidem sacrificiis et oblationibus Deus indigebat, sed ipsis sacrificiis praepediendi erant ne deos gentium adorarent, quando inter eas ingrederentur, eisque immiscerentur, quemadmodum deos Aegypti adoraverant, cum ad eos ingressi sunt eisque immixti. Idcirco eos obligavit et coercuit, [praecipiens] ut ante altare suum oblationes porrigerent et victimas immolarent. Postquam autem eos copiose condocuit, ab illo recesserunt, gentilium deos coluerunt eisque servierunt, et corruperunt viam suam, sicut dixit ad eos Moyses: *Novi quod post mortem meam corrupte agetis, et declinabitis de via quam praecepi vobis, et occurrent vobis mala plurima in extremo dierum*[1].

7. Porro persuasum habe Deum nec sacrificiis neque oblationibus, nidoreve aut fumo unquam indiguisse, nisi ut illos cohiberet. Ideo quando declinaverunt, atque ipsa quae eis dederat sacrificia idolis coeperunt immolare, tunc dixit eis per prophetam: *Nil mihi prodest multitudo victimarum vestrarum, ait Dominus*[2]. Et dixit:

…ܢܦܩܘܢ ܥܠܬܗܘܢ ܕܠܐ ܢܣܓܕܘܢ ܠܥܓܠܐ
…ܘܠܬܘܪܐ ܕܡܨܪܝܐ ܦܪܫ ܠܗܘܢ ܡܐܟܘܠܬܐ
…ܦ ܐܝܟ ܕܢܩܪܒܘܢ ܩܘܪܒܢܐ ܡܢ
…ܕܗܢܘܢ ܕܡܣܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ.
…ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܣܢܝܩܐ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܠܕܒܚ̈ܐ
…ܘܠܩܘܪܒܢܐ: ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܢܬܟܠܘܢ
…ܒܕܒܚ̈ܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܕܠܐ ܢܣܓܕܘܢ ܠܐܠܗܐ
…ܕܥܡܡ̈ܐ ܟܕ ܥܠܠܝܢ ܘܡܬܚܠܛܝܢ
…ܥܡܗܘܢ: ܐܝܟ ܕܣܓܕܘ ܠܐܠܗܐ
…ܕܡܨܪܝܢ ܟܕ ܥܠܘ ܘܐܬܚܠܛܘ ܒܗܘܢ:
…ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܣܪ ܘܟܠܐ ܐܢܘܢ ܕܩܕܡ
…ܡܕܒܚܗ ܢܩܪܒܘܢ ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ
…ܘܢܕܒܚܘܢ ܕܒܚ̈ܝܗܘܢ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܘܠܦ
…ܐܢܘܢ: ܣܛܘ ܡܢ ܒܬܪܗ ܘܣܓܕܘ ܘܦܠܚܘ
…ܠܐܠܗܝ ܥܡܡ̈ܐ ܘܚܒܠܘ ܐܘܪܚܗܘܢ
…ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܘܫܐ: ܕܝܕܥ ܐܢܐ
…ܕܡܢ ܒܬܪ ܡܘܬܝ ܡܚܒܠܘ ܡܚܒܠܝܢ
…ܐܢܬܘܢ ܘܣܛܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܐܘܪܚܐ
…ܕܦܩܕܬܟܘܢ: ܘܐܪܥܢ ܠܟܘܢ ܒܝܫ̈ܬܐ
…ܣܓܝܐܬܐ ܒܚܪܬܐ ܕܝܘܡܬܐ.

ܘܐܬܛܦܝܣ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ
…ܣܢܝܩ ܗܘܐ ܠܕܒܚ̈ܐ ܘܩܘܪܒܢܐ
…ܘܠܪܝܚܐ ܘܠܬܢܢܐ: ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܢܟܠܐ
…ܐܢܘܢ. ܘܟܕ ܣܛܘ ܠܗܘܢ ܘܫܪܝܘ
…ܕܒܚ̈ܐ ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܫܪܝܘ ܠܡܕܒܚܘ
…ܠܦܬܟܪ̈ܐ: ܗܝܕܝܢ ܒܝܕ ܢܒܝܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ:
…ܠܐ ܐܬܗܢܝܬ ܡܢ ܣܘܓܐܐ ܕܕܒܚ̈ܝܟܘܢ

AB] — 2 A ܘܕܒܚ̈ܘܗܝ. — *Ib.* B om. ܦܪܫ. — 3 7 A ܡܘܙܐܢܐ.

[1] Deut. XXXI, 29. — [2] Is. I, 11.

ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܩܘܛܪܐ ܡܣܠܝܐ ܗܘ ܠܝ: ܘܪܝܫ ܝܪܚܝܟܘܢ ܘܥܐܕܝܟܘܢ ܣܢܝܐ ܢܦܫܝ. ܘܬܘܒ ܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܐܟܠ ܐܢܐ ܒܣܪܐ ܕܬܘܪܐ: ܘܕܡܐ ܕܥܬܘܕܐ ܠܐ ܫܬܐ ܐܢܐ. ܐܠܐ ܚܠܦ ܗܠܝܢ ܕܒܘܚ ܠܐܠܗܐ ܬܘܕܝܬܐ ܘܫܠܡ ܠܡܪܝܡܐ ܢܕܪܝܟ: ܘܡܐ ܕܥܒܕܬ ܗܠܝܢ ܩܪܝ ܠܝ ܒܝܘܡܐ ܕܐܘܠܨܢܐ ܘܐܦܨܝܟ ܘܬܫܒܚܢܢܝ. ܬܘܒ ܟܬܝܒ ܒܢܒܝܐ: ܕܣܢܝܬ ܘܐܣܠܝܬ ܠܥܐܕܝܟܘܢ: ܘܠܐ ܐܪܝܚ ܒܢܟܣܬܟܘܢ. ܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܐܦ ܐܢ ܬܩܪܒܘܢ ܠܝ ܩܘܪܒܢܐ ܒܣܘܓܐܐ ܕܡܦܛܡܝܟܘܢ ܠܐ ܐܚܘܪ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܡܐ ܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܒܡܕܒܪܐ ܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܩܪܒܬܘܢ ܠܝ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܢ ܐܟܠܬܘܢ ܘܫܬܝܬܘܢ ܠܐ ܗܘܐ ܐܢܬܘܢ ܐܟܠܬܘܢ ܘܫܬܝܬܘܢ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܕܢܟܣ ܐܡܪܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܢܟܣ ܟܠܒܐ: ܘܡܢ ܕܡܩܪܒ ܬܘܪܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܢܟܣ ܓܒܪܐ: ܘܕܡܩܪܒ ܠܒܘܢܬܐ ܐܝܟ ܕܡܐ ܕܚܙܝܪܐ: ܘܕܡܨܠܐ ܩܕܡܝ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܒܪܟ ܠܦܬܟܪܐ. ܘܫܡܘܐܝܠ ܐܡܪ ܠܫܐܘܠ ܟܕ ܫܡܥ ܩܠܐ ܕܥܢܐ ܘܬܘܪܐ ܕܐܬܘ ܡܢ ܥܡܠܝܩܝܐ: ܕܡܢܘ ܩܠܐ ܗܢܐ ܕܫܡܥ ܐܢܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܫܐܘܠ: ܚܤ ܥܡܐ ܥܠ ܫܦܝܪܐ ܕܥܢܐ ܕܢܕܒܚܘܢ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܫܡܘܐܝܠ: ܕܛܒ ܗܘ ܫܡܥܐ ܡܢ ܕܒܚܐ: ܘܡܨܝܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܬܪܒܐ ܕܕܟܪܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܫܐܘܠ: ܕܚܛܝܬ ܕܥܒܪܬ ܥܠ ܡܠܬܐ ܕܡܪܝܐ ܘܕܝܠܟ.

Odor ille abominatio est mihi; calendas vestras et solemnitates vestras odit anima mea[1]. Et David rursus ait : *Non manduco carnem iuvencorum, nec sanguinem hircorum haurio;* sed eorum loco *immola Deo laudem, et redde Altissimo vota tua;* cumque haec feceris, *invoca me in die tribulationis; eruam te et laudabis me*[2]. Iterum scriptum est per prophetam : *Odi et proieci festivitates vestras, et sacrificia vestra non odorabor*[3]. Rursus scriptum est : *Quamvis mihi attuleritis sacrificia, multitudinem pinguium vestrorum non respiciam*[4]. Dixit quoque : *Numquid hostias et oblationes obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, filii Israel*[5]*? Et quando comeditis et bibitis, nonne vos ipsi comeditis et bibitis? ait Dominus*[6]. Isaias etiam dicit : *Qui immolat agnum, quasi qui mactet canem; et qui sacrificat taurum, quasi qui immolet virum; et qui offert incensum quasi qui sanguinem suillum* [*offerat*]; *et qui ante me orat, sicut qui benedicat idolo*[7]. Et Samuel dixit Sauli cum vocem audivit ovium et taurorum qui ab Amalecitis advenerant : *Quae est haec vox quam ego audio?* Dixit ei Saul : *Pepercit populus melioribus ovium, ut sacrificarent Domino Deo tuo.* Et ait ei Samuel : *Ecce melior est obedientia quam victimae, et auscultare magis quam adeps pinguium*[8].

AB] — 1 A om. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. — 3 A ܘܥܐܕܝܟܘܢ. — 8 B om. ܠܝ. — 10 A ܠܥܐܕܝܟܘܢ. — 11 B ܒܢܟܣܬܟܘܢ. — 17 A ܐܟܠܬܘܢ. — 18 A ܕܢܟܣ] ܕܢܟܣ. — 24 A ܘܐܬܘ.

[1] Is. I, 13, 14. — [2] Ps. L (XLIX), 13-15. — [3] Am. V, 21. — [4] *Ib.* V, 22. — [5] *Ib.* V, 25. — [6] Zach. VII, 6. — [7] Is. LXVI, 3. — [8] I Sam. XV, 14, 15, 22.

Et rursus ait : *Non placent Domino sacrificia impiorum*[1]. Scriptum quoque est : *Non expiabitur iniquitas domus Heli victimis et muneribus usque in sempiternum*[2]. Et iterum : *Non delectatur Dominus in arietibus, neque in myriadibus armenti iuvencarum.* Sed eorum loco, *indicabo tibi, o homo! quid prosit, quid Dominus requirat a te : facere tibi iudicium, et requirere fidem, et esse paratum ad ambulandum post Deum tuum*[3]. Etiam quando sacrificia et oblationes respuit in diebus Isaiae, dixit : Ostendam vobis quid requiram : *Quiescite a malis et discite benefacere, quaerite iudicium, benefacite oppressis, iudicate pupillos et iudicate viduas; et* ubi feceritis ea, *venite, et simul colloquemur, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra velut coccum, quasi nix dealbabuntur; et si rubra fuerint sicut vermiculus, quasi lana erunt*[4]. Malachias quoque ait : *Ne admoveatis altari meo gratuitum*[5], *nam non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus*[6]. Etiam Daniel Naduchodonosori dixit : *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis super pauperes*[7], non autem sacrificiis et muneribus. Reprobavit enim Israelem, et repudiavit sacrificia eius, ut Ieremias dixit : *Argentum reprobatum vocate eos, quia Dominus*

ܠܡܪܝܐ ܕܥܘܠܐ. ܘܐܡܪ ܬܘܒ ܒܫܡܘܐܝܠ:
ܠܐ ܡܬܚܣܝܐ ܡܢ ܕܒܝܬ ܥܠܝ: ܒܕܒܚ̈ܐ
ܥܕ ܠܥܠܡ ܘܒܩܘܪ̈ܒܢܐ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ:
ܕܠܐ ܪܥܐ ܡܪܝܐ ܒܕܒܚ̈ܝܗܘܢ ܕܚܛܝ̈ܐ.
ܘܬܘܒ ܒܡܝܟܐ ܕܠܐ ܢܬܪܥܐ ܟܘܠܐ ܕܢܦܠ
ܗܠܝܢ ܒܕܒ̈ܚܐ ܘܡܣܩ̈ܬܐ ܕܥܓ̈ܠܐ ܒܢ̈ܝ ܫܢܬܗܘܢ.
ܘܬܘܒ ܒܡܝܟܐ: ܕܠܐ ܡܬܪܥܐ ܡܪܝܐ
ܒܕܟܪ̈ܐ ܘܐܦܠܐ ܒܪ̈ܒܘܬܐ ܕܢܚ̈ܠܐ ܕܡܫܚܐ:
ܐܠܐ ܚܠܦ ܗܠܝܢ ܐܚܘܝܟ ܒܪܢܫܐ ܡܢܐ
ܡܦܩܚ: ܕܒܥܐ ܡܢܟ ܡܪܝܐ: ܕܬܥܒܕ ܠܟ
ܕܝܢܐ ܘܬܪܚܡ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܬܗܘܐ ܡܛܝܒ
ܠܡܗܠܟܘ ܒܬܪ ܐܠܗܟ. ܘܐܦ ܟܕ ܐܣܠܝ
ܕܒܚ̈ܐ ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܒܝܘ̈ܡܝ ܐܫܥܝܐ ܐܡܪ:
ܐܚܘܝܟܘܢ ܡܢܐ ܕܒܥܐ ܐܢܐ: ܫܠܘ ܡܢ
ܒܝܫ̈ܬܐ ܘܝܠܦܘ ܠܡܛܒܘ: ܒܥܘ
ܕܝܢܐ ܘܐܛܒܘ ܠܡܬܛܠܡܐ: ܕܘܢܘ ܠܝܬܡܐ
ܘܕܘܢܘ ܐܪ̈ܡܠܬܐ: ܘܡܐ ܕܥܒܕܬܘܢ ܗܠܝܢ
ܬܘ ܘܢܬܘܟܚ ܐܟܚܕܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ:
ܘܐܢ ܢܗܘܘܢ ܚܛܗ̈ܝܟܘܢ ܐܝܟ ܙܚܘܪܝܬܐ
ܐܝܟ ܬܠܓܐ ܢܚܘܪܘܢ: ܘܐܢ ܢܣܡܩܘܢ
ܐܝܟ ܙܚܘܪܝܬܐ ܐܝܟ ܥܡܪܐ ܢܗܘܘܢ.
ܘܡܠܐܟܝ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܬܩܪܒܘܢ ܥܠ ܡܕܒܚܝ
ܡܓܢ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܨܒܝܢܐ ܐܝܬ ܠܝ ܒܟܘܢ
ܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܘܕܢܝܐܝܠ ܐܡܪ ܠܗ
ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ: ܕܚܛܗ̈ܝܟ ܒܙܕܩܬܐ ܦܪܘܩ
ܘܥܘ̈ܠܝܟ ܒܪ̈ܚܡܐ ܕܥܠ ܡܣܟܢ̈ܐ:

AB] — 8 A ܒܕܟܪ̈ܐ. — 10 A om. ܠܟ secundo. — 14 A ܐܚܘܝܟܘܢ. — *Ib.* *B* om. ܡܢܐ. — *Ib.* A add. ܠܗ [ܡܢܐ. — 26 A ܘܥܘ̈ܠܝܟ. — *Ib.* A ܕܡܣܟܢܐ.

1 Prov. xv, 8. — 2 I Sam. iii, 14. — 3 Mich. vi, 7, 8. — 4 Is. i, 16-18. — 5 ܡܓܢ donum gratuitum sine impendio parabile, vile et sordidum. — 6 Mal. i, 10. — 7 Dan. iv, 27 (24).

ܘܠܐ ܒܕ̈ܒܚܐ ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ. ܐܣܠܝܢܘܢ
ܡܪܝܐ ܠܐܝܣܪܝܠ ܘܐܣܠܝ ܩܘܪ̈ܒܢܝܗܘܢ
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܪܡܝܐ: ܕܟܣܦܐ ܡܣܠܝܐ
ܩܪܘ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܕܐܣܠܝ ܐܢܘܢ ܡܪܝܐ.
ܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܐܦܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܩܕܡ
ܐܦܝ ܘܢܦܩܘܢ: ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ: ܕܠܐܝܟܐ
ܢܦܩܘܢ܆ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܕܠܚܪܒܐ ܠܚܪܒܐ
ܘܕܠܟܦܢܐ ܠܟܦܢܐ ܘܕܠܫܒܝܐ ܠܫܒܝܐ.
ܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܠܐ ܢܘܣܦ ܠܡܚܪ
ܒܗܘܢ. ܘܐܦ ܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܕܦܪܘܫܘ
ܡܢܗܘܢ ܘܛܡ̈ܐܐ ܩܪܘ ܐܢܘܢ. ܘܐܦ ܐܪܡܝܐ
ܐܡܪ: ܕܫܒܩܬ ܒܝܬܝ ܫܒܩܬ ܝܪܬܘܬܝ:
ܝܗܒܬ ܚܒܝܒܬ ܢܦܫܝ ܒܐܝ̈ܕܝ
ܕܒܥܠܕܒ̈ܒܘܗܝ. ܬܘܒ ܟܬܝܒ: ܕܝܗܒܬ
ܠܗ ܠܒܪܬ ܥܡܝ ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܢܐ. ܬܘܒ
ܟܬܝܒ: ܕܐܒܛܠ ܡܪܝܐ ܡܢ ܨܗܝܘܢ
ܥܐ̈ܕܐ ܘܫܒܬܐ. ܘܐܦ ܒܚܙܩܝܐܝܠ
ܢܒܝܐ ܦܪܫ ܘܚܘܝ ܐܢܘܢ ܡܛܠ
ܩܫܝܘܬܗܘܢ. ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܕܒ̈ܚܐ
ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܕܟܒܪ ܒܗܠܝܢ ܢܬܟܠܘܢ
ܡܢ ܚܛܗ̈ܝܗܘܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢ ܠܥܠ:
ܕܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܦܘܩܕ̈ܢܐ ܘܕܝ̈ܢܐ ܐܘܕܥܬ
ܐܢܘܢ ܕܐܢ ܥܒܕ ܠܗܘܢ ܒܪܢܫܐ ܢܚܐ ܒܗܘܢ. ܬܘܒ ܐܡܪ: ܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܦܘܩܕ̈ܢܐ ܕܠܐ
ܫܦܝܪ̈ܝܢ ܘܕܝ̈ܢܐ ܕܠܐ ܢܚܘܢ ܒܗܘܢ: ܘܛܢܦܬ ܐܢܘܢ ܒܡܘܗ̈ܒܬܗܘܢ ܟܕ ܕܡܩܪܒܝܢ ܩܘܪ̈ܒܢܐ܀

ܐܬܗܝܡܢ ܐܘ ܗܟܝܠ ܣܦܪ ܢܡܘܣܐ
ܡܠܦܢܐ ܕܥܡܐ܆ ܩܫܝ ܩܕܠ ܕܣܦܪܐ

proiecit illos[1]. Rursumque dicit : *Eiice illos a facie mea, et egrediantur. Quod si dixerint : Quo egrediemur? dic ad eos : Qui ad gladium ad gladium, et qui ad famem ad famem, et qui ad captivitatem ad captivitatem*[2]. Scriptum est etiam : *Non addet ut respiciat eos*[3]. Isaias iterum dixit : *Recedite ab eis, et pollutos vocate eos*[4]. Ieremias quoque ait : *Reliqui domum meam, reliqui hereditatem meam; dedi dilectam animae meae in manu inimicorum eius*[5]. Adhuc scriptum est : *Dedi filiae populi mei libellum repudii*[6]. Et iterum : *Delevit Dominus de Sion festivitates et sabbatum*[7]. Insuper autem per Ezechielem prophetam distincte demonstravit eis, propter contumaciam eorum, et dedit eis sacrificia et oblationes, quibus fortassis a peccatis suis continerentur. Prius enim dixit : *Dedi eis praecepta, et iudicia ostendi eis, quae si fecerit homo vivet in eis*[8]; postea vero : *Dedi eis praecepta non bona, et iudicia in quibus non vivent; et pollui eos in muneribus suis cum afferrent oblationes*[9].

8. Fidem igitur habeas, o pervicacissime legis scriba, doctor populi, cum iam

AB] — 6 A ܠܐܝܟܐ. — 13 A ܒܐܝ̈ܕܝ] ܒܐܝܕܐ. — 17 A ܥܐ̈ܕܐ.

[1] Ier. VI, 30. — [2] *Ib.* XV, 1, 2. — [3] Thren. IV, 16. — [4] Non Isaias sed Ieremias, Thren. IV, 15. At cf. Is. LII, 11. — [5] Ier. XII, 7. — [6] *Ib.* III, 8. — [7] Thren. II, 6. — [8] Ezech. XX, 11. — [9] *Ib.* XX, 25, 26.

os sanctissimum [Dei] testetur, mandata et iudicia quae tibi data sunt, irrita et non bona esse. Quid iste est procax vultus? quid in disputatione blateras? En propter tua peccata dedit tibi cibos. De quibusnam porro praeceptis et iudiciis Ezechiel dixit : *Qui ea fecerit in eis vivet?* et de quibus dixit : *Dedi eis praecepta non bona, et iudicia in quibus non vivent?* At praecepta et iudicia vivifica ea sunt quae superius sunt conscripta; iudicia iusta et recta quae coram eis posuit, sunt decem mandata sancta, quae manu sua exaravit, Moysique tradidit ut doceret illos. Cum autem sibi finxissent vitulum, et a Deo recessissent, tunc illis dedit praecepta et iudicia non bona, sacrificium ac purgationem leprae, et profluvii, et menstruae, et partus; et ne quis mortuo, aut sepulcro, aut ossibus aut occisis appropinquaret; ut pro omnibus delictis et pro quavis hominis immunditie sacrificium offerret [homo]; et de singulis dicitur : *Immundus erit usque ad vesperum*[1], licet aqua lotus fuerit. Sine dubio, secundum ea quae scripta sunt, ne ullum quidem diem habet Israel quo mundus sit a peccatis; sed cunctos dies suos absumunt in peccatis et in immunditie; et lege nequeunt iustificari, quemadmodum

ܦܘܡܐ ܩܕܝܫܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܘܕܝܢܐ ܕܐܬܝܗܒܘ
ܠܟ ܠܐ ܡܫܡܠܝܢ ܘܠܐ ܫܦܝܪܝܢ. ܡܢܘ ܚܨܝܦܘ
ܐܦܝܟ ܘܡܫܪܥ ܒܕܪܫܐ܀ ܕܗܐ ܡܛܠ
ܚܛܗܝܟ ܝܗܒ ܠܟ ܡܘܟܠܢܐ ܘܗܫܐ ܠܟ
ܡܫܐܠܬܐ. ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܗܟܝܠ ܦܘܩܕܢܐ ܘܕܝܢܐ
ܐܡܪ ܚܙܩܝܐܝܠ: ܕܡܢ ܕܥܒܕ ܠܗܘܢ ܢܚܐ
ܒܗܘܢ: ܘܥܠ ܐܝܠܝܢ ܐܡܪ: ܕܝܗܒܬ ܠܗܘܢ
ܦܘܩܕܢܐ ܕܠܐ ܫܦܝܪܝܢ ܘܕܝܢܐ ܕܠܐ ܢܚܘܢ
ܒܗܘܢ܀ ܦܘܩܕܢܐ ܕܝܢ ܘܕܝܢܐ ܡܚܝܢܐ ܗܢܘܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܠܥܠ ܟܬܝܒܝܢ: ܘܕܝܢܐ ܟܐܢܐ
ܘܬܪܝܨܐ ܕܣܡ ܩܕܡܝܗܘܢ. ܥܣܪܐ ܦܘܩܕܢܝܢ
ܩܕܝܫܐ ܕܪܫܡ ܒܐܨܒܥܬܗ ܘܝܗܒ ܠܡܘܫܐ
ܕܢܠܦ ܐܢܘܢ. ܘܟܕ ܥܒܕܘ ܠܗܘܢ ܥܓܠܐ
ܘܣܛܘ ܡܢ ܒܬܪܗ: ܗܝܕܝܢ ܝܗܒ ܠܗܘܢ
ܦܘܩܕܢܐ ܘܕܝܢܐ ܕܠܐ ܫܦܝܪܝܢ: ܩܘܪܒܢܐ
ܘܕܘܟܝܬܐ ܕܓܪܒܐ ܘܕܝܒܘܬܐ ܘܕܣܘܚܬܐ
ܘܕܝܠܕܐ: ܘܕܠܐ ܐܢܫ ܢܬܩܪܒ ܠܡܝܬܐ
ܘܠܩܒܪܐ ܘܠܓܪܡܐ ܘܠܩܛܝܠܐ: ܘܕܥܠ
ܟܠ ܚܛܗܝܢ ܢܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܘܥܠ ܟܠ
ܛܡܐܘܬܗ ܕܐܢܫ: ܘܥܠ ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢܗܘܢ
ܐܡܪ: ܢܗܘܐ ܛܡܐ ܥܕܡܐ ܠܪܡܫܐ ܐܦ ܟܕ
ܢܣܚܐ ܒܡܝܐ. ܒܫܪܪܐܝܬ ܒܐܝܠܝܢ ܕܟܬܝܒܢ
ܠܝܬ ܠܗ ܠܐܝܣܪܝܠ ܐܦܠܐ ܚܕ ܝܘܡܐ
ܕܕܟܐ ܡܢ ܚܛܗܐ: ܐܠܐ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܗܘܢ
ܒܚܛܗܐ ܘܒܛܡܐܘܬܐ ܓܡܪܝܢ: ܘܡܢ
ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܙܕܕܩܘ ܐܝܟ

AB] — 4 B ܡܘܪܟܢܐ. — 6 A ܢܚܐ. — 9 A ܗܢܘܢ. — 12 A ܕܪܫܡ. — 18 A ܠܩܒܪܐ ܘܠܓܪܡܐ. — 22 A om. ܕܟܬܝܒܢ. — 26 A ܠܡܙܕܕܩܘ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ.

[1] Lev. xv, 5, seqq.

ܘܐܡܪ ܫܠܝܚܐ: ܕܡܢ ܢܡܘܣܐ ܐܢܫ ܠܐ ܡܙܕܕܩ: ܐܠܐ ܡܢ ܕܥܒܕ ܐܝܠܝܢ ܕܟܬܝ̈ܒܢ ܒܗ ܢܚܐ ܒܗܝܢ. ܝܕܝܥܐ ܕܝܢ ܕܐܢܫ ܠܡܥܒܕܝܗܝܢ ܠܐ ܡܨܐ ܘܠܡܛܪܝܢܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚ. ܘܐܡܪ ܐܦ ܡܪܢ ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܩܝܪ̈ܝܢ ܐܢܝܢ ܘܐܡܪ ܠܢ: ܕܬܘ ܠܘܬܝ ܠܐ̈ܝܐ ܘܫܩܝ̈ܠܝ ܡܘܒܠܐ ܘܐܢܐ ܐܢܝܚܟܘܢ. ܘܫܩܘܠܘ ܢܝܪܝ ܕܝܠܝ ܥܠܝܟܘܢ: ܡܛܠ ܕܢܝܪܝ ܒܣܝܡ ܗܘ ܡܗܝܡܢ. ܡܘܕܝܢܢ ܠܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܫܩܠܗ ܡܢܢ ܢܝܪܐ ܩܫܝܐ ܘܢܝܪܐ ܝܩܝܪܐ ܘܝܗܒ ܠܢ ܕܝܠܗ ܢܝܚܐ ܘܡܒܣܡܐ܀

ܗܠܝܢ ܡܠܝܠ ܕܘܟܪ̈ܢܐ ܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ ܥܠ ܕܪܡܝܢ ܘܡܫܬܒܗܪܝܢ ܘܡܫܬܒܗܪܝܢ ܥܡܐ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܕܡܛܡܐܝܢ ܘܡܦܪܫܝܢ ܡܐܟܘ̈ܠܬܐ. ܒܬܠܬ ܓܝܪ ܡܠܐ ܫܒܗܪܝܢ: ܒܓܙܘܪܬܐ ܘܒܢܛܘܪܬܐ ܕܫܒܬܐ ܘܒܦܘܪܫ ܡܐܟܘ̈ܠܬܐ ܐܦ ܒܐܚܪ̈ܢܝܬܐ. ܥܠ ܗܠܝܢ ܠܬܠܬܝܗܝܢ ܡܠܝܠ ܐܝܟ ܕܡܛܝܬ ܟܬܒܬ ܠܟ ܘܐܠܦܬܟ: ܥܠ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܐܝܟ ܕܡܛܝܬ ܕܝܗܒ ܠܝ ܐܠܗܐ ܟܠ ܙܒܢ ܐܟܬܘܒ ܘܐܠܦܟ܀

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܥܠ ܦܘܪܫ ܡܐܟܘ̈ܠܬܐ܀

Apostolus ait : *Nemo lege iustificatur; sed qui fecerit quae in ea scripta sunt vivet in illis*[1]. Notum est autem hominem ea facere non posse; neque ea custodire valere. Locutus est etiam Dominus, videns ea gravia esse, et advocavit nos dicens nobis : *Venite ad me qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos; et tollite iugum meum super vos, quia iugum meum leve et suave est*[2]. Confitemur nos misericordiam quae abstulit a nobis iugum asperum et iugum grave, suumque nobis dedit quod lene est atque iucundum.

9. Hasce breves recordationes tibi scripsi, carissime, eo quia se efferunt, et superbiunt, et gloriantur Iudaeorum populus, cibos pollutos dicendo et deligendo. In tribus enim iactantur : Circumcisione, observantia sabbati, ciborumque distinctione, sed etiam in aliis. De tribus illis, quantum consecutus sum, pauca tibi scripsi, teque edocui. De ceteris, prout mihi tribuit Deus, identidem tibi scribam, teque edocebo.

Explicit Demonstratio de Distinctione ciborum.

AB] — 1 A ܡܙܕܕܩܘܢ ܡܢ ܢܡܘܣܐ. — 3 A ܢܚܐ. — 5 B ܚܙܐ [ܚܙܐ. — *Ib.* B om. ܕܝܩܝܪ̈ܝܢ. — 7 A ܘܫܩܘܠܘ ܢܝܪܝ. — 9 A ܡܘܕܝܢ ܐܢܚܢ. — 22 AB om. ܬܚܘܝܬܐ.

[1] Gal. III, 11, 12. — [2] Matth XI, 28-30.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܥܠ ܥܡ̈ܡܐ ܕܗܘܘ
ܚܠܦ ܥܡܐ

DEMONSTRATIO XVI

DE GENTIBUS QUAE LOCO POPULI SUFFECTAE SUNT

ܥܡ̈ܡܐ ܓܝܪ ܕܡܢ ܟܠ ܠܫܢ̈ܝܢ ܡܩܪ̈ܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ ܠܝܪܬܘܬܗ ܕܥܠܝܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܐܒܪܗܡ ܐܠܗܐ: ܕܐܒܐ ܠܣܘܓܐܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܝܗܒܬܟ. ܡܘܫܐ ܐܦ ܗܘ ܐܡܪ: ܕܥܡ̈ܡܐ ܠܛܘܪܐ ܢܩܪܘܢ ܘܬܡܢ ܢܕܒܚܘܢ ܕܒܚ̈ܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܘܒܬܫܒܘܚܬܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܐܡܪ ܠܗ ܠܥܡܐ: ܕܐܛܢܟܘܢ ܒܥܡ ܕܠܐ ܥܡ: ܘܒܥܡܐ ܣܟܠܐ ܐܪܓܙܟܘܢ. ܘܝܥܩܘܒ ܐܒܘܢ ܗܘ ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ ܐܦ ܣܗܕ ܟܕ ܡܒܪܟ ܠܝܗܘܕܐ ܘܐܡܪ ܠܗ: ܕܠܐ ܢܥܒܪ ܫܒܛܐ ܡܢ ܝܗܘܕܐ ܘܡܒܝܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ: ܥܕܡܐ ܕܢܐܬܐ ܡܢ ܕܕܝܠܗ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܘܠܗ ܥܡ̈ܡܐ ܢܣܒܪܘܢ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ: ܕܢܗܘܐ ܡܬܩܢ ܛܘܪܐ ܕܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܒܪܝܫ ܛܘܪ̈ܐ ܘܪܡ ܡܢ ܪ̈ܡܬܐ: ܘܢܚܙܘܢ ܠܗ ܟܠܗܘܢ

1. Gentes quidem ex omnibus linguis ad hereditatem Altissimi ante Israelem advocatae sunt, sicut Abrahae dixit Deus : *Patrem multitudini gentium dedi te*[1]. Moyses quoque pronuntiavit dicens : *Populos ad montem vocabunt, et ibi immolabunt sacrificia iustitiae*[2]. Et in cantico testimonii populo loquitur : *Provocabo vos in populo qui non est populus, et in gente stulta irritabo vos*[3]. Iacob etiam, pater noster, de gentibus testimonium praebuit, cum Iudae benedixit, aitque ei : *Non recedet sceptrum de Iuda, et legislator de pedibus eius, donec veniat is cuius est regnum; et in ipsum gentes sperabunt*[4]. Isaias quoque ait : *Erit praeparatus mons domus Domini in vertice montium, altior collibus, eumque spectabunt omnes gentes; et venient*

AB] — B in titulo add. [illegible]. — 2 A [illegible]. — 9 B om. [illegible]. — 10 A [illegible]. — 14 A [illegible].

[1] Gen. XVII, 5. — [2] Deut. XXXIII, 19. — [3] *Ib.* XXXII, 21. — [4] Gen. XLIX, 10.

ܥܡܡܐ܆ ܘܢܐܙܠܘܢ ܥܡܡܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܘܢܐܡܪܘܢ܆ ܬܘ ܢܣܩ ܠܛܘܪܗ ܕܡܪܝܐ ܘܠܒܝܬܗ ܐܠܗܗ ܕܝܥܩܘܒ܆ ܘܢܠܦܢ ܡܢ ܐܘܪܚܬܗ ܘܢܗܠܟ ܒܫܒܝܠܘܗܝ܆ ܡܛܠ ܕܡܢ ܨܗܝܘܢ ܢܦܘܩ ܢܡܘܣܐ ܘܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ܆ ܘܢܕܘܢ ܒܝܬ ܥܡܡܐ ܘܢܟܣ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܪܚܝܩܐ܂ ܘܡܐ ܕܕܢ ܐܢܘܢ ܘܐܟܣ ܐܢܘܢ܆ ܗܝܕܝܢ ܢܩܒܠܘܢ ܡܪܕܘܬܐ ܘܢܬܢܝܚܘܢ ܘܢܬܡܟܟܘܢ ܡܢ ܡܪܚܘܬܗܘܢ܆ ܘܢܥܒܕܘܢ ܣܦܣܝܪܝܗܘܢ ܠܣܟܐ ܕܦܕܢܐ ܘܪܘܡܚܝܗܘܢ ܠܡܓܠܐ܆ ܘܠܐ ܢܣܒ ܥܡܐ ܥܠ ܥܡܐ ܣܦܣܪܐ܆ ܘܠܐ ܢܐܠܦܘܢ ܬܘܒ ܩܪܒܐ܂ ܡܢ ܩܕܝܡ ܓܝܪ ܥܡܡܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܚܛܘܦܐ ܘܥܠ ܛܠܘܡܐ ܒܣܝܦܐ ܘܒܪܘܡܚܐ ܘܒܢܝܙܟܐ ܡܬܟܬܫܝܢ ܗܘܘ܂ ܟܕ ܐܬܐ ܦܪܘܩܐ ܡܫܝܚܐ ܬܒܪ ܩܫܬܐ ܕܩܪܒܐ ܘܡܠܠ ܫܠܡܐ ܥܡ ܥܡܡܐ܆ ܘܐܦ ܐܢܘܢ ܣܦܣܝܪܝܗܘܢ ܠܣܟܐ ܕܦܕܢܐ ܘܪܘܡܚܝܗܘܢ ܥܒܕܘ ܡܓܠܐ ܕܢܐܟܠܘܢ ܥܡܠܐ ܕܐܝܕܝܗܘܢ ܘܠܐ ܡܢ ܓܢܒܘܬܐ܂ ܘܬܘܒ ܟܬܝܒ܆ ܕܐܗܦܘܟ ܥܠ ܥܡܡܐ ܣܦܬܐ ܓܒܝܬܐ ܕܢܩܪܘܢ ܟܠܗܘܢ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ܂ ܡܢ ܩܕܝܡ ܓܝܪ ܠܐ ܗܘܝ ܠܥܡܡܐ ܣܦܘܬܐ ܓܒܝܬܐ ܘܠܐ ܩܪܝܢ ܗܘܘ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ܆ ܡܛܠ ܕܦܬܟܪܐ ܕܥܒܕܐ ܕܐܝܕܝܗܘܢ ܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܒܣܦܘܬܗܘܢ ܘܒܫܡܐ ܕܐܠܗܝܗܘܢ

populi multi de longinquo, et dicent : Venite, ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Iacob; et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Ierusalem; et iudicabit inter gentes, et arguet omnes populos remotos; et simul atque eos iudicaverit et redarguerit, tunc suscipient correptionem, et conquiescent, et humiliabunt se a pervicacia sua, *et concident gladios suos in vomeres aratri, et lanceas suas in falces; nec levabit gens contra gentem gladium, nec discent amplius bellum*[1]. Antea enim, gentes illae quae Deum non noverant, contra praedatores atque oppressores gladiis, lanceis hastisque dimicabant. Cum autem venit Christus Salvator, *arcum belli confregit, et cum gentibus pacem locutus est*[2]; concidit eis gladios eorum in vomeres aratri, et lanceas suas in falces converterunt, ut manducarent de labore manuum suarum, neque amplius latrocinio [viverent]. Adhuc scriptum est : *Reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini*[3]. Non enim habebant olim populi labia electa, neque invocabant in nomine Domini; nam idola quae propriis manibus finxerant laudabant labiis suis, et in nomine deorum suorum invocabant, non vero in nomine Domini. Rursus ait

AB] — 7 A ܟܠܗܘܢ. — 10 A ܘܢܥܒܕܘܢ. — 16 A ܘܒܢܝܙܟܐ. — 19 B ܐܢܘܢ ܘܥܒܕܘ.

[1] Is. II, 2-4. Mich. IV, 1-3. — [2] Zach. IX, 10. — [3] Soph. III, 9.

Zacharias propheta : *Applicabuntur ad Dominum gentes multae et validae*[1]. Tandem Ieremias propheta de gentibus aperte dilucideque loquitur, cum ait : Derelinquent gentes sculptilia sua, et vociferabuntur, et conclamabunt, *et dicent : Idola mendacii, quae patres nostri in hereditatem nobis tradiderunt, nihil sunt*[2].

2. Populum suum compellans Ieremias dixit eis : *State super vias, et interrogate de semitis aeternis, et videte quae sit via bona, et ambulate in ea*. Ipsi autem in pervicacia sua responderunt ei, dicentes : *Non ambulabimus*. Iterum ait eis : *Constitui super vos speculatores, ut audiatis vocem tubae*. Et dixerunt ei denuo : *Non audiemus*. Idque manifeste et aperte egerunt in diebus Ieremiae, cui, verbum eis Domini praedicanti, illi respondentes dixerunt : *Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te, sed faciemus voluntatem nostram et omne verbum quod egressum est de ore nostro, ut incensa apponamus diis alienis*[3]. Cum igitur videret eos non oboedire, ad gentes se convertit eisque dixit : *Audite, gentes, et cognosce, congregatio quae in eis est; audiat terra cum plenitudine sua*[4]; cumque eos videret praefracte adversus se insurgere, et sermoni insolenter respondere, tunc dereliquit eos, sicut vaticinatus est

ܩܢܝܢ ܗܘܘ ܘܠܐ ܒܫܡ ܡܫܝܚܐ. ܬܘܒ ܐܦ
ܙܟܪܝܐ ܢܒܝܐ ܐܡܪ: ܕܢܬܩܪܒܘܢ ܠܡܪܝܐ
ܥܡ̈ܡܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܘܥܫܝ̈ܢܐ. ܘܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ
ܐܦ ܗܘ ܓܠܝܐܝܬ ܘܦܫܝܛܐܝܬ ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ
ܟܕ ܐܡܪ: ܕܥܡ̈ܡܐ ܢܫܒܩܘܢ ܦܬܟܪ̈ܝܗܘܢ
ܘܢܩܥܘܢ ܘܢܙܥܩܘܢ ܘܢܐܡܪܘܢ: ܕܦܬܟܪ̈ܐ
ܕܕܓܠܘܬܐ ܕܝܪܬܘ ܐܒܗ̈ܬܢ ܠܐ ܡܕܡ ܐܝܬ.

ܡܟܣܢܘܬܗ ܬܘܒ ܐܪܡܝܐ ܘܐܡܪ ܠܥܡܗ:
ܕܩܘܡܘ ܥܠ ܐܘܪ̈ܚܬܐ ܘܫܐܠܘ ܥܠ
ܫܒܝ̈ܠܐ ܕܥܠܡܐ ܘܚܙܘ ܐܝܕܐ ܐܘܪܚܐ ܛܒܬܐ:
ܘܗܠܟܘ ܒܗ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܒܩܫܝܘܬܗܘܢ ܥܢܘܗ
ܘܐܡܪܘ ܠܗ: ܕܠܐ ܐܙܠܝܢ ܚܢܢ. ܬܘܒ ܐܡܪ
ܠܗܘܢ: ܕܐܩܝܡܬ ܥܠܝܟܘܢ ܕܘܩ̈ܐ
ܕܬܫܡܥܘܢ ܩܠܐ ܕܫܝܦܘܪܐ. ܘܐܡܪܘ ܠܗ
ܬܘܒ: ܠܐ ܫܡܥܝܢܢ. ܘܗܕܐ ܦܫܝܛܐܝܬ
ܘܓܠܝܐܝܬ ܥܒܕܘ ܒܝܘ̈ܡܝ ܐܪܡܝܐ ܟܕ
ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܘܥܢܘ ܒܗ
ܘܐܡܪܘ ܠܗ: ܕܦܬܓܡܐ ܕܐܡܪܬ ܠܢ ܒܫܡܗ
ܕܡܪܝܐ ܠܐ ܫܡܥܝܢܢ ܠܟ: ܐܠܐ ܥܒܕܝܢܢ
ܨܒܝܢܢ ܘܟܠ ܦܬܓܡܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܦܘܡܢ
ܠܡܣܡ ܒܣ̈ܡܐ ܠܐܠܗ̈ܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ. ܟܕ
ܚܙܐ ܕܠܐ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܠܘܬ
ܥܡ̈ܡܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܫܡܥܘ ܥܡ̈ܡܐ
ܘܕܥܘ ܟܢܘܫܬܐ ܕܒܗܘܢ: ܘܬܫܡܥ ܐܪܥܐ
ܒܡܠܝܘܬܗ. ܟܕ ܚܙܐ ܕܡܬܚܡܨܝܢ ܗܘܘ
ܠܘܩܒܠܗ ܘܡܚܨܦܐܝܬ ܥܢܝܢ ܗܘܘ ܦܬܓܡܐ:
ܫܒܩ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܕܐܬܢܒܝ ܘܐܡܪ:

AB] — 14 B ܡܫܦܪܐ (sic). — 13 A ܡܥܒܕܝܢ ܐܢܘܢ. — 17 B ܘܐܡܪܘ. — 18 B ܠܗ ܡܢ. — 26 A ܘܡܚܨܦܐܝܬ] ܘܡܚܨܦܐ.

[1] Zach. II, 11. — [2] Ier. XVI, 19. — [3] *Ib.* XLIV, 16, 17. — [4] *Ib.* VI, 18, 19.

ܘܫܒܩܬ ܒܝܬܝ ܫܒܩܬ ܝܪܬܘܬܝ܆ ܝܗܒܬ ܚܒܝܒܬܐ ܕܢܦܫܝ ܒܐܝܕܐ ܕܒܥܠܕܒܒܝܗ܆ ܘܚܠܦܝܗ ܨܦܪܐ ܡܨܒܥܬܐ ܗܘܬ ܠܝ ܝܪܬܘܬܐ܆ ܘܗܢܝ ܥܕܬܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ ܕܡܢ ܟܠ ܠܫܢܝܢ ܡܟܢܫܐ܀

ܘܕܬܕܥ ܕܫܪܝܪܐܝܬ ܫܒܩ ܐܢܘܢ܆ ܐܫܥܝܐ ܬܘܒ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ܆ ܕܫܒܩܬܝܗܝ ܠܥܡܟ ܕܒܝܬ ܝܥܩܘܒ܆ ܘܩܪܐ ܫܡܗܘܢ ܣܕܘܡܝܐ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ܆ ܘܐܥܠ ܠܥܡܡܐ ܚܠܦܝܗܘܢ ܘܩܪܐ ܐܢܘܢ ܒܝܬ ܝܥܩܘܒ܂ ܐܡܪ ܓܝܪ ܐܫܥܝܐ ܟܕ ܩܪܐ ܠܥܡܡܐ ܥܠ ܫܡ ܕܒܝܬ ܝܥܩܘܒ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ܆ ܕܒܝܬ ܝܥܩܘܒ ܬܘ ܢܗܠܟ ܒܢܘܗܪܗ ܕܡܪܝܐ܂ ܫܒܝܩ ܕܐܬܛܠܩ ܗܘ ܥܡܐ ܕܒܝܬ ܝܥܩܘܒ ܘܗܘܘ ܠܗܘܢ ܫܠܝܛܢܐ ܕܣܕܘܡ ܣܕܘܡܝܐ ܘܥܡܐ ܕܥܡܘܪܐ܆ ܘܐܒܘܗܘܢ ܐܡܘܪܝܐ ܘܐܡܗܘܢ ܚܬܝܬܐ܆ ܘܐܬܗܦܟܘ ܘܗܘܘ ܠܗܘܢ ܓܦܬܐ ܢܘܟܪܝܬܐ܆ ܕܥܢܒܝܗܘܢ ܥܢܒܐ ܡܪܝܪܐ ܘܣܓܘܠܝܗܘܢ ܡܪܝܪܐ ܠܗܘܢ܆ ܒܢܝܐ ܡܪܘܕܐ ܘܣܐܡܐ ܡܣܠܝܐ܆ ܓܦܬܐ ܕܣܕܘܡ ܘܡܢ ܫܒܫܬܐ ܕܥܡܘܪܐ܆ ܟܪܡܐ ܕܥܒܕ ܒܘܠܐ ܚܠܦ ܥܢܒܐ܆ ܘܓܦܬܐ ܕܫܒܫܬܗ ܐܟܠܬ ܢܘܪܐ ܘܠܝܬ ܒܗ ܐܘܬܪܢܐ ܘܠܐ ܡܥܕܪܐ ܘܠܐ ܡܬܒܥܝܐ ܠܡܦܠܚܐ܂ ܬܪܝܢ ܓܝܪ ܩܪܐ ܝܥܩܘܒ܆ ܚܕ ܕܐܙܠ ܒܢܘܗܪܗ ܕܡܪܝܐ ܘܚܕ

dicens : *Reliqui domum meam, reliqui hereditatem meam; dedi dilectam animae meae in manu inimicorum eius, et pro ea avis picta facta est mihi in hereditatem*[1]. Atque haec est ecclesia gentium, ex omnibus linguis congregata.

3. Ut autem noveris eum illos vere dereliquisse, Isaias iterum de ipsis ait : *Reiecisti populum tuum domus Iacob*[2]; et vocavit nomen eorum Sodomitas et populum Gomorrhae, et gentes pro eis ingredi fecit, ipsasque appellavit domum Iacob. Ait namque Isaias, vocans populos nomine domus Iacob, et alloquens eos : *Domus Iacob, venite, et ambulemus in lumine Domini; proiectus est enim populus domus Iacob*[3], et facti sunt *principes Sodomae* et *populus Gomorrhae*[4]. *Pater eorum Amorrhaeus, et mater eorum Hethaea*[5]. *Immutati sunt, et facti sunt vinea aliena*[6]; *uvae eorum uvae acerbae, et botri eorum amaritudo*[7]; *filii rebelles*[8]; *argentum reprobatum*[9]; *vinea Sodomorum, et tradux Gomorrhae*[10]; *vinea quae loco uvarum fecit labruscas*[11]; *vitis cuius ramos comedit ignis, quae nullius est utilitatis, nec quidquam prodest, neque ad usum requiritur*[12]. Duos enim appellavit Iacob; alterum *qui ambulat in lumine Domini*[13]; alterum *qui*

AB] — 5 A add. in margine secunda manu *et suscitabo mihi e gentibus sacerdotes et levitas qui mihi ministrent, velut caeli novi et sicut terra nova, dicit Dominus* ܘܐܩܝܡ ܠܝ ܡܢ ܥܡܡܐ ܟܗܢܐ ܘܠܘܝܐ ܕܡܫܡܫܝܢ ܠܝ ܐܝܟ ܫܡܝܐ ܚܕܬܐ ܘܐܝܟ ܐܪܥܐ ܚܕܬܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. — 6 *B* ܡܟܢܫܐ] ܡܟܢܫܐ. — 14 *B* om. ܠܗ. — 19 *B* ܡܪ̈ܝܪܐ. — 20 A ܡܪܘܕܐ (sic).

[1] Ier. XII, 7-9. — [2] Is. II, 6. — [3] *Ib.* II, 5, 6. — [4] *Ib.* I, 10. — [5] Ezech. XVI, 3, 45. — [6] Ier. II, 21. — [7] Deut. XXXII, 32. — [8] Is. XXX, 1. — [9] Ier. VI, 30. — [10] Deut. XXXII, 32. — [11] Is. V, 2. — [12] Ezech. XV, 4. — [13] Is. II, 5.

proiicitur[1]; neque isti ultra vocati sunt Iacob, sed *principes Sodomae;* nomen autem Iacob datum est populo Gentium. Etiam propheta de Gentibus praedixit, ipsas loco Populi oblationes allaturas esse; dixit enim: *Magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco offerentur in nomine meo oblationes mundae*[2]. De Israel autem propheta dixit : *In oblationibus vestris non mihi complacui*[3]. Et rursus : *Sacrificia vestra non placuerunt mihi*[4]. Osee quoque de Israel dixit : *In mendacio quaerunt Dominum*[5]. Et Isaias dicit cor eius procul a Deo abesse; ait enim : *Populus iste labiis suis me glorificat; cor autem eius longe est a me*[6]. Osee iterum ait : *Circumdedit me in mendacio Ephraim, et domus Israel et Iuda in dolo, donec descenderet populus Dei*[7]. Quis est autem populus ille? nisi *populus iustus et fidelis*[8]. Si enim de Israel dixisset : *Circumdedit me mendacio et dolo;* et de Ephraim : *Ecce regnum iniquum ex Ephraim stetit in Israel;* et si nomen Iuda in hac sententia non commemoratum fuisset, responderent Iudam esse Sanctum illum et fidelem, qui descendit et Domino adhaesit. Verum propheta clare et expresse proclamavit : *Circumdedit me in mendacio Ephraim et Israel;* quia nempe

ܡܫܬܕܐ: ܘܠܐ ܬܘܒ ܗܢܘܢ ܐܬܩܪܝܘ ܝܥܩܘܒ ܐܠܐ ܪ̈ܫܢܐ ܕܣܕܘܡ: ܫܡܗ ܕܝܥܩܘܒ ܐܬܝܗܒ ܠܥܡܐ ܕܡܢ ܥܡ̈ܡܐ. ܘܐܦ ܐܡܪ ܢܒܝܐ ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ ܕܗܢܘܢ ܢܗܘܘܢ ܡܩܪܒܝܢ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܚܠܦ ܥܡܐ: ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܪܒ ܫܡܝ ܒܥܡ̈ܡܐ ܘܒܟܠ ܐܬܪ ܡܩܪܒܝܢ ܠܫܡܝ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܕܟ̈ܝܐ. ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ ܐܡܪ ܢܒܝܐ: ܕܒܩܘܪ̈ܒܢܝܟܘܢ ܠܐ ܐܬܪܥܝܬ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܕܠܐ ܒܣܝܡܝܢ ܠܝ ܕܒܚ̈ܝܟܘܢ. ܘܬܘܒ ܗܘܫܥ ܐܡܪ ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ: ܕܒܕܓܠܘܬܐ ܒܥܘ ܠܡܪܝܐ. ܘܐܫܥܝܐ ܐܡܪ ܕܠܒܗ ܪܚܝܩ ܡܢ ܐܠܗܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܥܡܐ ܗܢܐ ܒܣܦܘ̈ܬܗ ܗܘ ܡܝܩܪ ܠܝ ܘܠܒܗ ܪܚܝܩ ܡܢܝ. ܘܗܘܫܥ ܐܡܪ: ܕܚܕܪܢܝ ܒܕܓܠܘܬܐ ܐܦܪܝܡ ܘܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܘܝܗܘܕܐ ܒܢܟܠܐ ܥܕܡܐ ܕܢܚܬ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܐܝܢܐ ܥܡܐ܇ ܐܠܐ ܥܡܐ ܙܕܝܩܐ ܘܡܗܝܡܢܐ. ܐܠܘ ܓܝܪ ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ ܐܡܪ: ܕܚܕܪܢܝ ܒܕܓܠܘܬܐ ܘܒܢܟܠܐ: ܥܠ ܐܦܪܝܡ: ܕܗܐ ܡܠܟܘܬܐ ܚܛܝܬܐ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܩܡܬ ܒܐܝܣܪܝܠ: ܐܠܘ ܓܝܪ ܫܡ ܝܗܘܕܐ ܠܐ ܐܬܕܟܪ ܒܗܕܐ ܦܠܓܘܬܐ: ܢܥܢܘܢ ܗܘܘ ܕܝܗܘܕܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܘܡܗܝܡܢܐ ܕܢܚܬ ܘܐܬܠܘܝ ܠܡܪܝܐ. ܐܠܐ ܢܒܝܐ ܓܠܝܐܝܬ ܘܦܪܝܫܐܝܬ ܐܟܪܙ: ܕܚܕܪܢܝ ܒܕܓܠܘܬܐ ܐܦܪܝܡ ܘܐܝܣܪܝܠ:

AB] — 10 A ܐܘ. — 12 B ܘܒܠܒܗ. — 22 A ܕܝܢ ||.

[1] Is. II, 6. — [2] Malach. I, 11. — [3] Ier. VI, 20. — [4] *Ib.* VI, 20. — [5] Os. V, 7. — [6] Is. XXIX, 13. — [7] Os. XII, 1 (XI, 12). — [8] *Ib.* XII, 1 (XI, 12).

ܥܠ ܕܐܛܥܝܢܘܢ ܓܠܝܐܝܬ ܐܝܟ ܝܘܪܒܥܡ
ܒܪ ܢܒܛ ܒܥܓܠܐ. ܘܝܗܘܕܐ ܒܢܟܠܐ: ܥܠ
ܕܒܢܟܠܐ ܘܒܓܢܝܒܘܬܐ ܣܓܕܝܢ ܗܘܘ ܠܦܬܟܪܐ
ܟܕ ܓܠܐ ܛܘܥܝܝܗܘܢ ܠܗܘ ܠܚܙܩܝܐܝܠ.
ܘܥܠܝܗܘܢ ܐܟܪܙ ܗܘܫܥ ܟܕ ܩܪܐ ܐܝܟ
ܠܐܢܬܬܐ ܙܢܝܬܐ ܘܓܝܪܬܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܥܠ
ܟܢܘܫܬܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ: ܕܬܥܒܪ ܙܢܝܘܬܗ ܡܢ
ܐܦܝܗ. ܘܥܠ ܟܢܘܫܬܐ ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ ܐܡܪ:
ܕܬܥܒܪ ܓܘܪܗ ܡܢ ܒܝܬ ܬܕܝܗ. ܘܕܥ
ܠܟ ܕܥܠ ܬܪܬܝܗܝܢ ܟܢܘܫܬܐ ܐܡܪ ܢܒܝܐ
ܘܩܪܐ ܐܝܟ ܠܙܢܝܬܐ ܘܓܝܪܬܐ. ܐܡܪ ܓܝܪ
ܒܬܪܗ ܕܡܠܬܐ: ܕܐܠܐ ܬܥܒܪ ܙܢܝܘܬܗ ܡܢ
ܐܦܝܗ. ܘܓܘܪܗ ܡܢ ܒܝܬ ܬܕܝܗ:
ܐܫܠܚܝܗ ܥܪܛܠܝܬܐ ܘܐܩܝܡܝܗ ܐܝܟ ܝܘܡܐ
ܕܐܬܝܠܕܬ ܒܗ ܘܐܝܟ ܝܘܡܐ ܕܣܠܩܬ ܒܗ
ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܘܬܪܬܝܢ ܟܢܘܫܬܗܘܢ: ܚܕܐ
ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܘܚܕܐ ܕܝܗܘܕܐ: ܕܐܝܣܪܐܝܠ
ܙܢܝܬܐ ܘܕܝܗܘܕܐ ܓܝܪܬܐ: ܥܡܡܐ ܕܡܢ
ܥܡܡܐ ܥܡܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܗܝܡܢܐ ܕܢܚܬ
ܘܐܬܢܩܦ ܠܡܪܝܐ. ܘܠܡܢܐ ܐܡܪ ܕܢܚܬ.
ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܢܚܬܘ ܡܢ ܪܘܡܗܘܢ. ܠܗܘܢ
ܓܝܪ ܩܪܐ ܚܙܩܝܐܝܠ ܠܗܘ ܠܐܗܘܠܐ
ܘܠܐܗܘܠܝܒܐ: ܘܠܬܪܬܝܢ ܟܢܘܫܬܗܘܢ ܩܪܐ
ܐܬܪܝܢ ܣܘܟܝܢ ܕܓܦܬܐ ܕܐܟܠܬ ܢܘܪܐ.
ܕܘܝܕ ܠܗܘ ܬܘܒ ܐܡܪ ܥܠ ܥܡܡܐ:
ܕܡܪܝܐ ܢܡܢܐ ܒܟܬܒܐ ܠܥܡܡܐ.

Ieroboam filius Nabat eos aperte per vitulum seduxit[1]. *Et Iuda in dolo;* illi enim dolose ac furtim adorabant idola, quando idololatriam eorum Ezechieli revelavit[2]. Adversus eos iterum clamavit Osee, vocans eos mulierem fornicariam et adulteram. Ait namque de synagoga domus Israel : *Auferat fornicationem suam a facie sua;* et de synagoga domus Iuda dixit : *Auferat adulterium suum de medio uberum suorum*[3]. Et cognosce prophetam de utraque congregatione locutum esse, eos fornicariam et adulteram appellans. Ait enim post verba haec : *Nisi abstulerit fornicationem suam a facie sua, et adulterium suum de medio uberum suorum, exspoliabo eam nudam, et relinquam eam secundum diem nativitatis suae, et iuxta diem ascensionis suae de terra Aegypti*[4]. Duae sunt igitur ecclesiae, Israelis una, Iudae altera; Israelis fornicaria, Iudae autem adultera; et populus gentium est populus sanctus et fidelis, qui descendit et Domino adhaesit. Et quare dicitur descendisse? nisi quod de superbia sua descenderunt. Illos rursus appellavit Ezechiel Oolla et Ooliba[5], et duas congregationes vocavit duos ramos vitis quos comedit ignis[6]. David iterum de gentibus loquitur et ait : *Dominus nume-*

AB] — 4 A ܛܘܥܝܝܗܘܢ. — *Ib.* A om. ܠܗܘ. — 23 A ܘܠܐܗܘܠܐ.

[1] I (III) Reg. XII, 28. — [2] Ezech. VIII, 10, seqq. — [3] Os. II, 2. — [4] *Ib.* II, 2, 3, 15. — [5] Ezech. XXIII, 4. — [6] *Ib.* XV, 4.

rabit in libro populos[1]; at de filiis Israel vaticinatus est dicens : *Deleantur de libro tuo vitae, et cum iustis non scribantur*[2].

4. Scito autem, carissime, filios Israel in libro Sanctissimi descriptos quondam fuisse, sicut Moyses ante Deum suum dixit : *Aut dimitte hanc noxam populo isti, aut dele me de libro tuo quem scripsisti. Et dixit* [Dominus] : *Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo*[3]. Cum igitur peccassent, dixit adversus eos David : *Deleantur de libro tuo vitae, et cum iustis non scribantur*[4]. At de gentibus dixit : *Dominus numerabit in libro populos*[5], quia nondum in libro aut Scriptura fuerant relatae. Vide autem, carissime, vocationem gentium ante vocationem populi significatam fuisse. Nam isti semel et iterum peccaverunt in deserto. Dixit enim [Deus] Moysi : *Dimitte me; delebo populum istum, faciamque te in gentem magnam et clariorem ista*[6]. Sed cum nondum advenisset tempus gentium, aliusque futurus esset eorum Salvator, noluit se Moyses salvatorem ac doctorem fieri populi gentium, populo Israel maioris ac praestantioris. Hanc enim laudem maximam et praestantissimam Filium Dei decebat nomine suo illustrare, quemadmodum dixit

ܡܛܠ ܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ ܐܬܢܒܝ ܘܐܡܪ: ܕܢܬܠܚܘܢ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܚܝܐ ܘܥܡ ܙܕܝܩܐ ܠܐ ܢܬܟܬܒܘܢ܀

ܘܕܥ ܕܝܢ ܚܒܝܒܝ ܕܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܩܕܡܝܢ ܗܘܘ ܒܟܬܒܗ ܕܩܕܝܫܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܘܫܐ ܩܕܡ ܐܠܗܗ: ܐܘ ܫܒܘܩ ܣܟܠܘܬܐ ܠܥܡܐ ܗܢܐ ܐܘ ܠܥܛܝܢܝ ܡܢ ܟܬܒܟ ܕܟܬܒܬ. ܘܐܡܪ: ܡܢ ܕܚܛܐ ܠܝ ܐܥܛܝܘܗܝ ܡܢ ܟܬܒܝ. ܟܕ ܚܛܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܕܘܝܕ: ܢܬܠܚܘܢ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܚܝܐ ܘܥܡ ܙܕܝܩܐ ܠܐ ܢܬܟܬܒܘܢ. ܡܛܠ ܥܡ̈ܡܐ ܐܡܪ: ܡܪܝܐ ܢܡܢܐ ܒܟܬܒܐ ܠܥܡ̈ܡܐ: ܡܛܠ ܕܥܡ̈ܡܐ ܠܐ ܪܫܝܡܝܢ ܗܘܘ ܒܟܬܒܐ ܘܒܟܬܝܒܬܐ. ܚܙܝ ܚܒܝܒܝ ܕܩܕܡܬ ܪܫܝܡܐ ܩܪܝܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܡܢ ܩܕܡ ܩܪܝܬܐ ܕܥܡܐ. ܗܢܘܢ ܓܝܪ ܙܒܢ ܚܛܝܢ ܗܘܘ ܒܡܕܒܪܐ: ܐܡܪ ܠܗ ܓܝܪ ܠܡܘܫܐ: ܕܫܒܘܩܝܢܝ ܐܥܛܝܘܗܝ ܠܥܡܐ ܗܢܐ ܘܐܥܒܕܟ ܠܥܡܐ ܪܒ ܘܡܝܬܪ ܡܢܗܘܢ. ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܡܛܐ ܙܒܢܐ ܕܥܡ̈ܡܐ. ܘܐܚܪܢܐ ܗܘܐ ܦܪܘܩܗܘܢ: ܠܐ ܐܨܛܒܝ ܡܘܫܐ ܕܢܗܘܐ ܦܪܘܩܐ ܘܡܠܦܢܐ ܠܥܡܐ ܕܡܢ ܥܡ̈ܡܐ ܪܒ ܘܡܝܬܪ ܡܢ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܡܛܠ ܕܗܕܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܪܒܬܐ ܘܡܝܬܪܬܐ ܠܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܝܐܝܐ ܗܘܬ ܕܢܫܡܠܝܘܗ̇ ܐܝܟ ܕܐܡܪ

AB] — 1 A ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ. — *Ib.* B om. ܐܬܢܒܝ ܘܐܡܪ quod add. lin. 2 post ܕܚܝܐ. — 2 B ܢܬܟܬܒܘܢ. — 6 A prius ܕܩܕܝܫܐ deinde in ܩܕܝܫܐ mutatum. — 9 A ܕܚܛܐ. — 17 A ܕܚܛܝܢ. — 21 B ܘܐܚܪܢܐ. — 22 A ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ. — 26 A ܕܢܫܡܠܝܘܗ.

[1] Ps. LXXXVII (LXXXVI), 6. — [2] Ps. LXIX, 28 (LXVIII, 29). — [3] Ex. XXXII, 31-33. — [4] Ps. LXIX, 28 (LXVIII, 29). — [5] Ps. LXXXVII (LXXXVI), 6. — [6] Ex. XXXII, 10.

ܐܫܥܝܐ: ܕܙܥܘܪܐ ܗܝ ܗܕܐ ܕܬܗܘܐ ܠܝ ܥܒܕܐ ܠܡܩܡܘ ܫܪܒܐ ܕܝܥܩܘܒ ܘܬܩܝܡ ܫܒܛܗ ܕܐܝܣܪܝܠ: ܐܠܐ ܝܗܒܬܟ ܠܢܘܗܪܐ ܠܥܡܡܐ ܕܬܗܘܐ ܦܪܘܩܝ ܥܕܡܐ ܠܣܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ. ܬܘܒ ܟܪܙ ܐܫܥܝܐ ܥܠ ܥܡܡܐ: ܕܫܡܥܘܢܝ ܥܡܡܐ ܘܨܘܬܘܢܝ ܐܘܡܘܬܐ: ܡܛܠ ܕܢܡܘܣܐ ܡܢ ܩܕܡܝ ܢܦܩ ܘܕܝܢܝ ܢܗܘܐ ܗܘ ܠܥܡܡܐ. ܘܕܘܝܕ ܐܡܪ: ܕܒܫܡܥܐ ܐܕܢܐ ܢܫܬܡܥܘܢܝ ܒܢܝܐ ܢܘܟܪܝܐ: ܘܗܢܘܢ ܗܠܝܢ ܒܢܝܐ ܢܘܟܪܝܐ ܢܬܟܠܘܢ ܘܢܬܚܓܪܘܢ ܡܢ ܫܒܝܠܝܗܘܢ. ܥܡܡܐ ܓܝܪ ܫܡܥܘ ܘܐܬܚܓܪܘ ܡܢ ܫܒܝܠܐ ܕܕܚܠܬܐ ܕܨܠܡܐ ܘܕܦܬܟܪܐ܀

ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ ܕܥܠ ܡܢܐ ܒܢܝܐ ܢܘܟܪܝܐ: ܗܢܘܢ ܠܐ ܗܘܐ ܢܘܟܪܝܐ ܐܬܩܪܝܘ ܐܠܐ ܒܢܝܐ ܘܝܪܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܫܥܝܐ: ܕܒܢܝܐ ܪܒܝܬ ܘܐܪܝܡܬ ܘܗܢܘܢ ܐܥܠܘ ܒܝ. ܘܢܒܝܐ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܡܨܪܝܢ ܩܪܝܬܗ ܠܒܪܝ. ܘܡܘܫܐ ܐܡܪ ܩܕܝܫܐ: ܕܐܡܪ ܠܦܪܥܘܢ: ܫܪܝ ܒܪܝ ܘܢܦܠܚܢܝ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ: ܒܪܝ ܒܘܟܪܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܐܠܐ ܥܡܡܐ ܐܢܘܢ ܕܫܡܥܘܗܝ ܠܐܠܗܐ ܘܐܬܚܓܪܘ ܘܐܬܟܠܝܘ ܡܢ ܫܒܝܠܐ ܕܚܛܗܝܗܘܢ. ܘܬܘܒ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ: ܕܥܡܡܐ ܥܡܡܐ ܕܠܐ ܝܕܥܬ ܘܥܡܡܐ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܟ ܠܘܬܟ ܢܐܬܘܢ

Isaias : *Parum est ut sis mihi servus, ut reducas germen Iacob, et suscites virgam Israel; sed dedi te in lucem gentibus, ut manifestes salutem meam usque ad fines terrae*[1]. Denuo proclamat Isaias de gentibus : *Audite me, gentes, et auscultate me, populi; quia lex e conspectu meo prodibit, et iudicium meum est gentibus*[2]. David etiam ait : *In auditu auris oboedient mihi filii alieni;* hique filii alieni *intercepti sunt, et claudicaverunt a semitis suis*[3]. Gentes enim oboedierunt, et claudicaverunt a semitis religionis simulacrorum et idolorum.

5. Dicent autem fortasse cum nos appellasse filios alienos; ipsos vero non filios alienos, sed filios et heredes vocatos esse, secundum verbum Isaiae : *Filios enutrivi et exaltavi; ipsi autem perfide egerunt mecum*[4]. Et propheta dixit : *Ex Aegypto vocavi eum filium meum*[5]. Moysi etiam Sanctissimus ait : *Dic Pharaoni : Dimitte filium meum, ut sacrificet mihi*[6]. Et iterum dixit : *Filius meus primogenitus Israel*[7]. Verumtamen gentes eae sunt quae Deum audierunt, et claudicaverunt, et cohibitae sunt a semitis peccatorum suorum. Et insuper Isaias dixit : *Vocabis*

quasi annorum triginta manuum impositionem a Iohanne suscepit. David duas regis filias duxit uxores; Iesus duas pariter regis filias adsumpsit, synagogam nempe populi et synagogam gentium. David Sauli, inimico suo, bonum retribuit; et Iesus docuit : *Orate pro inimicis vestris*[1]. David Deo carissimus fuit[2]; et Iesus Filius Dei est. David regnum Saulis, persecutoris sui, suscepit; Iesus accepit regnum Israel, persecutoris sui. David in lamentis suis flevit super Saul inimicum suum mortuum; et Iesus super Ierusalem, quae eum persequebatur, flevit, quia prope erat ut desolaretur. David Salomoni regnum tradidit, et congregatus est ad patres suos; Iesus Simoni claves commisit, et adsumptus, ad eum a quo missus erat reversus est. Propter David dimissa sunt filiis eius peccata; propter Iesum peccata gentibus condonata sunt.

14. Elias etiam vexationi subiectus est, et Iesus persecutionem passus est. Eliam Iezabel homicida insecuta est; Iesum persecuta est vexatrix et homicida. Elias propter peccata Israel caelum a pluvia cohibuit; et Iesus in adventu suo Spiritum a prophetis, propter populi peccata, continuit. Elias cultores

AB] — 8 A ܠܒܗ. — 9 A ܒܡܠܟܘܬܗ. — 11 A ܒܐܘܠܝܬܗ. — 13 A ܕܥܬܝܕܐ. — 21 A ܐܝܙܒܠ.

[1] Luc. vi, 28. — [2] ܕܘܝܕ ܠܒܗ ܕܐܠܗܐ ad verbum *David cor Dei*. Vide Assemani, *Bibliothecae apostolicae Vaticanae codicum manuscriptorum catalogus*, Romae, 1758, t. II, pp. 20, 24. Cf. I Sam. xiii, 14.

Baalis interfecit; Iesus Satanam et exercitus eius conculcavit. Elias viduae filium vitae reddidit; Iesus filium viduae resuscitavit, item Lazarum et filiam archisynagogi. Elias modico pane viduam sustentavit; Iesus [plura] millia [hominum] paucis panibus satiavit. Elias curru in caelum conscendit; et Salvator noster adsumptus est, et ad dexteram Patris sui sedit. Eliae spiritum Elisaeus accepit; Iesus in facies apostolorum suorum inspiravit.

15. Elisaeus quoque vexatus est, et Iesus persecutionem sustinuit. Elisaeus a filio Achab, filio homicidae, vexatus est; populus homicida Iesum persecutus est. Elisaeus prophetavit, factaque est Samariae abundantia; et Iesus dixit: *Qui manducaverit de meo Corpore et biberit de meo Sanguine vivet in aeternum*[1]. Elisaeus parvo pane centum viros saturavit; Iesus quatuor millia [virorum], exceptis mulieribus et parvulis, quinque panibus aluit. Elisaeus fecit oleum ex aqua; Iesus ex aqua vinum fecit. Elisaeus viduam ab eius creditore liberavit; Iesus gentes debitrices exsolvit. Elisaeus ferrum innatare fecit, lignumque submersit; Iesus demissionem nos-

ܐܠܝܐ ܩܛܠ ܠܢܒܝܘܗܝ ܕܒܥܠܐ: ܘܝܫܘܥ ܕܫ ܠܣܛܢܐ ܘܠܚܝܠܘܬܗ܂ ܐܠܝܐ ܐܚܝ ܠܒܪܗ ܕܐܪܡܠܬܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܚܝ ܠܒܪܗ ܕܐܪܡܠܬܐ ܐܦ ܠܠܥܙܪ ܘܠܒܪܬܗ ܕܪܒ ܟܢܘܫܬܐ܂ ܐܠܝܐ ܙܢ ܠܐܪܡܠܬܐ ܡܢ ܟܣܢܐ ܙܥܘܪܐ: ܘܝܫܘܥ ܣܒܥ ܐܠܦܐ ܡܢ ܟܣܢܐ ܙܥܘܪܐ܂ ܐܠܝܐ ܐܣܬܠܩ ܒܡܪܟܒܬܐ ܠܫܡܝܐ: ܘܦܪܘܩܢ ܣܠܩ ܘܝܬܒ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܕܐܒܘܗܝ܂ ܪܘܚܗ ܕܐܠܝܐ ܩܒܠ ܐܠܝܫܥ: ܘܝܫܘܥ ܢܦܚ ܒܐܦܝܗܘܢ ܕܫܠܝܚܘܗܝ܀

ܘܐܦ ܐܠܝܫܥ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ܂ ܐܠܝܫܥ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܒܪ ܐܚܒ ܒܪ ܩܛܘܠܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܥܡܐ ܩܛܘܠܐ܂ ܐܠܝܫܥ ܐܬܢܒܝ ܘܗܘܐ ܣܒܥܐ ܒܫܡܪܝܢ: ܘܝܫܘܥ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܕܐܟܠ ܡܢ ܦܓܪܝ ܘܫܬܐ ܡܢ ܕܡܝ ܚܝܐ ܠܥܠܡ܂ ܐܠܝܫܥ ܣܒܥ ܡܐܐ ܓܒܪܝܢ ܡܢ ܟܣܢܐ ܙܥܘܪܐ: ܘܝܫܘܥ ܣܒܥ ܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܡܢ ܚܡܫ ܓܪܝܨܢ ܣܛܪ ܡܢ ܢܫܐ ܘܛܠܝܐ܂ ܐܠܝܫܥ ܥܒܕ ܡܫܚܐ ܡܢ ܡܝܐ: ܘܝܫܘܥ ܥܒܕ ܚܡܪܐ ܡܢ ܡܝܐ܂ ܐܠܝܫܥ ܦܪܩ ܐܪܡܠܬܐ ܡܢ ܡܪܐ ܚܘܒܗ: ܘܝܫܘܥ ܦܪܩ ܠܥܡܡܐ ܚܝܒܐ܂ ܐܠܝܫܥ ܐܛܝܦ ܠܦܪܙܠܐ ܘܛܒܥ ܠܩܝܣܐ: ܘܝܫܘܥ

AB] — 1 A ܠܢܒܝܘܗܝ] ܠܢܒܝܗܘܢ. — 2 A ܘܠܚܝܠܘܬܗܘܢ. — 6 A ܠܐܪܡܠܬܐ] ܐܪܡܠܬܐ. — 11 A ܕܫܠܝܚܘܗܝ] ܠܫܠܝܚܘܗܝ. — 16 A ܡܢ. — 17 A ܦܓܪܝ] ܠܒܣܪܝ. — *Ib.* A om. ܘܫܬܐ ܡܢ ܕܡܝ. — 24 *B* ܡܪ̈ܐ. — 26 A ܦܪܙܠܐ. — *Ib.* A ܩܝܣܐ.

[1] Ioh. vi, 55, 59.

ܐܪܝܡ ܠܫܦܠܘܬܢ ܘܛܒܥ ܙܠܝܠܘܬܢ. ܐܠܝܫܥ ܚܝ ܡܝܬܐ ܚܝܐ ܥܠ ܓܪ̈ܡܘܗܝ: ܘܥܠ ܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܝܫܘܥ ܐܬܪܡܝܘ ܘܚܝܘ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܕܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܒܚܛܗܝܗܘܢ܀

ܘܐܦ ܚܙܩܝܐ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ. ܚܙܩܝܐ ܐܬܪܕܦ ܘܐܬܚܣܕ ܡܢ ܣܢܚܪܝܒ ܒܥܠܕܒܒܗ: ܘܝܫܘܥ ܐܬܚܣܕ ܡܢ ܥܡܐ ܣܟܠܐ. ܚܙܩܝܐ ܨܠܝ ܘܙܟܐ ܠܒܥܠܕܒܒܗ: ܡܢ ܨܠܝܒܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܐܙܕܟܝ ܒܥܠܕܒܒܢ. ܚܙܩܝܐ ܡܠܟܐ ܕܟܠܗ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܝܫܘܥ ܡܠܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܡܛܠ ܕܐܬܟܪܗ ܚܙܩܝܐ ܗܦܟ ܫܡܫܐ ܠܒܣܬܪܗ: ܡܛܠ ܕܚܫ ܝܫܘܥ ܚܫܟ ܫܡܫܐ ܡܢ ܢܘܗܪܗ. ܕܚܙܩܝܐ ܗܘܘ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܦܓܪ̈ܐ ܡܝܬܐ: ܘܝܫܘܥ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܬܚܝܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ. ܚܙܩܝܐ ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ: ܘܝܫܘܥ ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ ܒܒܣܪ. ܚܙܩܝܐ ܐܡܪ: ܕܫܠܡܐ ܘܩܘܫܬܐ ܢܗܘܐ ܒܝܘܡܝ: ܘܝܫܘܥ ܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܕܫܠܡܐ ܕܝܠܝ ܫܒܩܢܐ ܠܟܘܢ. ܚܙܩܝܐ ܨܠܝ ܘܐܬܐܣܝ ܡܢ ܟܘܪܗܢܗ: ܘܝܫܘܥ ܨܠܝ ܘܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ. ܚܙܩܝܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܩܡ ܡܢ ܟܘܪܗܢܗ ܐܘܣܦ ܥܠ ܫܢ̈ܘܗܝ:

tram reduxit et levitatem nostram submersit. Super ossa Elisaei mortuus revixit; super ossa Iesu proiectae sunt et revixerunt omnes gentes, quae in peccatis suis mortuae erant.

16. Ezechias pariter persecutionem subiit, et Iesus persecutionem passus est. Ezechias vexatione contumeliaque a Sennacherib inimico suo affectus est; Iesus a populo insipienti convicia accepit. Ezechias oravit et devicit inimicum; inimicus noster per crucifixionem Iesu superatus est. Ezechias totius fuit rex Israelis; Iesus rex est omnium gentium. Quia Ezechias aegrotavit, sol reversus est retrorsum; et ideo quod Iesus passus est, lux solis obscurata est. Ezechiae hostes facti sunt corpora mortua; inimici Iesu sub pedibus eius prostrati sunt. Ezechias ex progenie erat domus David; Iesus est filius David secundum carnem. Ezechias ait : *Sit pax et veritas in diebus meis*[1]; et Iesus discipulis suis dixit : *Pacem meam relinquo vobis*[2]. Ezechias oravit et a morbo sanatus est; Iesus oravit et de sepulcro surrexit. Ezechias postquam ab infirmitate convaluit multos annos vixit; Iesus post resurrectionem suam gloriam ma-

AB] — 2 A [illegible]. — 4 B [illegible] [[illegible]. — 5 A om. [illegible]. — 18 A [illegible] [[illegible]. — 26 A [illegible] (sic).

[1] II (IV) Reg. xx, 19. — [2] Ioh. xiv, 27.

gnam adeptus est. Ezechias post vitae provectionem subactus est morti, Iesus postquam surrexit *mors ultra ei non dominabitur*[1] in aeternum.

17. Iosias quoque persecutionem subiit, et Iesus persecutionem passus est. Iosiam persecutus est et occidit Pharao Claudus[2]; Iesum vexavit et interfecit populus qui in peccatis suis claudicavit. Iosias terram Israel ab immunditia purgavit; Iesus mundavit et abstulit contaminationem universae terrae. Iosias nomen Dei sui honorificavit et celebravit; et Iesus dixit : *Glorificavi et glorificabo*[3]. Iosias propter peccatum Israel scidit vestimenta sua; et Iesus propter scelus populi velum templi sancti conscidit. Iosias ait : *Magna est ira illa quae veniet contra populum istum*[4]; et Iesus dixit : *Veniet ira magna contra populum hunc, et cadent ore gladii*[5]. Iesus amovit immunditiam de templo sancto; Iesus mercatores impuros e domo Patris sui expulit. Super Iosiam filiae Israel planxerunt et eiulaverunt, sicut Ieremias dixit: *Filiae Israel, flete super Iosiam*[6]; super Iesum fleverunt et lamentatae sunt filiae Israel, quemadmodum ait Zacharias : *Planget terra, familiae super familias*[7].

ܘܝܫܘܥ ܡܢ ܒܬܪ ܢܨܚܢܗ ܩܒܠ ܫܘܒܚܐ ܪܒܐ. ܚܙܩܝܐ ܒܬܪ ܐܘܪܟܗ ܐܫܬܠܛ ܒܗ ܡܘܬܐ: ܘܝܫܘܥ ܡܢ ܒܬܪ ܕܩܡ ܬܘܒ ܡܘܬܐ ܠܐ ܡܫܬܠܛ ܒܗ ܠܥܠܡ܀

ܘܐܦ ܝܘܫܝܐ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ. ܝܘܫܝܐ ܐܪܕܦ ܘܩܛܠܗ ܦܪܥܘܢ ܚܓܝܪܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܪܕܦ ܘܩܛܠܗ ܥܡܐ ܕܐܬܚܓܪ ܒܚܛܗܘܗܝ. ܝܘܫܝܐ ܕܟܝ ܠܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܛܢܦܘܬܐ: ܘܝܫܘܥ ܕܟܝ ܘܐܥܒܪ ܛܢܦܘܬܐ ܡܢ ܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܝܘܫܝܐ ܝܩܪ ܘܫܒܚ ܫܡܐ ܕܐܠܗܗ: ܘܝܫܘܥ ܐܡܪ: ܕܫܒܚܬ ܘܡܫܒܚ ܐܢܐ. ܝܘܫܝܐ ܡܛܠ ܚܛܗܘܗܝ ܕܐܝܣܪܝܠ ܨܪܐ ܠܢܚܬܘܗܝ: ܘܝܫܘܥ ܡܛܠ ܥܘܠܗ ܕܥܡܐ ܨܪܐ ܐܦܝ ܬܪܥܗ ܕܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ. ܝܘܫܝܐ ܐܡܪ: ܕܪܒ ܗܘ ܪܘܓܙܐ ܕܐܬܐ ܥܠ ܥܡܐ ܗܢܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܡܪ: ܕܢܐܬܐ ܪܘܓܙܐ ܥܠ ܥܡܐ ܗܢܐ: ܘܢܦܠܘܢ ܒܦܘܡܐ ܕܣܝܦܐ. ܝܘܫܝܐ ܐܥܒܪ ܛܢܦܘܬܐ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܦܩ ܬܓܪܐ ܛܢܦܐ ܡܢ ܒܝܬܗ ܕܐܒܘܗܝ. ܥܠ ܝܘܫܝܐ ܐܪܩܕ ܘܐܝܠܠ ܒܢܬ ܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܪܡܝܐ: ܕܒܢܬ ܐܝܣܪܝܠ ܥܠ ܝܘܫܝܐ ܒܟܝܝܢ: ܘܥܠ ܝܫܘܥ ܒܟܝ ܘܐܪܩܕ ܒܢܬ ܐܝܣܪܝܠ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܙܟܪܝܐ: ܕܪܩܕܐ ܐܪܥܐ ܫܪܒܢ ܥܠ ܫܪܒܢ܀

AB] — 1 A om. ܡܢ ܒܬܪ .. ܘܫܘܒܚܗ. — 5 B ܪܕܘܦܐ. — 18 B ܐܪܥܐ ܕܝܗܘܕܐ.

[1] Rom. VI, 9. — [2] Vid. Praef. § 12. — [3] Ioh. XII, 28. — [4] II (IV) Reg. XXII, 13. — [5] Luc. XXI, 23, 24. — [6] Vid. II Chr. XXXV, 25. — [7] Zach. XII, 12.

ܘܐܦ ܕܢܝܐܝܠ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ. ܕܢܝܐܝܠ ܐܪܕܦܘ ܟܠܕܝ̈ܐ ܟܢܫܐ ܕܒܢ̈ܝ ܥܘܠܐ܂ ܘܝܫܘܥ ܪܕܦܘܗܝ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܟܢܫܐ ܕܒܢ̈ܝ ܥܘܠܐ. ܕܢܝܐܝܠ ܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܟܠܕܝ̈ܐ܂ ܘܝܫܘܥ ܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܩܕܡ ܗܓܡܘܢܐ. ܠܕܢܝܐܝܠ ܐܪܡܝܘܗܝ ܒܓܘܒܐ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ ܘܐܫܬܘܙܒ ܘܣܠܩ ܡܢ ܓܘܗ ܟܕ ܚܠܝܡ܂ ܘܠܝܫܘܥ ܐܚܬܘܗܝ ܠܓܘܒܐ ܕܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ܂ ܘܣܠܩ ܘܠܐ ܐܫܬܠܛ ܒܗ ܡܘܬܐ. ܥܠ ܕܢܝܐܝܠ ܣܒܪܘ ܕܟܕ ܢܦܠ ܒܓܘܒܐ ܬܘܒ ܠܐ ܣܠܩ܂ ܘܥܠ ܝܫܘܥ ܐܡܪܘ܂ ܕܡܛܠ ܕܢܦܠ ܠܐ ܡܘܣܦ ܠܡܩܡ. ܡܢ ܕܢܝܐܝܠ ܐܣܬܟܪ ܦܘܡܐ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ ܚ̈ܣܝܢܐ ܘܡܚ̈ܒܠܢܐ. ܘܡܢ ܝܫܘܥ ܐܣܬܟܪ ܦܘܡܗ ܕܡܘܬܐ ܪܥܒܬܢܐ ܘܡܚܒܠ ܨܘ̈ܪܬܐ. ܠܓܘܒܗ ܕܕܢܝܐܝܠ ܚܬܡܘܗܝ ܘܢܛܪܘܗܝ ܒܚܦܝܛܘܬܐ܂ ܘܠܩܒܪܗ ܕܝܫܘܥ ܢܛܪܘܗܝ ܒܚܦܝܛܘܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܘ܂ ܕܦܩܘܕ ܢܬܢܛܪ ܩܒܪܐ. ܟܕ ܢܦܩ ܕܢܝܐܝܠ ܒܗܬܘ ܐܟ̈ܠܝ ܩܪ̈ܨܘܗܝ܂ ܘܟܕ ܩܡ ܝܫܘܥ ܒܗܬܘ ܟܠܗܘܢ ܙܩܘ̈ܦܘܗܝ. ܡܠܟܐ ܕܕܢܗ ܠܕܢܝܐܝܠ ܟܪܝܐ ܠܗ ܛܒ ܥܠ ܕܒܥܘܠܐ ܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܟܠܕܝ̈ܐ܂ ܦܝܠܛܘܣ ܕܕܢܗ ܠܝܫܘܥ ܟܪܝܐ ܠܗ ܛܒ ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܕܒܥܘܠܐ ܐܟܠܝܢ

18. Daniel quoque vexatus est, et Iesus persecutionem sustinuit. Danielem persecuti sunt Chaldaei, coetus impiorum hominum; et Iesum persecuti sunt Iudaei, synagoga hominum iniquorum. Chaldaei Danielem accusaverunt; Iudaei Iesum accusaverunt coram praeside. Danielem in lacum leonum miserunt, sed ereptus est, et incolumis inde ascendit. Iesum in foveam sepulcri demiserunt, surrexitque et mors in eum non dominata est. Danielem existimabant, cum in foveam cecidisset, inde non emersurum amplius; et de Iesu dicebant : *Quoniam cecidit, non adiiciet ut resurgat*[1]. Prae Daniele obturatum est os leonum inhiantium et saevissimorum; et a Iesu occlusum est os mortis avidae, quae [humanas] formas conficit. Danielis foveam obsignaverunt, sollicitequc custodierunt; sepulcrum Iesu custodierunt diligenter, sicut dixerunt : *Iube caute custodiri sepulcrum*[2]. Quando exiit Daniel, calumniatores eius pudore sunt confusi; quando Iesus surrexit, omnes qui cruci eum fixerant erubuerunt. Rex qui Danielem iudicavit contristatus est valde, quod inique eum Chaldaei calumniarentur; Pilatus, qui iudicabat Iesum, multum dolebat, sciens a Iudaeis falso eum accusari. Danielis

AB] — 13 A ܐܡܪ. — *Ib.* A ܠܐ ܬܘܒ ܕܡܛܠ] ܕܢܦܠ ܠܐ. — 20 A ܠܗ ܗܘܐ ܢܛܪܝܢ] ܢܛܪܘܗܝ.

[1] Ps. XLI (XL), 9. — [2] Matth. XXVII, 64.

oratione captivitas populi eius Babylone ascendit; oravit Iesus, et omnium gentium captivitatem convertit. Daniel visiones et somnia Nabuchodonosoris interpretatus est; et Iesus visiones legis et prophetarum aperuit et explicavit. Daniel, postquam visionem Baltassar interpretatus est, dominationem accepit in tertiam partem regni; Iesus postquam visiones ac prophetas complevit, adeptus est a Patre omnem potestatem in caelo et in terra. Daniel mirabilia vidit et arcana prolocutus est; Iesus occulta patefecit et ea quae scripta sunt implevit. Daniel inter obsides pro populo suo abductus est; et corpus Iesu pignus est pro cunctis gentibus. Propter Danielem iracundia regis a Chaldaeis consedit, qui non sunt interfecti; propter Iesum ira Patris eius in omnes gentes sedata est, et non sunt interemptae, neque ob sua peccata perierunt. Daniel regem postulavit, qui fratres eius praefecit rebus urbis Babylonis; Iesus Deum rogavit qui eius fratribus, seu discipulis, potestatem super satanam et virtutem eius contulit. Daniel praedixit Ierusalem usque ad praefinita [tempora] in vastitate mansuram; et Iesus de Ierusalem ait : *Non relinquetur in ea lapis super lapidem, eo quod diem magni-*

ܘܗܘ ܩܕܡܘܗܝ ܚܙܘܢܐ. ܒܨܠܘܬܗ ܕܕܢܝܐܝܠ ܣܠܩܬ ܫܒܝܬܐ ܕܥܡܗ ܡܢ ܒܒܠ: ܨܠܝ ܝܫܘܥ ܘܐܗܦܟ ܫܒܝܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܕܢܝܐܝܠ ܦܫܪ ܚܙܘܢܘܗܝ ܘܚܠܡܘܗܝ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ: ܘܝܫܘܥ ܦܬܚ ܘܦܫܪ ܚܙܘܢܐ ܕܐܘܪܝܬܐ ܘܢܒܝܐ. ܕܢܝܐܝܠ ܟܕ ܦܫܪ ܚܙܘܗ ܕܒܠܛܫܨܪ: ܫܠܛ ܡܫܠܛܢܐ ܬܠܝܬܐ ܒܡܠܟܘܬܐ: ܘܝܫܘܥ ܟܕ ܫܠܡ ܚܙܘܐ ܘܢܒܝܐ. ܢܣܒ ܠܗ ܡܢ ܐܒܘܗܝ ܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܫܡܝܐ ܘܒܐܪܥܐ. ܕܢܝܐܝܠ ܚܙܐ ܬܕܡܪܬܐ ܘܡܠܠ ܟܣܝܬܐ: ܘܝܫܘܥ ܓܠܐ ܟܣܝܬܐ ܘܫܡܠܝ ܕܟܬܝܒܢ. ܕܢܝܐܝܠ ܐܬܕܒܪ ܒܡܘܡܪܐ ܚܠܦ ܥܡܗ: ܘܦܓܪܗ ܕܝܫܘܥ ܗܘ ܡܘܡܪܐ ܚܠܦ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܡܛܠ ܕܢܝܐܝܠ ܐܬܢܝܚ ܚܡܬܗ ܕܡܠܟܐ ܡܢ ܟܠܕܝܐ ܘܠܐ ܐܬܩܛܠܘ: ܡܛܠ ܝܫܘܥ ܐܬܢܝܚ ܚܡܬܗ ܕܐܒܘܗܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ: ܘܠܐ ܐܬܩܛܠܘ ܘܐܒܕܘ ܡܢ ܚܛܗܝܗܘܢ. ܕܢܝܐܝܠ ܒܥܐ ܡܢ ܡܠܟܐ ܘܐܫܠܛ ܠܐܚܘܗܝ ܥܠ ܨܒܘܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܒܠ: ܘܝܫܘܥ ܒܥܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܐܫܠܛ ܠܐܚܘܗܝ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܥܠ ܣܛܢܐ ܘܚܝܠܗ. ܕܢܝܐܝܠ ܐܡܪ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܕܚܪܒܐ ܠܫܘܡܠܝܐ ܩܐܡܐ ܥܠ ܚܪܒܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܡܪ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܕܠܐ ܬܫܬܒܩ ܒܗ

AB] — 2 A ܘܨܠܘܬܗ [ܨܠܘܬܐ. — 5 B ܘܚܠܡܘܗܝ ܚܙܘܢܘܗܝ. — 8 B ܕܡܠܟܐ. — 9 B ܚܙܘܐ. — 12 A om. ܡܠܠ ܟܣܝܬܐ ܘܝܫܘܥ. — 13 A ܕܟܬܝܒܢ ܘܫܡܠܝ. — 26 B ܠܫܘܡܠܝܐ.

ܦܪܩ ܟܠ ܦܪܩ ܘܠܐ ܝܕܥܬ ܙܒܢܐ ܕܣܘܥܪܢܗ. ܕܢܝܐܝܠ ܚܙܐ ܫܒܘܥܐ ܕܡܩܘܝܢ ܥܠ ܥܡܗ: ܘܝܫܘܥ ܐܬܐ ܘܫܠܡ ܐܢܘܢ܀

ܐܦ ܚܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܪܕܘܦܝܐ ܘܝܫܘܥ ܪܕܘܦܝܐ. ܚܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܐܬܪܕܦܘ ܡܢ ܢܒܘܟܕܢܨܪ: ܘܝܫܘܥ ܪܕܦܘܗܝ ܥܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. ܚܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܢܦܠܘ ܒܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ. ܘܗܘܬ ܐܝܟ ܛܠܐ ܒܟܐܢܘܬܗܘܢ ܕܨܢܝܢܐ: ܘܝܫܘܥ ܢܚܬ ܠܐܬܪܐ ܕܚܫܘܟܐ ܬܒܪ ܬܪܥܝܗ ܘܐܦܩ ܐܣܝܪܐ. ܚܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܣܠܩܘ ܡܢ ܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ ܘܡܫܠܗܒܝܬܐ ܐܘܩܕܬ ܠܐܟܠܝ ܩܪܨܝܗܘܢ: ܘܝܫܘܥ ܚܝܐ ܣܠܩ ܡܢ ܓܘ ܚܫܘܟܐ: ܘܐܝܠܝܢ ܐܟܠܘ ܩܪܨܘܗܝ ܘܙܩܦܘܗܝ ܒܡܫܠܗܒܝܬܐ ܠܚܪܬܐ. ܟܕ ܚܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܢܦܩܘ ܡܢ ܐܬܘܢܐ ܙܥ ܘܐܬܕܘܕ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܠܟܐ: ܘܟܕ ܩܡ ܝܫܘܥ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܐܬܕܘܕ ܘܙܥ ܥܡܐ ܕܙܩܦܗ. ܚܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܠܐ ܣܓܕܘ ܠܨܠܡܗ ܕܡܠܟܐ ܕܒܒܠ: ܘܝܫܘܥ ܒܛܠ ܠܥܡܡܐ ܡܢ ܣܓܕܬܐ ܕܨܠܡܐ ܡܝܬܐ. ܡܛܠ ܚܢܢܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܫܒܚܘ ܥܡܡܐ ܘܠܫܢܐ ܠܐܠܗܐ ܕܦܪܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܢܘܪܐ: ܡܛܠ ܝܫܘܥ ܢܫܒܚܘܢ ܥܡܡܐ ܘܟܠ ܠܫܢܝܢ ܕܦܪܩ ܠܒܪܗ

tudinis suae nescivit[1]. Daniel vidit hebdomades super populum suum permansuras; Iesus advenit easque complevit.

19. Ananias etiam et fratres eius vexationem passi sunt, et Iesus persecutionem subiit. Ananias et fratres eius a Nabuchodonosore vexati sunt; Iesum populus Iudaeorum insecutus est. Ananias et fratres eius in fornacem ignis missi sunt, et ea iustis illis sicut ros facta est frigida; Iesus ad locum tenebrarum descendit, portas eius confregit et captivos eduxit. Ananias et fratres eius e fornace ignis escenderunt, eorumque calumniatores flamma combussit; Iesus vivens de tenebris sursum ascendit; illi autem qui eum accusaverunt et cruci fixerunt, in flamma usque ad finem ardebunt. Quando de fornace Ananias et fratres eius egressi sunt, contremuit ac turbatus est Nabuchodonosor rex; et cum Iesus a mortuis surrexit, perturbatus commotusque est populus qui eum cruci fixit. Ananias et fratres eius simulacrum regis Babylonis non adoraverunt; Iesus ab idolorum mortuorum cultu gentes continuit. Propter Ananiam et fratres eius, populi et linguae Deum qui eos ab igne servavit laudaverunt; propter Iesum gentes et linguae omnes illum laudabunt qui Filium suum

AB] — 14 A ܣܠܩ ܘܚܝܐ. — 22 B ܣܓܕܬܐ ܡܢ ܕܨܠܡܐ. — 27 B ܟܠ ܥܡܡܐ. — *Ib.* B om. ܘܟܠ ܥܡܡܐ.

[1] Luc. XIX, 44.

liberavit, ne videret corruptionem. In vestes Ananiae et fratrum eius nihil potestatis habuit ignis; et in corpora iustorum omnium qui in Iesum crediderint, ignis in aeternum non praevalebit.

20. Mardochaeus denique persecutionem subiit, et Iesus persecutionem passus est. Mardochaeus ab Aman est vexatus; et Iesum populus rebellis insecutus est. Mardochaeus orans populum suum e manibus Aman eripuit; Iesus oratione sua populum suum e manibus satanae liberavit. Mardochaeus persecutoris sui manus effugit; Iesus e persecutorum suorum manibus sêrvatus est. Mardochaeus, eo quod sedit et sacco indutus est, Esther et populum suum a gladio liberavit; et Iesus quia corpus induit et humiliatus est, Ecclesiam eiusque filios a morte exemit. Propter Mardochaeum placuit Esther regi, et ingressa sedit loco Vasthi, quae regis voluntatem non adimpleverat; et propter Iesum placuit Ecclesia Deo, et ingressa est, eamque rex habuit pro Synagoga, quae eius voluntati non paruerat. Monuit Mardochaeus Esther ut cum puellis suis ieiunaret, ut ipsa et populus eius e manibus Aman servarentur; et Iesus Ecclesiam suam huiusque filios hortatus est, ut ipsa et liberi eius iram

ܘܠܐ ܚܙܐ ܚܒܠܐ. ܒܠܒܘܫܝܗܘܢ ܕܚܢܢܝܐ
ܘܕܐܚܘܗܝ ܠܐ ܫܠܛܬ ܢܘܪܐ: ܘܒܦܓܪܝܗܘܢ
ܕܟܠ ܙܕܝܩܐ ܕܗܝܡܢܘ ܒܝܫܘܥ ܠܐ
ܢܫܠܛ ܒܗܘܢ ܢܘܪܐ ܠܥܠܡ܀

ܘܐܦ ܡܪܕܟܝ ܪܕܝܦܐ ܘܝܫܘܥ
ܪܕܝܦܐ: ܡܪܕܟܝ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܗܡܢ
ܥܘܠܐ: ܘܝܫܘܥ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܥܡܐ
ܡܣܪܗܒܐ. ܡܪܕܟܝ ܒܨܠܘܬܗ ܦܪܩ
ܠܥܡܗ ܡܢ ܐܝܕܝ ܗܡܢ: ܘܝܫܘܥ
ܒܨܠܘܬܗ ܦܪܩ ܠܥܡܗ ܡܢ ܐܝܕܝ
ܣܛܢܐ. ܡܪܕܟܝ ܐܬܦܨܝ ܡܢ ܐܝܕܝ
ܪܕܘܦܗ: ܘܝܫܘܥ ܐܫܬܘܙܒ ܡܢ ܐܝܕܝ
ܪܕܘܦܘܗܝ. ܡܛܠ ܕܝܬܒ ܡܪܕܟܝ
ܘܠܒܫ ܣܩܐ ܦܨܝ ܠܐܣܬܝܪ ܘܠܥܡܗ
ܡܢ ܚܪܒܐ: ܘܡܛܠ ܕܠܒܫ ܝܫܘܥ
ܦܓܪܐ ܘܐܬܡܟܟ ܦܨܝ ܥܕܬܐ ܘܒܢܝܗ ܡܢ
ܡܘܬܐ. ܘܡܛܠ ܡܪܕܟܝ ܫܦܪܬ
ܐܣܬܝܪ ܠܡܠܟܐ: ܘܥܠܬ ܝܬܒܬ
ܚܠܦ ܘܫܬܝ ܕܠܐ ܥܒܕܬ ܨܒܝܢܗ:
ܘܡܛܠ ܝܫܘܥ ܫܦܪܬ ܥܕܬܐ ܠܐܠܗܐ:
ܘܥܠܬ ܗܝ ܠܡܠܟܐ ܚܠܦ ܟܢܘܫܬܐ
ܕܠܐ ܥܒܕܬ ܨܒܝܢܗ. ܙܗܪ ܡܪܕܟܝ
ܕܬܨܘܡ ܐܣܬܝܪ ܗܝ ܘܥܠܝܡܬܗ:
ܕܬܬܦܨܐ ܡܢ ܐܝܕܝ ܗܡܢ ܗܝ ܘܥܡܗ:
ܘܙܗܪ ܝܫܘܥ ܠܥܕܬܗ ܘܠܒܢܝܗ
ܕܬܬܦܨܐ ܡܢ ܪܘܓܙܐ ܗܝ ܘܒܢܝܗ.
ܡܪܕܟܝ ܡܛܠ ܐܝܟܢܐ ܕܗܡܢ ܪܕܦܗ:

AB] — 3 A ܕܗܝܡܢܘ. — *Ib.* A om. ܟܠ. — 9 *B* om. ܘܝܫܘܥ : ܗܡܢ. — 12 *B* ܪܕܘܦܘܗܝ.

ܘܝܫܘܥ ܩܒܠ ܫܘܒܚܐ ܪܒܐ ܡܢ ܐܒܘܗܝ ܚܠܦ ܪܕܘܦܝܐ ܕܡܢ ܥܡܐ ܣܟܠܐ. ܪܓܠ ܡܪܕܟܝ ܟܒܫ ܨܘܪܗ ܕܗܡܢ ܪܕܘܦܗ: ܘܝܫܘܥ ܐܬܬܣܝܡܘ ܒܥܠܕܒܒܘܗܝ ܬܚܝܬ ܪܓܠܘܗܝ. ܩܕܡ ܡܪܕܟܝ ܐܟܪܙ ܗܡܢ: ܕܗܟܢܐ ܢܬܥܒܕ ܠܓܒܪܐ ܕܡܠܟܐ ܨܒܐ ܒܐܝܩܪܗ: ܘܝܫܘܥ ܟܪܘܙܘܗܝ ܢܦܩܘ ܡܢ ܥܡܐ ܪܕܘܦܗ ܘܐܡܪܘ: ܕܗܢܘ ܝܫܘܥ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ. ܕܡܗ ܕܡܪܕܟܝ ܐܬܬܒܥ ܒܐܝܕܐ ܕܗܡܢ ܘܒܢܘܗܝ: ܘܕܡܗ ܕܝܫܘܥ ܩܒܠܘ ܪܕܘܦܘܗܝ ܥܠܝܗܘܢ ܘܥܠ ܒܢܝܗܘܢ ܀

ܗܠܝܢ ܒܥܘܬܐ ܕܟܬܒܬ ܠܟ ܚܒܝܒܝ: ܡܛܠ ܝܫܘܥ ܕܐܬܪܕܦ ܘܙܕܝܩܐ ܕܐܬܪܕܦܘ: ܡܛܠ ܕܢܬܒܝܐܘܢ ܪܕܝܦܐ ܕܗܫܐ ܕܡܬܪܕܦܝܢ ܡܛܠ ܝܫܘܥ ܪܕܝܦܐ ܕܗܘ ܟܬܒ ܠܢ ܘܡܠܒܒ ܒܢܦܫܗ: ܐܡܪ ܓܝܪ: ܕܐܢ ܠܝ ܪܕܦܘ ܐܦ ܠܟܘܢ ܢܪܕܦܘܢ: ܘܡܛܠ ܗܢ ܪܕܦܝܢ ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܗܘܝܬܘܢ ܡܢ ܥܠܡܐ ܐܝܟܢܐ ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܐ ܠܐ ܗܘܝܬ ܡܢܗ. ܩܕܝܡ ܓܝܪ ܟܬܒ ܠܢ: ܕܢܫܠܡܘܢܟܘܢ ܐܒܗܝܟܘܢ ܘܐܚܝܟܘܢ ܘܐܚܝܢܝܟܘܢ: ܘܬܗܘܘܢ ܣܢܝܐܝܢ ܠܟܘܢ ܟܠ ܐܢܫ ܡܛܠ ܫܡܝ. ܘܬܘܒ ܐܠܦܢ: ܕܐܡܬܝ

effugerent. Mardochaeus persecutoris sui Aman excepit munera; et Iesus pro persecutione populi insipientis maximam gloriam tulit a Patre suo. Mardochaeus cervicem Aman persecutoris sui conculcavit, et inimici Iesu sub pedibus ipsius suppositi sunt. Ante Mardochaeum Aman clamavit : *Ita fiet viro quem voluerit rex honorare*[1]; et praecones Iesu e populo qui ipsum persequebatur exierunt, et dixerunt : *Hic est Iesus Filius Dei*[2]. Sanguis Mardochaei de manu Aman et filiorum eius requisitus est; sanguinem Iesu persecutores eius super se et super filios suos susceperunt.

21. Hasce tibi commentationes, carissime, conscripsi, de Iesu persecutionem passo, et de iustis qui vexationes pariter pertulerunt, ut solatio recrearentur hodierni vexati qui propter Iesum vexatum persecutioni subiacent, quoniam nobis scripsit atque ipsemet nos confortavit, his verbis : *Si me persecuti sunt, et vos persequentur; ideo vos persecuti sunt quia non estis de mundo, sicut et ego non sum ex eo*[3]. Sed etiam ante scripsit nobis : *Tradent vos patres, et fratres, et cognati vestri, et eritis odio omnibus propter nomen meum*[4]. Et iterum nos admonuit : *Cum duxerint vos*

AB] — 1 *B* om. ܘܝܫܘܥ ܪܕܘܦܗ ...ܡܛܠ. — 16 A om. ܡܛܠ. — 22 A ܗܘܐ.

[1] Esth. VI, 11. — [2] Matth. XXVII, 54. — [3] Ioh. XV, 20, 19; XVII, 14. (Tatian. XLVI, XLVII, pp. 82, 84.) — [4] Luc. XXI, 16, 17. (Tatian. XLI, p. 74.)

ܕܡܩܪܒܝܢ ܠܟܘܢ ܩܕܡ ܐܕ̈ܘܟܣ ܘܩܕܡ ܫܠܝ̈ܛܢܐ ܘܩܕܡ ܡ̈ܠܟܐ ܐܚܝ̈ܕܝ ܥܠܡܐ: ܠܐ ܬܬܪܢܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܙܒܢܐ ܡܢܐ ܬܡܠܠܘܢ ܘܐܝܟܢܐ ܬܦܢܘܢ ܦܬܓܡܐ: ܘܐܢܐ ܐܬܠ ܠܟܘܢ ܦܘܡܐ ܘܚܟܡܬܐ. ܕܠܐ ܢܫܟܚܘܢ ܒܥܠܕܒܒ̈ܝܟܘܢ ܠܡܙܟܝܘܬܟܘܢ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܐܢܬܘܢ ܡܡܠܠܝܢ ܐܠܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܒܘܟܘܢ: ܗܝ ܡܡܠܠܐ ܒܟܘܢ. ܗܝ ܪܘܚܐ ܕܡܠܠܬ ܒܦܘܡ ܝܥܩܘܒ ܠܥܣܘ ܪܕܘܦܗ: ܘܪܘܚܐ ܕܚܟܡܬܐ ܕܡܠܠܬ ܩܕܡ ܦܪܥܘܢ ܒܦܘܡ ܝܘܣܦ ܪܕܝܦܐ: ܘܪܘܚܐ ܕܡܠܠܬ ܒܦܘܡ ܡܘܫܐ ܒܟܠܗܝܢ ܐܬ̈ܘܬܐ ܕܥܒܕ ܒܐܪܥ ܡܨܪܝܢ: ܘܪܘܚܐ ܕܝܕܥܬܐ ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܟܕ ܣܡ ܡܘܫܐ ܐܝܕܗ ܥܠܘܗܝ ܘܫܠܡܘ ܘܣܦܘ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܥܡܡ̈ܐ ܕܪܕܦܘܗܝ: ܘܪܘܚܐ ܕܙܡܪܢܐ ܒܦܘܡ ܕܘܝܕ ܪܕܝܦܐ ܕܒܗ ܙܡܪ ܡܢܝܚ ܗܘܐ ܠܫܐܘܠ ܪܕܘܦܗ ܡܢ ܪܘܚܐ ܒܝܫܬܐ: ܘܪܘܚܐ ܕܟܣܝܬܗ ܠܐܠܝܐ ܘܐܟܣ ܒܗ ܠܐܝܙܒܠ ܘܠܐܚܐܒ ܪܕܘܦܗ: ܘܪܘܚܐ ܕܡܠܠܬ ܒܐܠܝܫܥ ܘܐܬܢܒܝ ܘܐܘܕܥ ܠܡܠܟܐ ܪܕܘܦܗ ܟܠ ܡܕܡ ܕܥܬܝܕ ܠܡܚܪܬܗ ܕܝܘܡܐ: ܘܪܘܚܐ ܕܪܬܚܬ ܒܦܘܡܗ ܕܡܝܟܐ ܟܕ ܐܟܣ ܠܐܚܐܒ ܪܕܘܦܗ ܘܐܡܪ ܠܗ:

ante praesides, et magistratus, et reges, dominos mundi, nolite ante tempus iudicare quid loquamini aut quomodo respondeatis; et ego dabo vobis os et sapientiam, ita ut vos superare non possint adversarii vestri. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Sanctus Patris vestri, ille loquetur in vobis[1]. Ille est Spiritus qui locutus est per os Iacob ad Esau, persecutorem eius; Spiritus sapientiae, qui locutus est coram Pharaone per os Ioseph, vexationes perpessi; Spiritus qui etiam per os Moysi locutus est, in omnibus portentis quae in terra Aegypti patravit; Spiritus scientiae qui Iesu filio Nun datus est, quando super eum Moyses manum imposuit, et consumptae sunt atque ab eius conspectu penitus exstinctae gentes quae eum insectabantur; Spiritus qui per os David vexati psallebat, per quem cecinit, Saulemque persecutorem suum a spiritu nequam refocillavit; Spiritus qui Eliam operuit, per quem ille Iezabelem et Achab persecutorem suum reprehendit; Spiritus qui locutus est per Elisaeum, et prophetavit, regique persecutori eius nuntiavit quaecumque postridie erant futura; Spiritus qui per os Michaeae efferbuit, quando redarguit Achab oppressorem suum, et ait illi : *Si rever-*

AB] — 2 A ܫܠܝܛܢܐ. — *Ib.* A ܘܐܚܝܕܝ. — 9 A om. ܗܝ. — 15 A ܕܝܕܥܬܐ. — 22 A ܒܗ ܠܐܝܙܒܠ.

[1] Luc. XII, 11; XXI, 14, 15. Matth. V, 19, 20.

ܘܐܢ ܡܬܗܦܟܘ ܬܬܗܦܟ ܐܝܟ ܠܐ ܡܠܠ ܒܝ ܡܪܝܐ: ܪܘܚܐ ܕܚܝܠܬ ܠܐܪܡܝܐ ܩܘܡ ܚܪܝܦܐܝܬ ܘܐܟܣ ܒܗ ܠܨܕܩܝܐ: ܪܘܚܐ ܕܢܛܪܬ ܠܕܢܝܐܝܠ ܘܐܚܘܗܝ ܒܐܪܥܐ ܕܒܒܠ: ܪܘܚܐ ܗܝ ܕܢܛܪܬ ܠܡܪܕܘܟܝ ܘܠܐܣܬܪ ܒܐܬܪܐ ܕܫܒܝܗܘܢ܀

ܫܡܥ ܚܒܝܒܝ ܫܡܗܐ ܗܠܝܢ ܕܣܗܕܐ ܘܕܡܘܕܝܢܐ ܘܕܪܕܝܦܐ: ܗܒܝܠ ܐܬܩܛܠ ܘܕܡܗ ܩܥܐ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܝܥܩܘܒ ܐܬܪܕܦ ܥܪܩ ܘܗܘܐ ܐܟܣܢܝܐ. ܝܘܣܦ ܐܬܪܕܦ ܘܐܙܕܒܢ ܘܢܦܠ ܒܓܘܒܐ. ܡܘܫܐ ܐܬܪܕܦ ܥܪܩ ܠܡܕܝܢ. ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ ܐܬܪܕܦ ܥܒܕ ܩܪܒܐ. ܘܝܦܬܚ ܘܫܡܫܘܢ ܘܓܕܥܘܢ ܘܒܪܩ ܘܐܦ ܗܠܝܢ ܐܬܪܕܦܘ: ܗܠܝܢ ܕܐܡܪ ܥܠܝܗܘܢ ܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ: ܕܙܒܢܐ ܗܘ ܠܝ ܙܥܘܪܐ ܕܐܫܬܥܐ ܙܟܘܬܗܘܢ. ܘܐܦ ܕܘܝܕ ܐܬܪܕܦ ܡܢ ܫܐܘܠ ܘܗܠܟ ܒܛܘܪܐ ܘܒܡܥܪܐ ܘܒܦܩܥܬܐ. ܘܐܦ ܫܡܘܐܝܠ ܐܬܪܕܦ ܘܐܬܐܒܠ ܥܠ ܫܐܘܠ. ܚܙܩܝܐ ܐܦ ܗܘ ܐܬܪܕܦ ܘܐܬܚܒܫ ܒܐܘܠܨܢܐ. ܘܐܠܝܐ ܐܬܪܕܦ ܘܗܠܟ ܒܡܕܒܪܐ. ܘܐܠܝܫܥ ܐܬܪܕܦ ܘܗܘܐ ܐܘܠܨܢܐ. ܡܝܟܐ ܐܬܪܕܦ ܘܢܦܠ ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ. ܘܐܪܡܝܐ ܐܬܪܕܦ ܘܐܪܡܝܘܗܝ ܒܓܘܒܐ ܕܣܝܢܐ.

tendo reversus fueris, non est locutus in me Dominus[1]; Spiritus qui Ieremiam confortavit, ut staret audacter, et Sedeciam per eum corriperet; Spiritus qui Danielem et fratres eius in terra Babylonis custodivit; Spiritus qui Mardochaeum et Esther in loco captivitatis eorum servavit.

22. Audi, carissime, nomina haec martyrum, confessorum, et eorum qui persecutiones perpessi sunt. Abel occisus est, et sanguis eius de terra clamavit. Iacob vexatus aufugit, peregrinusque factus est. Ioseph vexatus est et venditus, atque in foveam demissus. Moyses persecutionem sustinuit, et fugit in Madian. Iesus filius Nun vexationes toleravit, bellumque gessit. Et Iephte, et Samson, et Gedeon, et Barac persecutionem subierunt et ipsi, de quibus ait beatus Apostolus : *Deficiet me tempus enarrantem victorias eorum*[2]. David etiam a Saule vexatus est, et ambulavit *in montibus, et in speluncis, et in campis*[3]. Samuel persecutionem sustinuit et luxit Saulem. Ezechias pariter persecutionem subiit, aerumnisque angustiatus est. Elias persecutionem sustinuit et abiit in desertum. Elisaeus persecutionem sustinuit, et factus est pe-

AB] — 3 A ܘܬܬܗܦܟ. — 6 B ܠܡܪܕܘܟ. — Ib. A ܠܡܪܕܟ. Ego ܠܡܪܕܟܝ conieci. — 7 B ܕܫܒܝܗܘܢ. — 10 A ܐܬܪܕܦ [ܐܬܩܛܠ. — 17 B ܘܓܕܥܘܢ. — 18 A ܕܐܡܪ [ܕܐܡܪ. — 24 B add. ܐܘܠܨܢܐ ܗܘܐ ܐܬܪܕܦ ܘܡܫܟܢܐ [ܐܘܠܨܢܐ. — 26 A ܒܓܘܒܐ ܘܐܪܡܝܘܗܝ.

[1] I (III) Reg. XXII, 28. — [2] Hebr. XI, 32, seqq. — [3] Ib. XI, 38.

regrinus. Michaeas persecutionem sustinuit, et in carcerem coniectus est. Ieremias persecutionem sustinuit, et in lacum caenosum submissus est. Daniel persecutionem sustinuit, et proiectus est in foveam leonum. Ananias etiam et fratres eius persecutionem sustinuerunt, et in fornacem ignis coacti sunt. Mardochaeum et Esther et filios populi eorum Aman insecutus est. Iudas Macchabaeus et fratres eius ipsi quoque persecutionem sustinuerunt, opprobriumque toleraverunt; et septem fratres, sanctae mulieris filii, dirorum verberum subierunt tormenta, fueruntque confessores et martyres veri; et Eleazarus senex diebusque provectus, praeclarum effectus est exemplum, et confessus est, perfectusque martyr evasit.

ܘܕܝܢܐܝܠ ܐܬܪܕܦ ܘܢܦܠ ܒܫܒܝܐ
ܕܐܬܘܪܐ. ܘܐܦ ܡܝܟܝܐ ܘܐܣܩܘܗܝ ܐܬܪܕܦ
ܘܢܦܠܗ ܒܐܠܘܢܐ ܕܒܘܪܐ. ܘܐܪܡܝܐ
ܘܐܫܠܡܗ: ܡܒܢܝܢ ܠܡܘܬܐ ܐܬܪܕܦ ܡܢ
ܐܒܝܬ ܗܡܝܢ. ܚܢܢܝܐ ܡܫܡܫܢ ܘܐܣܩܘܗܝ
ܐܬܪܕܦܘ ܘܐܦ ܗܘܝ ܘܫܡܥܘܢ ܪܒܐ.
ܘܐܬܐ ܫܒܒܐ ܒܢܝܗ ܕܠܗܘܢ ܒܢܝܢܐ
ܒܢܘܪܐ ܡܪܕܟܝ ܫܡܥܘܢ ܫܡܘܢܝܐ ܘܗܘܐ
ܡܬܪܕܦܝܢ ܘܗܘܘ ܣܗܕܐ. ܘܐܠܥܙܪ
ܣܒܐ ܡܩܝܡ ܒܝܘܡܬܐ ܗܘܐ ܕܡܬܐ
ܠܥܠܐ ܘܐܘܕܝ ܘܗܘܐ ܣܗܕܐ ܓܡܝܪܐ܀

23. Maximum autem et praestantissimum est testimonium Iesu, qui in tribulationibus et in confessione omnes antecessores et postfuturos exsuperavit. Post eum exstitit Stephanus, martyr fidelis, quem Iudaei lapidaverunt; similiter Simon et Paulus perfecti martyres fuerunt; Iacobus quoque et Iohannes, Christi, magistri sui, tenuerunt vestigia; atque etiam inde ab Apostolis et deinceps, in diversis locis, [alii] confessi sunt et veri testes exorti sunt. Praeterea vero fratribus nostris qui sunt in Occidente supervenit tempore Diocletiani pressura magna et persecutio

ܪܒܐ ܘܡܝܬܪܐ ܣܗܕܘܬܗ ܕܝܫܘܥ:
ܘܐܬܥܠܝ ܒܐܘܠܨܢܐ ܘܒܡܘܕܝܢܘܬܐ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܩܕܡܝܐ ܘܐܚܪܝܐ. ܘܡܢ
ܒܬܪܗ ܗܘܐ ܣܗܕܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܣܛܦܢܘܣ
ܕܪܓܡܘܗܝ ܝܗܘܕܝܐ: ܘܐܦ ܫܡܥܘܢ
ܘܦܘܠܘܣ ܗܘܘ ܣܗܕܐ ܓܡܝܪܐ: ܝܥܩܘܒ
ܘܝܘܚܢܢ ܒܥܩܒܬܗ ܕܪܒܗܘܢ ܡܫܝܚܐ
ܗܠܟܘ. ܐܦ ܡܢ ܫܠܝܚܐ ܘܠܬܚܬ
ܒܐܬܪ ܐܬܪ ܐܘܕܝܘ ܘܢܦܩܘ ܣܗܕܐ ܫܪܝܪܐ.
ܘܐܦ ܥܠ ܐܚܝܢ ܕܒܡܥܪܒܐ ܒܝܘܡܝ
ܕܝܘܩܠܛܝܢܘܣ ܗܘܐ ܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ
ܘܪܕܘܦܝܐ ܠܟܠܗ ܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܒܟܠܗ
ܬܚܘܡܝܗܘܢ. ܘܐܫܬܠܛܘ ܘܐܬܒܩܝ

AB] — 2 A ܐܦ. — 5 A om. ܐܬܪܝ. — 8 A ܡܗܝܡܢܐ. — 9 A ܝܗܘܕ̈ܝܐ. — 19 A ܘܐܦ. — Ib. A ܡܗܝܡܢܐ [ܡܗܝܡܢܐ. — 21 B ܕܝܘܩܠܛ (sic). Scriptor vocem imperfectam reliquit. — 24 B ܘܐܬܚܪܒ [ܘܐܬܚܪܒܝ.

ܒܐܬܪ̈ܐ: ܘܐܬܪܝܘ ܥܕ̈ܬܐ ܘܐܬܥܩܪܘ
ܫܬܐܣ̈ܐ: ܘܐܦ ܒܟܠܗܘܢ ܕܝܣܩܘܦܐ
ܡܢ ܫܬܐܣܝܗܝܢ. ܘܐܦ ܒܢ̈ܝ ܩܝܡܐ
ܣܓܝ ܕܐܘܕܝܘ ܐܦ ܡܬܩܛܠܝܢ:
ܐܠܐ ܐܦ ܕܢܫܬܡܠܘܢ ܡܟܬ̈ܒܢ ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܦܪܘܩܢ: ܕܘܠܝܢ ܗܠܝܢ ܕܢܗܘܝܢ.
ܐܦ ܫܠܝܚܐ ܐܡܪ: ܕܐܦ ܠܢ ܣܝܡ ܥܢܢܐ
ܗܢܐ ܕܣܗܕ̈ܐ ܕܬܫܒܘܚܬܢ ܕܒܗ
ܡܘܕܝܢ ܘܡܬܩܛܠܝܢ ܣܓܝ̈ܐܐ܀

universae Ecclesiae Dei in omni eorum imperio. Dirutae sunt ecclesiae ac funditus eversae, et confessores martyresque plurimi [fidem] confessi sunt. Postquam vero castigati sunt, [Dominus] in misericordia sua ad illos reversus est. Nostris adhuc temporibus propter peccata nostra pariter talia evenerunt, verum etiam ut ea quae scripta sunt compleantur, quemadmodum ait Salvator noster : *Oportet haec fieri*[1]; et Apostolus dixit *nobis etiam impositam esse hanc nubem confessionis*[2] gloriae nostrae, in qua multi debent confiteri atque interfici.

ܫܠܡܬ ܬܚܘܝܬܐ ܕܥܠ ܪܕܘܦܝܐ܀

Explicit Demonstratio de Persecutione.

AB] — 2 B ܘܐܦ [ܘܐܦ. — Ib. B ܫܬܐܣܝܗܝܢ. — 3 A ܐܦ. — 7 A ܘܐܦ. — 8 B om. ܗܢܐ. — Ib. A ܕܒܗ. — 10 A ܕܪܕܘܦܝܐ ܬܚܘܝܬܐ ܫܠܡܬ — Ib. B om. ܬܚܘܝܬܐ.

[1] Matth. xxiv, 6. Luc. xxi, 9. — [2] Hebr. xii, 1.

ܬܚܘܝܬܐ ܕܡܘܬܐ ܘܙܒ̈ܢܐ ܐܚܪ̈ܝܐ

DEMONSTRATIO XXII

DE MORTE ET NOVISSIMIS TEMPORIBUS

ܐ ܟܐܢ̈ܐ ܘܙܕܝ̈ܩܐ ܘܛܒ̈ܐ ܘܚܟܝ̈ܡܐ ܠܐ ܕܚܠܝܢ ܘܙܝܥܝܢ ܡܢ ܡܘܬܐ ܡܛܠ ܣܒܪܐ ܪܒܐ ܕܩܕܡܝܗܘܢ܂ ܘܡܬܕܟܪܝܢ ܒܟܠܙܒܢ ܠܡܘܬܐ ܡܦܩܢܐ ܘܠܝܘܡܐ ܐܚܪܝܐ ܕܡܬܕܝܢܝܢ ܒܗ ܒܢ̈ܝ ܐܕܡ܂ ܝܕܥܝܢ ܕܒܓܙܪ ܕܝܢܐ ܐܡܠܟ ܡܘܬܐ ܡܛܠ ܕܥܒܪ ܐܕܡ ܥܠ ܦܘܩܕܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܫܠܝܚܐ܂ ܕܐܡܠܟ ܡܘܬܐ ܡܢ ܐܕܡ ܘܥܕܡܐ ܠܡܘܫܐ ܘܐܦ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܚܛܘ܂ ܘܥܒܪܐ ܕܐܦ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝ ܐܕܡ ܥܒܪ ܐܝܟܡܐ ܕܥܒܪ ܥܠ ܐܕܡ. ܘܐܝܟܢܐ ܐܡܠܟ ܡܘܬܐ ܡܢ ܐܕܡ ܘܥܕܡܐ ܠܡܘܫܐ܀ ܐܠܐ ܟܕ ܦܩܕ ܠܗ ܐܠܗܐ ܦܘܩܕܢܐ ܠܐܕܡ ܘܙܗܪܗ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܕܒܝܘܡܐ ܕܬܐܟܘܠ ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܕܝܕܥܬܐ ܕܛܒܬܐ ܘܕܒܝܫܬܐ ܡܘܬܐ ܬܡܘܬ. ܘܟܕ ܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ ܘܐܟܠ ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܐܕܡ ܐܡܠܟ ܡܘܬܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܘܗܝ܆

1. Homines recti et iusti, probi ac sapientes, mortem non metuunt nec reformidant, propter magnam spem quae eis proposita est; et omni tempore, mortis recordantur, veluti egressus, aut diei novissimi quo filii Adam iudicabuntur. Norunt mortem ex decreto regnasse, quia transgressus est homo praeceptum, sicut Apostolus ait : *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysem, etiam in eos qui non peccaverunt, adeo ut in omnes etiam homines pertransiret*[1], quemadmodum in Adam [ipsum]. Quo autem pacto regnavit mors ab Adam usque ad Moysem? Profecto quando indidit Deus Adae praeceptum, monens eum his verbis : *In die quo de ligno scientiae boni et mali comederis, morte morieris*[2]. Cum ergo Adam praeceptum transgressus esset, et de ligno manducasset, mors super eum et super omnes eius filios regnavit. Sed in eos

AB] — 1 A ܘܡܫܬܡܥܢܐ ܘܛܒ̈ܐ. — 3 B ܕܡܬܕܟܪܝܢ. — 10 A ܐܦ. — 13 A ܕܦܩܕ. — 16 B om. ܡܘܬܐ.

[1] Rom. v, 14, 12. — [2] Gen. II, 17.

ܘܐܦ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܚܛܘ ܒܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ ܕܐܕܡ ܡܘܬܐ ܐܡܠܟ ܒܟܠܗܘܢ܀

ܡܛܠܡܢܐ ܐܡܪ: ܕܡܢ ܐܕܡ ܘܥܕܡܐ ܠܡܘܫܐ ܐܡܠܟ ܡܘܬܐ܂ ܘܐܝܢܐ ܕܙܥܘܪ ܡܢ ܝܕܥܬܐ ܗܘܝܢܐ ܣܒܪ: ܕܡܢ ܐܕܡ ܘܥܕܡܐ ܠܡܘܫܐ ܒܠܚܘܕ ܡܘܬܐ ܐܡܠܟ. ܐܠܐ ܢܣܬܟܠ ܡܢ ܗܝ ܕܐܡܪ: ܕܥܠ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܥܒܪ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܥܒܪ ܡܢ ܡܘܫܐ ܥܕ ܫܘܠܡ ܥܠܡܐ: ܐܠܐ ܡܠܟܘܬܗ ܐܟܪܙ ܡܘܫܐ ܕܬܫܬܪܐ ܠܗ. ܟܕ ܥܒܪ ܓܝܪ ܐܕܡ ܦܘܩܕܢܐ ܘܐܬܓܙܪ ܡܘܬܐ ܥܠ ܝܠܝܕܘܗܝ: ܗܘܝܢܐ ܣܒܪ ܗܘܐ ܡܘܬܐ ܕܢܚܘܕ ܐܢܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܬܗܘܐ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܥܠܝܗܘܢ ܠܥܠܡ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܡܘܫܐ ܐܟܪܙ ܢܘܚܡܐ: ܐܪܓܫ ܡܘܬܐ ܕܫܪܝܐ ܠܗ ܡܠܟܘܬܗ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܡܘܫܐ: ܕܢܚܐ ܪܘܒܝܠ ܘܠܐ ܢܡܘܬ ܘܢܗܘܐ ܒܡܢܝܢܐ. ܘܟܕ ܩܪܐ ܩܕܝܫܐ ܠܡܘܫܐ ܡܢ ܣܢܝܐ ܗܘܝܢܐ ܐܡܪ ܠܗ: ܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܗ ܕܐܒܪܗܡ ܘܕܐܝܣܚܩ ܘܕܝܥܩܘܒ. ܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢ ܡܘܬܐ ܗܢܐ ܦܬܓܡܐ ܙܥ ܘܕܚܠ ܘܐܬܪܗܒ ܘܐܬܬܙܝܥ ܘܝܕܥ ܕܠܐ ܗܘܐ ܡܡܠܟܐ ܠܥܠܡ ܥܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܡܢ ܫܥܬܐ ܕܫܡܥ ܕܐܡܪ ܐܠܗܐ ܠܡܘܫܐ: ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܐܠܗܗ ܕܐܒܪܗܡ ܘܕܐܝܣܚܩ ܘܕܝܥܩܘܒ:

etiam qui non peccaverunt mors dominata est propter praevaricationem Adae.

2. Quare autem ait : *Ab Adam usque ad Moysem regnavit mors?* Ille qui tenuis est scientiae arbitrabitur mortem ab Adam usque ad Moysem solummodo regnasse. Intelligat autem ex his quae dicuntur : *In omnes homines pertransiit.* In omnes homines utique pertransiit a Moyse usque ad mundi finem; verumtamen praenuntiavit Moyses regnum eius sublatum iri. Quando enim violavit Adam praeceptum, et sic mors super filios eius decreta est, mors existimabat se omnes homines comprehensuram et in eos dominaturam in aeternum. Cum autem advenit Moyses, resurrectionem annuntiavit, morsque novit regnum suum esse desiturum. Ait enim Moyses : *Vivet Ruben et non morietur, eritque in numero*[1]. Et quando Sanctissimus Moysem vocavit de medio rubi, ait illi : *Ego sum Deus Abraham, Isaac et Iacob*[2]. Illum autem sermonem audiens mors, commota est, timuit, contremuit trepidavitque, et scivit se super homines non dominaturam in perpetuum. Inde ab hora qua Deum audivit dicentem Moysi : *Ego sum Deus Abraham, Isaac et Iacob,* dubitatio obvenit morti, ediscenti Deum regem

AB] — 3 B ܐܡܠܟ. — 8 B om. ܒܪܡ ܕܝܢ ... ܥܒܪ — 21 A ܐܢܐ. — 24 A ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. — 27 B ܘܐܝܣܚܩ.

[1] Deut. XXXIII, 6. — [2] Ex. III, 6.

esse mortuorum et viventium, hominibusque fore ut ex eius tenebris egrederentur, et in corporibus suis resurgerent. Animadverte etiam Iesum Salvatorem nostrum sermonem hunc iterasse Sadducaeis, de resurrectione mortuorum cum eo litigantibus; sic enim dixit : *Deus non est mortuorum; omnes enim vivunt ei*[1].

3. Atque ut morti ostenderet Deus ipsius potestatem super filios mundi huius non fore perpetuam, transtulit Henoch ad se, quia placuerat, et exemit eum morti. Eliam pariter in caelum sustulit, morsque in eum non praevaluit. Et Anna aiebat : *Dominus mortificat et vivificat; deducit ad inferos et reducit*[2]. Moyses etiam dixit tanquam ex ore Dei sui : *Ego occido et ego vivere facio*[3]. Denique Isaias propheta dixit : *Vivent mortui tui, et cadavera eorum resurgent; expergiscentur qui iacent in pulvere, et laudabunt te*[4]. Quae omnia ut audivit mors, obtinuit eam stupor, et in luctu consedit.

4. Quando autem advenit Iesus, interfector mortis, corpusque induit de semine Adam, et in suo corpore cruci affixus est, ac mortem gustavit, haec vero intellexit illum ad se descendere; tum de loco suo perculsa est, et Iesum

ܦܫܛܐ ܠܗ ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܡܘܬܐ ܕܢܒܘܙ ܕܐܠܗܐ
ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܘܕܚ̈ܝܐ ܘܡܬܐܠܝܢ
ܠܗܘܢ ܠܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܕܢܦܩܘܢ ܡܢ ܚܫܘܟܗ
ܘܢܩܘܡܘܢ ܒܦܓܪ̈ܝܗܘܢ. ܚܙܝ ܕܐܦ ܝܫܘܥ
ܦܪܘܩܢ ܟܕ ܐܬܢܝ ܗܢܐ ܦܬܓܡܐ ܠܙܕܘܩܝ̈ܐ
ܟܕ ܕܝܢܝܢ ܗܘܘ ܥܡܗ ܥܠ ܩܝܡܬܐ ܕܡܝ̈ܬܐ:
ܗܟܢܐ ܐܡܪ: ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܝ̈ܬܐ
ܐܠܐ ܕܟܠܗܘܢ ܚܝܝܢ ܐܢܘܢ ܠܗ܀

ܘܕܢܚܘܐ ܐܠܗܐ ܠܡܘܬܐ ܕܠܐ ܐܡܝܢ
ܫܘܠܛܢܗ ܠܥܠܡ ܥܠ ܟܠ ܡܕܒܪ̈ܢܘܗܝ
ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܠܚܢܘܟ ܠܘܬܗ ܫܢܝܗ
ܘܠܐ ܡܘܬܐ ܠܥܒܪܗ: ܡܥܠܝ ܐܦ ܠܐܠܝܐ
ܠܫܡܝܐ ܘܡܘܬܐ ܠܐ ܫܠܛ ܒܗ. ܚܢܐ
ܐܡܪܐ: ܕܡܪܝܐ ܡܡܝܬ ܘܡܚܐ: ܘܡܚܬ
ܠܫܝܘܠ ܘܡܣܩ. ܘܡܘܫܐ ܐܦ ܐܡܪ
ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡܐ ܕܐܠܗܗ: ܕܐܢܐ ܡܡܝܬ
ܐܢܐ ܘܐܢܐ ܡܚܐ ܐܢܐ. ܘܠܗܘ ܐܦ ܐܫܥܝܐ
ܢܒܝܐ ܐܡܪ: ܕܢܚܘܢ ܡܝ̈ܬܝܟ ܘܫܠܕ̈ܝܗܘܢ
ܢܩܘܡܘܢ: ܘܢܬܬܥܝܪܘܢ ܕܫܟܝܒܝܢ ܒܥܦܪܐ
ܘܢܫܒܚܘܢܟ. ܟܕ ܫܡܥ ܡܘܬܐ ܗܠܝܢ
ܟܠܗܝܢ ܬܡܗܐ ܐܚܕܗ ܘܝܬܒ ܠܗ ܒܐܒܠܐ܀

ܘܟܕ ܐܬܐ ܝܫܘܥ ܩܛܘܠܗ ܕܡܘܬܐ
ܘܠܒܫ ܦܓܪܐ ܡܢ ܙܪܥܗ ܕܐܕܡ ܘܐܙܕܩܦ
ܒܦܓܪܗ ܘܛܥܡܗ ܠܡܘܬܐ: ܘܟܕ
ܐܪܓܫ ܒܗ ܕܢܚܬ ܠܘܬܗ: ܙܥ ܡܢ
ܐܬܪܗ ܘܐܬܕܘܕ ܕܚܙܝܗ ܠܝܫܘܥ: ܘܐܚܕ

AB] — 1 *B* ܘܦܫܛܐ. — 2 A om. ܡܠܟܐ. — 6 *B* ܕܝܢܝܢ. — 11 A ܒܡܥܒܪܢܘܬܗ. — 12 *B* ܘܡܛܠ ܠܗܘ ܐܦ. — 18 *B* ܘܡܫܬܒܚܝܢܟ. — 20 A ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ.

[1] Luc. xx, 38. — [2] I Sam. ii, 6. — [3] Deut. xxxii, 39. — [4] Is. xxvi, 19.

ܠܬܪ̈ܥܘܗܝ ܘܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܠܡܩܒܠܘ ܠܗ. ܗܘ ܕܝܢ ܬܒܪ ܠܬܪ̈ܥܘܗܝ ܘܥܠ ܠܓܘܗ ܘܫܪܝ ܡܒܙܒܙ ܠܟܠܗ ܩܢܝܢܗ. ܟܕ ܚܙܘ ܕܝܢ ܡܝ̈ܬܐ ܢܘܗܪܐ ܒܚܫܘܟܐ ܐܪܝܡܘ ܪ̈ܫܝܗܘܢ ܡܢ ܚܒܘܫܝܗ ܕܡܘܬܐ: ܘܐܕܝܩܘ ܘܚܙܐܘܗܝ ܠܙܝܘܗ ܕܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ: ܗܝܕܝܢ ܚܝ̈ܠܘܗܝ ܕܚܫܘܟܐ ܝܬܒܘ ܒܐܒܠܐ ܕܐܬܡܥܛܝ ܠܗ ܡܘܬܐ ܡܢ ܫܘܠܛܢܗ: ܘܛܥܡ ܡܘܬܐ ܣܡܐ ܩܛܘܠܐ ܘܪ̈ܦܝܘ ܐܝ̈ܕܘܗܝ: ܘܝܕܥ ܕܚܝܝܢ ܡܝ̈ܬܐ ܘܦܠܛܝܢ ܡܢ ܫܘܠܛܢܗ. ܘܟܕ ܐܟܪܝ ܠܡܘܬܐ ܒܒܙܬܐ ܩܢܝܢܗ ܐܠܠ ܘܒܟܐ ܒܩܠܗ ܟܕ ܡܬܡܪܡܪ ܘܐܡܪ: ܦܘܩ ܡܢ ܐܬܪܝ ܘܠܐ ܬܥܘܠ ܠܗ. ܡܢܘ ܗܢܐ ܕܥܐܠ ܚܝܐ ܠܐܬܪܝ ܕܝܠܝ. ܘܟܕ ܡܙܥܩ ܡܘܬܐ ܒܥܫܝܢܐܝܬ ܕܚܙܐ ܕܫܪܐ ܚܫܘܟܐ ܕܡܛܠܬܗ ܠܗ ܘܡܢ ܙܕܝ̈ܩܐ ܕܡܫܬܟܒܝܢ ܬܡܢ ܠܡܣܩ ܥܡܗ: ܘܐܘܕܥܗ ܕܟܕ ܐܬܐ ܒܫܘܠܡ ܙܒܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܫܒܝ̈ܐ ܡܦܩ ܡܢ ܫܘܠܛܢܗ ܘܡܝܬܐ ܠܘܬܗ ܠܡܚܙܐ ܢܘܗܪܐ. ܗܝܕܝܢ ܢܦܩ ܟܕ ܫܠܡܬ ܬܫܡܫܬܗ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ ܦܠܛܗ ܡܘܬܐ ܡܢ ܐܬܪܗ ܘܠܐ ܣܝܒܪ ܕܢܗܘܐ ܬܡܢ: ܘܠܐ ܒܣܡܐ ܠܗ ܡܐܟܘܠܬܗ ܐܝܟ

videns conturbata est; portas suas occlusit, renuens illum recipere. Sed ipse portas eius confregit, ad eam ingressus est, coepitque omnes eius possessiones diripere. Cernentes autem mortui in tenebris lumen, extulerunt e carcere mortis capita sua, foras prospexerunt, et splendorem Regis Christi viderunt. Tum in luctu sederunt virtutes tenebrarum mortis, quod ipsa e potestate sua deturbata esset; gustavit mors medicinam letalem sibi, manus eius remissae sunt, cognovitque mortuos resurrecturos esse, et de ipsius servitute [quondam] ereptum iri. Et dum ille mortem bonorum suorum direptione lacessebat, ululavit, tristissimaque voce clamans ait : Egredere de mea domo, neque ultra eam introito. Quis est iste qui domum meam vivus ingreditur? Cum autem mors vociferaret vehementer, perspiciens iam dissolvi tenebras, et ex iustis qui illic iacebant aliquos surrexisse, ut cum eo escenderent, ipse ei significavit se in plenitudine temporis advenientem captivos omnes ab eius imperio liberaturum, ut ad se adducerentur, lumenque viderent. Itaque emisit mors Iesum e sedibus suis, peracto ipsius inter mortuos ministerio, cum illic manere non sustinens; neque ita

AB] — 3 A add. ܠܗ [ܡܒܙܒܙ. — 11 A ܘܝܕܥ. — 16 A ܠܐܬܪܝ.

iucundum ei fuit eum devorare uti ceteros mortuos; in Sanctum non praevaluit, et iste non traditus est corruptioni[1].

5. Cum vero emisit eum liberum, ipse de sedibus eius egrediens reliquit apud eam, tanquam venenum, promissionem vitae, qua potestas eius paulatim exstingueretur, quemadmodum fit homini qui venenum mortiferum in cibo ad vitam [fulciendam] subministrato exhausit; ubi intra se sentit letale se sumpsisse in alimento venenum, statim egerit stomacho cibum cui letiferum venenum admixtum est. At in membris eius reliquit venenum istud virtutem suam, qua corporis structura sensim proruet ac corrumpetur. Sic Iesus mortuus mortis interfector [exstitit]; per eum vita regnat, per eum mors periit, cui dictum est : *Ubi est, mors, victoria tua*[2]?

6. Itaque, o filii Adam, super quos omnes mors accepit imperium; recordamini mortem, mementote vitae, et praeceptum nolite violare, sicut primus ille pater vester. O reges, corona redimiti! recordamini mortem, quae coronas vestris capitibus impositas auferet, et ipsa in vos exercebit imperium, donec ad iudicium resurgatis. O superbi, magnifici sublimesque [viri]! recorda-

ܕܢܐܟܠܝܘܗܝ ܡܝ̈ܬܐ܆ ܘܠܐ ܫܠܛ ܒܩܕܝܫܐ ܘܠܐ ܐܬܝܗܒ ܠܚܒܠܐ܀

ܟܕ ܡܦܩܠܗ ܦܠܛܗ ܘܢܦܩ ܡܢ ܐܬܪܘܗܝ ܫܒܩ ܠܘܬܗ ܣܡܐ ܡܘܠܟܢܐ ܕܚܝ̈ܐ ܕܒܩܠܝܠ ܩܠܝܠ ܢܬܒܛܠ ܫܘܠܛܢܗ: ܐܝܟܢܐ ܠܓܒܪܐ ܕܐܟܠ ܣܡܐ ܕܡܘܬܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܐܣܝܐ ܕܚܝ̈ܐ ܡܬܝܗܒܐ: ܘܟܕ ܪܓܫ ܒܢܦܫܗ ܕܣܡܐ ܕܡܘܬܐ ܐܟܠ ܒܡܐܟܘܠܬܐ: ܡܚܕܐ ܡܬܗܦܟ ܡܢ ܟܪܣܗ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܐܬܚܠܛ ܒܗ ܣܡܐ ܕܡܘܬܐ: ܘܗܘ ܣܡܐ ܗܢܐ ܚܝܠܗ ܒܗܕܡ̈ܘܗܝ ܕܡܘܠܟܢܐ ܫܒܩ ܣܡܐ ܕܦܓܪܗ ܢܦܠܐ ܘܢܬܚܒܠ. ܝܫܘܥ ܡܝܬܐ ܡܩܛܠܢܗ ܕܡܘܬܐ: ܕܒܗ ܡܡܠܟܝܢ ܚܝ̈ܐ ܘܡܬܒܛܠ ܒܗ ܡܘܬܐ ܕܡܬܐܡܪ ܠܗ: ܕܐܝܟܐ ܗܝ ܙܟܘܬܟ ܡܘܬܐ܀

ܡܟܝܠ ܐܘ ܒܢ̈ܝ ܐܕܡ ܟܠ ܕܡܘܬܐ ܐܫܬܠܛ ܒܟܠܗܘܢ܆ ܐܬܕܟܪܘ ܠܡܘܬܐ ܥܗܕܘ ܠܚܝ̈ܐ ܘܠܐ ܬܥܒܪܘܢ ܦܘܩܕܢܐ ܐܝܟ ܗܘ ܐܒܘܟܘܢ ܩܕܡܝܐ. ܐܘ ܡܠܟ̈ܐ ܠܒܝ̈ܫܝ ܬܐܓܐ܆ ܥܗܕܘ ܠܡܘܬܐ ܕܫܩܠ ܬܐܓܐ ܕܣܝܡܝܢ ܒܪ̈ܫܝܟܘܢ: ܘܗܘܐ ܒܟܘܢ ܗܘ ܥܕܡܐ ܠܕܝܢܐ ܠܩܝܡܬܐ ܕܬܩܘܡܘܢ. ܐܘ ܓܐܝ̈ܐ ܘܪ̈ܡܐ

AB] — 5 B ܘܫܘܠܛܢܗ. — 16 A ܘܡܬܒܛܠܐ [ܘܡܬܒܛܠ. — Ib. A ܘܡܬܐܡܪ. — 21 A ܐܘ. — 22 B ܠܒܫ̈ܝ — 24 A ܫܠܝܛ ܗܘ. — 28 A ܕܪ̈ܡܐ.

[1] Ps. xvi (xv), 10. — [2] I Cor. xv, 55.

ܡܠܟ̈ܐ܆ ܐܬܕܟܪܘ ܠܡܘܬܐ ܡܚܒܠ ܓܐܘܬܐ ܡܦܪܫ ܗܕ̈ܡܐ ܘܡܫܪܐ ܪ̈ܘܟܒܐ ܘܡܫܬܢܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܘܬܗ ܠܚܒܠܐ. ܘܡܬܡܟܟܝܢ ܒܗ ܓܢܒ̈ܪܐ ܒܡܘܬܐ܆ ܘܡܬܛܡܪܝܢ ܒܚܫܘܟܗ ܥܫܝܢ̈ܐ ܘܩܫ̈ܝܐ. ܡܒܛܠ ܠܟܠܗ ܫܝܚܘܬܐ ܘܡܬܚܒܠܝܢ ܘܗܘܝܢ ܥܦܪܐ ܥܕ ܕܝܢܐ. ܐܘ ܥܬܝܪ̈ܐ܆ ܐܬܕܟܪܘ ܠܡܘܬܐ܆ ܕܡܐ ܕܗܘܐ ܙܒܢܐ ܘܡܬܩܪܒܝܬܘܢ ܠܘܬܗ ܗܝܕܝܢ ܒܥܘܬܪܐ ܘܒܩܢܝܢܐ ܠܐ ܡܬܚܫܚܝܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܠܐ ܡܬܣܝܡܐ ܒܣܝܡܬܐ ܗܘܐ ܩܕܡܝܟܘܢ ܘܠܐ ܡܬܛܝܒܐ ܫܘܪܘܬܐ ܡܛܟܣܐ ܠܟܘܢ. ܬܡܢ ܡܬܚܒܠ ܦܓܪܐ ܕܡܦܢ̈ܩܐ ܕܡܬܦܢܩܝܢ܆ ܒܛܠܝܢ ܡܢ ܡܦܢܩܘܬܐ ܘܠܐ ܥܗܕܝܢ ܠܗ. ܬܡܢ ܪܡܬܐ ܡܚܒܠܐ ܐܟܠ ܦܓܪܝܗܘܢ܆ ܘܡܬܠܒܫܝܢ ܚܫܘܟܐ ܚܠܦ ܠܒܘܫܝܗܘܢ ܝܩܝܪ̈ܐ. ܠܐ ܥܗܕܝܢ ܠܓܡܪ ܠܥܠܡܐ ܗܢܐ܆ ܕܡܕܘܕ ܠܗܘܢ ܡܘܬܐ ܟܕ ܢܚܬܝܢ ܠܘܬܗ܆ ܝܬܒܝܢ ܒܐܒܠܐ ܘܒܛܠܠܗ ܕܡܘܬܐ܆ ܘܠܐ ܡܬܕܟܪܝܢ ܠܗ ܠܥܠܡܐ ܗܢܐ ܥܕ ܕܡܛܐ ܚܪܬܐ ܘܩܝܡܝܢ ܠܕܝܢܐ. ܐܘ ܚܛܘܦ̈ܐ ܘܡܫܬܥܒܕܢ̈ܐ ܘܓܙܠ̈ܝ ܚܒܪ̈ܝܗܘܢ܆ ܐܬܕܟܪܘ ܠܡܘܬܐ ܘܚܛܗ̈ܝܟܘܢ ܠܐ ܬܣܓܘܢ܆ ܡܛܠ ܕܬܡܢ ܐܦܠܐ ܬܝܒܝܢ ܚܛܝ̈ܐ. ܕܚܛܦ ܕܚܒܪܗ܆ ܕܝܠܗ ܠܐ ܡܩܝܡ܆ ܘܐܙܠ ܠܐܬܪܐ ܕܒܘܣܡܐ ܐܢܫ ܠܐ

mini mortem, quae lautitias corrumpit, membra separat, structurasque dissolvit, qua corpus atque eius formae corruptioni traduntur. Potentes morte humiliantur, feroces et immites caligine eius obruuntur, omnem tollit superbiam, ac computrescunt et in pulverem abeunt usque ad iudicium. O divites! recordamini mortem, nam ubi tempus advenerit quo ad eam accedatis, tunc divitiis et facultatibus [vestris] non utemini. Cibum exquisitum vobis non apponet, neque opipare instruet vobis convivium. Ibi voluptariorum, qui se in luxum dederunt, corpus corrumpitur; a deliciis suis cessant, earumque non meminerunt amplius. Ibi vermis consumit corpora eorum, et super splendidas vestes induuntur caligine. Saeculi istius omnino non reminiscuntur; conturbat enim eos mors cum primum ad eam descendunt. Sedent in luctu et in umbra mortis, nec mundi huius recordantur, donec veniat finis, et ad iudicium resurgant. O rapaces et exactores, sociorumque vestrorum spoliatores! mementote mortis, et peccata vestra nolite multiplicare, quoniam illic peccatores paenitentia non convertuntur. Qui socii sui [bona] diripuit propria non tenet, et in locum devenit ubi deliciis nemo utitur; gloriam

AB] — 2 B add. *et coronas praecidit. Memento mortis quae lautitias corrumpit* ܓܐܘܬܐ] ܘܦܣܩ ܬܓ̈ܐ. ܕܟܘܪ ܡܘܬܐ ܡܚܒܠ ܓܐܘܬܐ. — *Ib.* A ܘܡܦܪܫ. — 3 B ܘܡܫܬܢܐ ܦܓܪܐ. — 12 A ܐܬܦܢܝ. — 13 A ܦܘ̈ܢܩܐ. — 27 A ܒܘܣܡܐ] ܒܣܝܡܘܬܐ.

suam amittit, ab ipsa destituitur, et peccata eius reservantur in diem iudicii.

7. O qui in hoc saeculo confiditis! veniat mundus iste in contemptionem oculis vestris, quia advenae et peregrini estis in eo, et diem nescitis quo hinc educemini. Derepente enim mors adest et dividit seducitque dilectos liberos a parentibus eorum; patresque separat a filiis amantissimis. [Filios] unicos carissimos secum abducit, quibus orbati parentes eorum in contemptionem veniunt. Familiares dilectissimos segregat, et amici eorum ingementes flent super eos. Egregios forma tollit et apud se concludit; speciem eorum deturpat, eosque corrumpit; abducit decoros vultu, et in pulverem mutantur usque ad iudicium. Sponsas a sponsis removet, easque in suo condit thalamo, in caliginoso loco; vel sponsos divellit et abducit a virginibus, quae eis fuerant designatae et nominatim promissae, ipsaeque propter illos in luctu sedent acerbissimo. Abducit et aufert secum omnes iuvenes formosos, qui mortem usque in senium speraverant se non visuros. Abducit et colligit ad se tenerrimos infantes [unice] dilectos, quibus non potuerunt parentes eorum satiari. Abducit secum divites deliciis affluen-

ܡܬܡܣܟܢ܆ ܡܛܠ ܗܘ ܡܥܒܪ ܡܢ ܢܦܫܗ ܘܡܬܢܛܪܝܢ ܚܛܗܘܗܝ ܠܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ܀

ܐܘ ܕܬܟܝܠܝܢ ܥܠ ܥܠܡܐ ܗܢܐ܆ ܢܗܘܐ ܫܝܛ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܒܥܝܢܝܟܘܢ܆ ܡܛܠ ܕܬܘܬܒܐ ܐܝܬܝܟܘܢ ܘܐܟܣܢܝܐ ܒܓܘܗ܆ ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܝܘܡܐ ܕܢܦܩܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܡܢ ܫܠܝܐ ܓܝܪ ܐܬܐ ܡܘܬܐ ܘܡܦܠܓ ܘܡܦܪܫ ܒܢܝܐ ܕܪܚܝܡܐ ܡܢ ܐܒܗܝܗܘܢ܆ ܘܐܒܗܐ ܦܪܫ ܡܢ ܒܢܝܐ ܚܒܝܒܐ. ܕܒܪ ܝܚܝܕܝܐ ܝܩܝܪܐ ܠܘܬܗ܆ ܘܡܬܛܠܡܝܢ ܡܢܗܘܢ ܐܒܗܝܗܘܢ ܘܗܘܝܢ ܠܫܝܛܘ. ܦܪܫ ܝܕܥܐ ܝܩܝܪܐ ܠܘܬܗ܆ ܘܒܟܝܢ ܡܬܬܢܚܝܢ ܪܚܡܝܗܘܢ ܥܠܝܗܘܢ. ܕܒܪ ܫܦܝܪܐ ܠܘܬܗ ܕܫܦܝܪܝܢ ܒܚܙܘܐ܆ ܘܚܒܫ ܠܗܘܢ ܘܡܫܚܠܦ ܐܦܝ. ܘܡܚܒܠ ܠܗܘܢ. ܕܒܪ ܠܫܦܝܪܝ ܚܙܘܐ ܘܗܘܝܢ ܥܦܪܐ ܥܕܡܐ ܠܕܝܢܐ. ܕܒܪ ܡܟܝܪܬܐ ܡܢ ܡܟܝܪܝܗܝܢ ܡܛܫܐ ܠܗܝܢ ܒܓܢܘܢܗ ܕܐܬܪܗ ܚܫܘܟܐ܆ ܘܕܒܪ ܘܦܪܫ ܡܟܝܪܐ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܩܪܝܢ ܠܗܘܢ ܘܡܫܡܗܢ ܡܟܝܪܢ܆ ܘܝܬܒܢ ܥܠܝܗܘܢ ܒܐܒܠܐ ܡܪܝܪܐ. ܘܕܒܪ ܘܦܪܫ ܠܘܬܗ ܟܠ ܥܠܝܡܐ ܫܦܝܪܐ ܕܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܡܘܬܐ ܕܡܛܐ ܠܣܝܒܘܬܐ ܠܐ ܚܙܝܢ. ܕܒܪ ܘܡܟܢܫ ܠܘܬܗ ܠܝܠܘܕܐ ܪܟܝܟܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܐܝܟܢ ܕܠܐ ܣܒܥܘ ܡܢܗܘܢ ܐܒܗܝܗܘܢ. ܕܒܪ ܠܘܬܗ ܥܬܝܪܐ ܒܢܝ ܦܘܢܩܐ܆ ܡܦܢܩܝܢ

AB] — 7 *B* add. ܡܢ [ܫܠܝܐ. — 8 A ܘܦܪܫ. — 18 A ܒܓܢܘܢܐ ܚܫܘܟܐ. — 24 A ܘܟܢܫ ܡܕܒܪ. — 25 *B* ܐܝܟܢܐ.

ܢܫܒܩܘܢ ܐܝܟ ܓܠܠܐ ܕܝܡܐ. ܕܒܪ ܠܘܬܗ ܐܘܡܢܐ ܚܟܝܡܐ ܕܡܬܡܗܝܢ ܥܠܡܐ ܒܥܒܕܐ ܕܬܡܝܗܐ. ܕܒܪ ܠܘܬܗ ܚܟܝܡܐ ܡܣܬܟܠܢܐ: ܘܗܘܝܢ ܣܟܠܐ ܕܠܐ ܦܪܫܝܢ ܛܒ ܡܢ ܒܝܫ. ܕܒܪ ܠܘܬܗ ܥܬܝܪܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ: ܘܡܬܒܕܪܝܢ ܩܢܝܢܝܗܘܢ ܘܠܐ ܩܝܡܝܢ ܠܥܠܡ. ܕܒܪ ܠܘܬܗ ܚܝܠܬܢܐ ܘܓܢܒܪܐ: ܘܡܬܡܟܟ ܚܝܠܗܘܢ ܘܡܬܪܦܐ ܘܡܬܚܒܪ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܬܟܝܠܝܢ ܗܘܘ ܕܚܝܠܗܘܢ ܠܐ ܒܨܪ: ܒܝܘܡܗ ܕܡܘܬܐ ܦܠܛܝܢ ܦܓܪܝܗܘܢ ܒܝܕܝܗܘܢ ܕܒܣܢܝܐ: ܘܐܝܠܝܢ ܕܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܒܡܘܬܗܘܢ ܒܐܝܩܪܐ ܢܬܩܒܪܘܢ ܟܠܒܐ ܕܟܠܒܐ ܢܐܟܠܘܢ ܐܢܘܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܣܒܪܝܢ ܕܢܬܩܒܪܘܢ ܒܐܬܪܐ ܕܡܘܠܕܗܘܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢ ܒܐܬܪܐ ܕܫܒܝܗܘܢ ܒܨܥܪܐ ܡܬܩܒܪܝܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܣܒܪܝܢ ܥܘܬܪܐ ܢܫܒܩܘܢ ܝܪܬܘܬܐ ܠܒܢܝܗܘܢ: ܟܣܐ ܡܢܗܘܢ ܕܡܢ ܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ ܢܬܒܙܙܘܢ. ܕܒܪ ܡܘܬܐ ܠܘܬܗ ܓܢܒܪܐ ܡܩܪܒܢܐ ܕܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܠܡܝܬܒ ܥܠܡܐ ܦܬܝܐ. ܕܒܪ ܡܘܬܐ ܠܡܬܦܢܩ ܢܦܫܗܘܢ ܒܟܠ ܦܘܢܩܝܢ: ܘܡܛܐ ܠܗܘܢ ܩܒܘܪܐ ܕܚܡܪܐ. ܡܡܠܟ ܡܘܬܐ ܐܦ ܥܠ ܕܠܐ ܐܬܝܠܕܘ: ܚܒܫ ܠܗܘܢ ܠܘܬܗ ܥܕܠܐ ܢܬܝܠܕܘܢ. ܕܒܪ ܡܘܬܐ ܠܘܬܗ ܠܡܬܚܫܒܢܐ ܡܢ ܚܝܠܬܢܐ: ܘܗܘܝܢ ܒܨܥܪܐ ܡܢܐ

tes, et fortunas suas, instar fluctuum maris [incertas], relinquunt. Abducit ad se et solertes artifices, qui operibus suis mirandis mundum excitabant. Abducit ad se callidos sapientesque homines, et fiunt stupidi, bonum a malo non discernentes. Abducit secum opulentos huius mundi, et facultates eorum disperduntur, neque in perpetuum consistent. Potentes et fortissimos aufert viros, et virtus eorum deiicitur, et extenuatur, et contabescit. Eorum qui virtutem suam confidebant nunquam imminutum iri, cadavera ab infimis viris, mortis eorum die, sepeliuntur; et eis qui sperabant se in morte sua cum honore sepeliendos esse, accidit ut canes eos devorarent; hi autem qui in natali suo loco se existimabant humandos, nesciunt an in terra captivitatis suae cum dedecore tumulentur. Qui divitias filiis suis hereditate se relicturos sibi pollicentur, eos latet an eos hostes non exspoliaturi sint. Viros strenuos et bellatores mors secum abducit, qui immensum orbem sperabant se populaturos. Tollit mors eos qui omnimodis se exornant deliciis, ipsisque obtingit asini sepultura donari[1]. In hos etiam qui nondum nati sunt mors regnat, et nondum editos apud se concludit. Ab-

AB] — 11 B ܦܓܪܝܗܘܢ [ܦܓܪܝܗܘܢ. — 14 A ܕܡܬܩܒܪܝܢ. — 18 B ܡܢܗܘܢ. — 19 A ܡܩܪܒܢܐ.

[1] Ier. XXII, 19.

ducit mors secum viros magnificentia insignes, veniuntque in contemptum simul atque ad eam descenderunt, in locum caliginis eius, ubi lux nulla resplendet. Prae regibus diademate redimitis non erubescit, neque ante potentes et feroces terrarum vastatores pudore percellitur. Mors non spectat personam nobilium, nec munus a divitibus accipit. Pauperes mors non aspernatur, neque eos qui nihil habent respuit. Mors eos non reveretur qui splendidam vitam egebant. Boni a malis apud ipsam non discernuntur, nec seniores pluris aestimat quam pueros. Ingenio praeditos efficit insanos; et qui comparabant opes, et currebant, et labore exercebantur, illic apud eam divitiis suis nudantur. Tollit simul servos et heros, neque illic domini magis coluntur quam servi. *Parvus et magnus ibi sunt, neque audiunt vocem exactoris. Servus, a domino suo liber*[1], illius ibi non recordatur qui eum in servitute tenebat. Vincit mors et in custodiam tradit apud se custodes carcerum, et simul eos qui in vinculis languebant. Captivi morte liberantur, neque ab oppressoribus amplius metuunt.

8. Mortem ii reformidant qui superbos se praebent; vexati autem opperiuntur dum cito tollat eos. Divites

ܢܚܬܘ ܥܡܗ ܠܐܬܪܗ ܕܚܫܘܟ ܘܠܝܬ
ܒܗ ܢܘܗܪܐ. ܠܐ ܒܗܬ ܡܢ ܡܠܟ̈ܐ
ܡܬܟܠܠܝ ܬܐܓܐ: ܘܠܐ ܡܬܟܚܕ ܡܢ
ܓܢܒܪ̈ܐ ܘܚܛܘܦ̈ܐ ܡܚܪ̈ܒܝ ܐܪ̈ܥܬܐ.
ܠܐ ܢܣܒ ܡܘܬܐ ܒܐܦ̈ܐ ܡܝܩܪ̈ܐ: ܘܠܐ
ܫܘܚܕܐ ܡܩܒܠ ܡܢ ܥܬܝܪ̈ܐ. ܘܠܐ
ܒܣܐ ܡܘܬܐ ܒܡܣܟܢ̈ܐ: ܘܠܐ
ܣܪܐ ܢܦܫܗ ܡܢ ܡܢ ܕܠܝܬ ܠܗ
ܡܕܡ. ܠܐ ܡܝܩܪ ܡܘܬܐ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܨܒܝܬܐ ܐܘܪܚܗܘܢ: ܘܠܐ ܦܪܝܫܝܢ ܥܡܗ
ܛܒ̈ܐ ܡܢ ܒܝ̈ܫܐ. ܠܐ ܝܩܪ ܠܣܒ̈ܐ ܡܢ
ܛܠܝ̈ܐ ܒܝܘܩܪܐ. ܘܚܟܝ̈ܡܐ ܛܦܫܐ ܥܒܕ
ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܝܕܥܬܐ. ܠܒܢܝܝ ܩܢܝܢܐ
ܘܪܗܛܝܢ ܘܡܬܥܡܠܝܢ: ܐܟܚܕܐ ܥܡܗ
ܡܛܠܠܝܢ ܐܢܘܢ ܡܢ ܩܢܝܢܝܗܘܢ. ܕܒܪ
ܥܡܗ ܥܒܕܐ ܠܥܒ̈ܕܐ ܘܠܡܪ̈ܘܬܗܘܢ:
ܘܠܐ ܡܝܩܪܝܢ ܬܡܢ ܡܪ̈ܝܐ ܡܢ ܥܒ̈ܕܝܗܘܢ.
ܙܥܘܪܐ ܘܪܒܐ ܬܡܢ ܐܢܘܢ: ܘܠܐ ܫܡܥܝܢ ܩܠܐ
ܕܡܫܬܥܒܕܢܐ. ܥܒܕܐ ܕܡܫܬܪܪ ܡܢ ܡܪܗ
ܬܡܢ ܠܐ ܥܗܕ ܠܡܢ ܕܡܫܥܒܕ ܗܘܐ
ܠܗ. ܐܣܪ ܚܒܫ ܡܘܬܐ ܥܡܗ ܠܢܛܘܪ̈ܝ
ܐܣܝܪ̈ܐ ܘܠܐܣܝܪ̈ܐ ܒܚܒܫܐ: ܫܒܝ̈ܐ ܡܘܬܐ
ܡܫܬܪܝܢ ܐܣܝܪ̈ܐ: ܘܠܐ ܕܚܠܝܢ
ܡܢ ܡܫܥܒ̈ܕܢܝܗܘܢ܀

ܕܚܠܝܢ ܡܢ ܡܘܬܐ ܐܝܠܝܢ
ܕܡܬܪ̈ܡܝܢ: ܘܡܣܟܝܢ ܐܢܫ̈ܐ ܕܒܥܓܠ
ܢܫܩܘܠܢܘܢ. ܕܚܠܝܢ ܡܢ ܡܘܬܐ ܥܬܝܪ̈ܐ

AB] — 2 A ܒܗ ܢܘܗܪܐ ܡܢ. — 5 B ܡܝܩܪ̈ܐ] ܡܝܩܪ̈ܐ. — 23 B om. ܕܚܠܝܢ || ܘܠܐ.

[1] Iob. III, 18, 19.

ܠܡܘܬܐ: ܡܬܪܓܪܓܝܢ ܠܗ ܡܣܟܢ̈ܐ ܕܢܬܢܝܚܘܢ ܡܢ ܥܡܠܐ. ܡܕܘܕ ܡܘܬܐ ܠܥܬܝܪ̈ܐ ܟܕ ܥܗܕܝܢ ܠܗ: ܘܡܣܟܝܢ ܠܗ ܟܪ̈ܝܗܐ ܕܢܣܒܘܢ ܒܗ ܫܘܠܡܐ ܟܐ̈ܒܝܗܘܢ. ܐܦ ܕܚܠܝܢ ܡܢ ܡܘܬܐ ܛܠܝ̈ܐ ܙܥܘܪ̈ܐ: ܕܡܐ ܕܐܬܐ ܠܘܬܗܘܢ ܡܫܒܩܝܢ ܦܘܢܩ̈ܝܗܘܢ: ܘܡܬܟܫܦܝܢ ܠܗ ܣܒ̈ܐ ܒܝܘ̈ܡܬܐ ܙܥܘܪ̈ܐ ܐܝܠܝܢ ܕܣܢܝܩܝܢ ܠܠܚܡܐ ܕܝܘܡܐ܀

ܥܗܕܝܢ ܠܗ ܠܡܘܬܐ ܒܢܝ̈ ܫܝܢܐ: ܫܒܩܝܢ ܘܡܥܒܪܝܢ ܪܘܓܙܐ ܘܒܥܠܕܒܒܘܬܐ. ܐܝܟ ܐܟܣ̈ܢܝܐ ܥܡܪܝܢ ܒܗ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ: ܘܡܛܝܒܝܢ ܠܗܘܢ ܙܘܕܐ ܠܡܪܕܝܬܗܘܢ. ܕܠܥܠ ܪܢܝܢ ܘܕܠܥܠ ܡܬܒܥܝܢ: ܘܕܠܬܚܬ ܒܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܫܝܛܝܢ ܠܗܘܢ ܙܘܥܬܐ. ܡܥܒܪܝܢ ܣܝ̈ܡܬܗܘܢ ܠܐܬܪܐ ܕܠܐ ܩܠܡܐ: ܐܬܪ ܕܠܐ ܣܣܐ ܘܠܐ ܓܢ̈ܒܐ. ܥܡܪܝܢ ܒܗ ܒܥܠܡܐ ܐܝܟ ܐܟܣ̈ܢܝܐ ܒܢܝ̈ ܐܬܪܐ ܢܘܟܪܝܐ: ܘܡܣܟܝܢ ܕܢܫܬܪܘܢ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܢܐܬܘܢ ܠܡܕܝܢܬܐ ܐܬܪܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ. ܐܟܪܝܢ ܢܦܫܗܘܢ ܒܐܬܪ ܐܟܣܢܝܘܬܐ ܘܠܐ ܡܬܟܠܝܢ ܘܡܬܐܠܨܝܢ ܒܗ ܐܟܣܢܝܘܬܐ. ܟܠ ܝܘܡ ܒܝܘܡ ܠܥܠ ܚܝܪܝܢ ܐܦ̈ܝܗܘܢ ܕܢܐܬܘܢ ܠܢܝܚܐ ܕܐܒܗ̈ܝܗܘܢ. ܐܝܟ ܐܣܝܪ̈ܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ: ܐܝܟ ܡܪ̈ܗܢܐ ܕܡܠܟܐ

omnes a morte contremiscunt; ipsam cupiunt pauperes, ut a labore quiescant. Robustos mors perturbat, ubi eam recogitant; ipsi autem praestolantur languidi, ut morbi eorum ab ea finem accipiant. Mortem parvuli quoque metuunt, nam simul atque eis ingruerit, sua relinquent oblectamenta. Et ipsam senes aetate provecti deprecantur, qui quotidiano cibo indigent.

9. At filii pacis mortis meminerunt, iramque et inimicitiam dimittunt ac removent. In hoc mundo commorantur tanquam advenae[1], et viaticum sibi comparant in futurum. Quae sursum sunt cogitant, quae sursum sunt inquirunt; ea autem quae infra iacent, oculi eorum despiciunt[2]. Thesauros suos illuc praemittunt, ubi nullus est timor, nec tinea aut fures. Manent in hoc mundo velut hospites, dissitae regionis incolae, exspectantes dum ex hoc saeculo dimittantur, et in civitatem, mansionem iustorum, perveniant. Se ipsos in loco peregrinationis affligunt, neque in ista peregrini condicione se sinunt retineri, aut curis anxiari. Vultus suos quotidie habent erectos, ut ad requiem patrum suorum perveniant. Tanquam vincti in hoc mundo sunt, velut regis obsides

AB] — 1 B ܘܡܪܓܝܢ. — 10 A ܫܝܢܐ [ܫܠܝܐ. — 19 A B ܢܘܟܪ̈ܝܐ. Ego cum Wright ܢܘܟܪܝܐ conieci. — 22 A ita secunda manu ܐܟܣܢܝܘܬܐ. — Ib. B ܐܟܣܢܝܐ. — Ib. A ܘܡܬܟܠܝܢ [ܘܡܬܟܠܢܝܢ.

[1] Hebr. XI, 13. — [2] Col. III, 1, 2.

adservati. Nulla prorsus gaudent quiete in hoc mundo, neque iste spem habet in aeternum consistendi. Qui possessiones adquirunt, ipsis non fruuntur; qui liberos progenerant, morte contristantur; qui urbes aedificant, in istis non relinquuntur; currunt, laboreque se conterunt, haud quidquam ab insanis dissimiles. O vecordem hominem! cuius spes in mundum istum firmatur.

